Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

# LITTERAE EPISCOPORUM

## HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

## (1600-1900)

Vol. IV: 1691-1710

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT
P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1976
PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM ILL.MI D. PETRI HOLYNSKYJ, PRAELATI

# « ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI »

(Series II)

**Ex Sectione I-ma - « OPERA »:**

1. Wojnar M., OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, *Romae* 1949, pp. XX - 218.

2. Solowij M., OSBM, *De reformatione liturgica Heraclii Lisowskyj* (1784-1809), Romae 1950, pp. XII - 128.

27. Blažejowskyj D., *De potestate Metropolitarum Kioviensium in clerum regularem* (1595 - 1805), ed. 2, Romae 1973, pag. 196.

33. Патрило Іс. І., ЧСВВ, *Джерела і Бібліографія історії Української Церкви*, Рим 1975, ст. 376.

(sequitur)

**Ex Sectione II-a : ANALECTA (periodica-miscel.)**

Vol. I, fasc. 1, 2-3, 4: Romae 1949, 1950, 1953 (pp, 680)

Vol, II, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1954, 1956 (pp. 578)

Vol. III, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1958, 1960 (pp. 640)

Vol. IV, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1963, 1963 (pp. 572)

Vol. V, fasc. 1-4: Romae 1967. XIV, 420 (reeditio ex s. I)

Vol. VI, fasc. 1-4: Romae 1967, (XVI, 608) (Josaphatiana)

Vol. VII, fasc. 1-4: Romae 1971 (pp. X, 572)

Vol. VIII, fasc. 1-4: Romae 1973 (pp. XII, 492) (Josaphatiana)

Vol. IX, fasc. 1-4: Romae 1974 X, (pp. 558) (Jubilaria)

(sequitur)

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Series II. — « ANALECTA OSBM » — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » - Серія II

*Sectio III:*

# DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

# EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM

## LITTERAE EPISCOPORUM HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

vol. IV: 1691-1710

Collegerunt: Athanasius G. Welykyj et Porphyrius B. Pidrutchnyj
O. S. B. M.

**IN MEMORIAM ILL.MI D. PETRI HOLYNSKYJ, PRAELATI**

Romae

Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

# LITTERAE EPISCOPORUM

## HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

## (1600-1900)

Vol. IV: 1691-1710

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. Athanasius G. Welykyj OSBM

Romae 1976

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

IN MEMORIAM ILL.MI D. PETRI HOLYNSKYJ, PRAELATI

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat die 25. III. 1976.

P. PAULUS P. MYSKIW
*Vicarius Generalis*

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 6. IV. 1976.

✠ JOANNES CANESTRI
Archiep.pus Moteranen.

Esse-Gi-Esse - Roma



Sac. PETRUS HOLYNSKYJ, PRAELATUS
(1892-1974)

1892 - 1974

ПЕТРОВІ . ГОЛИНСЬКОМУ

ПРЕЛАТОВІ Й.С. ГЕН. ВІКАРІЄВІ . ПРЕСВІТЕРОВІ

КАТЕХИТОВІ . ВИХОВНИКОВІ . ЖИТТЯ . ТОВАРИШЕВІ

НА . ВІЧНУ . ПАМ'ЯТЬ . І . СПОМИН . ТРИВАЛИЙ

ЗАМІСТЬ . ПАМ'ЯТНИКА

ПРИСВЯЧУЄ

ДРУЖНО

СОФІЯ ҐЕРМАК-ГОЛИНСЬКА

ILLUSTRISSIMO . REVERENDISSIMO

PETRO . HOLYNSKYJ . PRAELATO

GENERALI VICARIO . PRAESBYTERO . CATECHETAE . PAEDAGOGO

VITAE . SOCIO

IN . MEMORIAM . AETERNAM . PRO . MONUMENTO . PERENNI

DICAT

SOPHIA GERMAK-HOLYNSKA

## PRAEFATIO

*Nostrae Collectioni* Litterarum Archiepiscoporum, Episcoporum Praelatorumque *adiungitur volumen quartum, quatuor lustra annorum comprehendens (1691-1710), quibus negotia Ecclesiae Unitae saec. XVII exeuntis et saec. XVIII ineuntis tractantur. In historia Ecclesiae Unitae haec periodus est maioris momenti: agitur de periodo, qua Unio Metropoliae Kioviensis in terris Ucrainae in eparchia nempe Peremysliensi, Leoliensi et Luceoriensi, (1692, 1700, 1702) ad suam perfectionem deducitur. De hac periodo etiam alia volumina nostrarum collectionum documentorum tractant* (Documenta Pontificum, Acta et Litterae Congregationum, Congregationes Particulares, Supplicationes et Audientiae SS.mi, Litterae Nuntiorum, Epistolae Metropolitarum etc.). *Defuit hucusque pars quae* Litteras Episcoporum *tractaret, cui defectui seu potius programmati nunc satis facimus, iam quarto volumine in lucem edito.*

*Praevalens pars documentorum praesentis voluminis terras Ucrainae occidentalis: Galiciae et Transcarpatiae (Peremyšl, Leopolis, Luceoria et Mukačovia) tangit earumque quasi diplomatarium constituit. Proinde valde gratum est, quod cives harum terrarum eius editioni suum adhibuerunt velle et posse sibique extruxerunt monumentum aere perennius et quidem temporibus huic terrae iniquissimis.*

*Praeprimis Domina Sophia Holynska, civis ex eparchia Peremysliensi, et consanguinea ultimi huius eparchiae episcopi, Josaphat Kocylovskyj, suas contribuit opes, ut volumen hoc in lucem prodiret, et quidem in memoriam huius eparchiae exemplaris et benemeriti sacerdotis, assidui operarii in Vinea Domini, catechetae, officialis Ordinariatus Peremysliensis, Vicarii generalis, Canonici et vitae socii (cfr.* Notae biographicae), *pie functi, post exantlatos plurimos et varios labores, varia merita collecta et distinctoria obtenta, in terra longinqua (Germania).*

*Praeter monumentum aere exstructum Monachii in Bavaria, volumen hoc eius memoriam servabit etiam in Patria cui maiorem partem suae vitae et meritorum dedit. Eius vita temporibus tristibus patriae et exilii peracta, volumine hoc in memoriam revocabit periodum gloriosam suae terrae, eparchiae et populi, et exemplo erit posteris futurorum temporum, utinam propitiorum!*

« Analectorum OSBM » Redactio

Romae, 1976

# INTRODUCTIO

Quartum volumen *Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium* (*1691-1710*), quatuor lustra comprehendens, periodum perfectionis Unionis Ecclesiae Ruthenae Metropoliae Kioviensis in terris Ucrainae et Bielarusjae complectitur. Hac periodo eparchiae: Peremysliensis (1692), Leopoliensis (1700) et Luceoriensis (1702) ad unionem cum Sede Apostolica Romana accesserunt. Hoc modo fere tota Ucraina occidentalis fidem catholicam profitebatur. Praeterea etiam Transcarpatia, magna constans eparchia s.d. Mukačoviensi in Regno Austro-Hungariae, postea in Magno-Varadiensem et Prešoviensem divisa, magnos fecit gressus ad fidem catholicam roborandam. Exinde documenta praesentis voluminis fere ex toto terras Ucrainae tangunt eiusque negotiis occupantur.

Unio eparchiae Peremysliensis et Leopoliensis hisce lustris praeparanda, declaranda et perficienda nec non roboranda, praeter Litteras earundem episcoporum (Wynnyckyj, Szumlanskyj) plura documenta requirebat praesertim ex parte Curiae Romanae, quod fit manifestum ex Litteris cardinalis Caroli Barberini, primum protectoris Poloniae et dein etiam Praefecti Congregationis de Propaganda Fide aliorumque Praelatorum.

Episcopus Peremysliensis Innocentius Wynnyckyj (1680-1700) plurimas habuit difficultates in unione eparchiae ad Ecclesiam Catholicam eiusque adunatione sub unicum regimen, quod interventum Sedis Apostolicae postulabat sat frequens, ut patet ex chronologia documentorum huius voluminis.

Etiam Episcopus Leopoliensis Josephus Szumlanskyj (1677-1708) non minoribus obruebatur difficultatibus, ob quas unio huius eparchiae lentiori gressu procedebat, et tantummodo anno 1700 peracta fuit.

Episcopus Luceoriensis Dionysius Zabokryckyj (1702-1714) laborabat difficultatibus characteris personalis et politici tunc temporis, belli s.d. septentrionalis inter Suetiam, Poloniam et Moscoviam, quibus etiam eius persona obruta est.

Etiam eparchia Mukačoviensis multum laboravit circumstantiis politicis Regni Hungariae, praesertim tempore Josephi De Camillis (1689-1706) et dein post duo tantum lustra, ob varias vicissitudines characteris poli-

tici et praetensiones Imperatoris Vindobonensis, suam obtinuit stabilitatem (1716).

In nostro volumine inveniuntur paucissima documenta quae illustrant viam fidelium orientalium in Imperio Austro-Hungarico (cfr. 201, 202, 225) ad suam propriam formam ecclesiastico-administrativam obtinendam, quae tempore posteriori in forma eparchiae Crisiensis sua obtinuit lineamenta.

Praeter haec negotia principaliora, aliae eparchiae in Ucraina et Russia Alba, ut Chelmensis, Pinscensis, Polocensis etc. tantummodo marginaliter tractantur, quod facile observari potest, si *Indicem chronologicum documentorum* perstringamus.

In praesenti volumine parando solitas breviationes Cancellariae explicare non erat iam necessarium; adnotationibus non abundavimus, ob eius characterem quasi monographicum, positis tantummodo stricte necessariis ad melius intelligenda documenta. Si quae oblita vel nondum inventa sunt, sequentia volumina vel tandem Miscellanea varia providebunt, ut suetum est in similibus editionibus.

P. Athanasius G. Welykyj, OSBM

## NOTAE BIOGRAPHICAE

### SAC. PETRUS HOLYNSKYJ, PRAELATUS SUAE SANCTITATIS

Natus est die 5 Julii 1892 in Pidhajčyky, distr. Samborien. in Ucraina Occidentali, ut filius Josephi et Annae Kulyk, agri cultorum loci.

Scholam elementarem frequentavit in op. Rudky; mediam vero in civ. Sambir absolvit.

Per unum annum frequentavit etiam Academiam militarem in Mödling.

Studia philosophico-theologica frequentare coepit an. 1913 in universitate Leopoliensi; dein continuavit Oeniponti (Innsbruck) in Austria, et complevit materiis ritualibus et orientalibus an. 1918 in Seminario Peremysliensi.

Ut alumnus S. Theologiae, ann. 1918-1919 partem habuit in constructione Reipublicae Ucrainae independentis, primum ut officialis Commisariatus districtualis Consilii Nationalis Ucraini in Rudky, dein, a mense Maio 1919 ut signifer Armorum Ucrainorum Galiciae.

Annis 1920-1921 studia sua in universitate Pragensi ad perfectionem deduxit.

Die 7 Ianuarii 1922 matrimonium inivit cum Sophia, filia sacerdotis Casimiri Germak et Mariae Kocylovska.

Anno 1922 impositione manuuum Episcopi Peremysliensis, Josaphat Kocylovskyj ordinem sacerdotii recepit.

Annos iuveniles sui sacerdotii dicavit labori catechetico-educatorio: duos per annos in Sianik, 3 annos in Sokal et dein Peremysliae.

Anno 1927, propter laborem catecheticum proficuum, obtinuit insignia canonicalia et fuit Relator Ordinariatus Peremysliensis; tandem ann. 1939-1941 egit Vicarium generalem Episcopi Gregorii Lakota, Jaroslaviae, docendo catechesim in gymnasio Jaroslaviensi.

Tempore secundi belli universalis missus est in regiones centrales Ucrainae, ut inquireret possibilitatem laboris pastoralis cleri ucraini catholici, de qua visitatione scripsit amplam relationem, Romae asservatam.

Usque ad an. 1944 exercebat ulterius munus catechetae in gymnasio Peremysliensi, et officium tenuit iudicis pro-synodalis.

Ab anno 1944 munus exercebat pastoris ucrainorum in Burgenland in Austria, quem continuavit in Bavaria (Altötting), docendo disciplinam catecheticam et paedagogiam in Seminario Ucraino in Hirschberg, in Bavaria.

A die 5 Maii 1948 nominatus fuit Consiliarius et Membrum Consilii ecclesiastici Visitatoris Ucrainorum in Europa nec non Praeses tribunalis ecclesiastici.

A mense Martio 1949 fuit Vicarius generalis Visitatoris Apostolici in Germania et dein etiam Exarchi Apostolici usque ad annum 1962, quo annum 70 vitae attegit et ab hoc officio cessavit.

Anno 1955 Pius PP. XII ipsum, propter eius merita, nominavit Praelatum suum domesticum.

Anno 1957 acquisivit Monachii sat magnam terram pro Ecclesia cum aede adiacenti, ubi usque nunc existit Residentia et Cancellaria Exarchi Apostolici pro Ucrainis in Germania.

Sacerdos Petrus Holynskyj excelsis notis claruit mentis et cordis, plenus zeli pro salute animarum. Notabatur fidelitate et obedientia Summo Pontifici, semper palam professa et nunquam renuebat laborem pro sua Ecclesia et populo, semper aliis exemplo praecurrendo. Talentum habuit a Deo scriptoris multosque scripsit articulos praesertim in hebdomadario « *Chrystyjanskyj Holos* » in cuius editione partem habuit fundamentalem.

Maximum tamen contributum eius vitae consistebat in labore ad educandam iuventutem, non solum docendo in scholis sed etiam invigilando educationi iuventutis, ex gr. instituendo ubique Congregationes Marianas iuventutis scholasticae, aliamque praebendo adsistentiam. Ecce testimonium unius discipuli: « Si non adesset P. Holynskyj in gymnasio, vita discipulorum aliam haberet notam et quidem magis tristem... Eius persona erat luminare gymnasii — extraordinaria bonitate cordis, sinceritate, caritate et patientia fulgens, auctoritate eminens et eximia nobilitate nota; et hoc erat meritum personale P. Holynskyj: discipulos novisse adesse quendam qui magna sua auctoritate vigil attendit nostrae securitati, qui nullam permittet iniuriam, qui semper et paterne, cum discretione sibi propria, unicuique in necessitate adiutorium morale, scientificum et materiale ferre non omittet » (V. Popovyč).

Ex hac sua cura et vigilantia de iuvenibus provenit eius conamen, ut Congregatio S. Francisci Salesii, imprimis educationi iuventutis dedita, in populo ucraino propagetur, cui fini missio copiosa iuvenum ucrainorum Taurinum, in Italia, inserviebat et felix fuit, qua de causa sibi nomen honorificum « Patris Salesianorum Ucrainorum » promeruit.

Obiit Illustrissimus Praelatus anno 1974, die 27 mensis Iunii, 82 anno vitae terrenae, 52 vitae sacerdotalis, a Domino ad mercedem coelestem vocatus, vita terrena laudabiliter peracta, plenus meritis coram Deo, Ecclesia et populo ucraino.

Memoria eius manebit aeterna penes homines et Ecclesia, in Patria et apud exteros. A Deo vero expectat eum merces magna nimis in Regno Coelorum. Requiescat in pace!

## БІОГРАФІЧНІ ВІДМІТКИ

## СВЯЩ. ПЕТРО ГОЛИНСЬКИЙ, ПРЕЛАТ

Народився 5 липня 1892 року в Підгайчиках, Самбірської округи, Західня Україна: Син Йосифа й Анни Кулик, заможніх господарів.

Народню школу закінчив у місті Рудках, а гімназію в Самборі.

Навчався один рік у військовій академії в Медлінґ.

Філософсько-богословські студії розпочав у 1913 р. на Львівському університеті, продовжував в Іннсбруку в Австрії, і доповнив обрядові та орієнтальні предмети в 1918 р. в Перемиській семінарії.

Як абсольвент богослов'я, в 1918-1919 рр. брав участь у визвольних змаганнях за побудову молодої Української Держави: спершу як урядовець Повітового Комісаріяту Укр. Нац. Ради в Рудках, а від травня 1919 р. як підстаршина і хоружний Укр. Гал. Армії.

В роках 1920-1921 доповнив деякі студії в Празькому університеті.

Дня 7 січня 1922 р. одружився з Софією, дочкою священика Казимира Ґермака і Марії з Коциловських.

В 1922 році, з рук Перемиського єпископа Й. Коциловського, прийняв ієрейські свячення.

Молоді священичі роки присвятив праці катехита-виховника: 2 роки в Сяноці, 3 роки в Сокалі, а так у Перемиській гімназії.

В 1927 році, за успішну працю, отримав крилошанські відзнаки і став референтом Ординаріяту в Перемишлі; в рр. 1939-1941 був ген. Вікарієм в Ярославі при єп. Григорієві Лакоті, продовжаючи навчання релігії в Ярославській гімназії.

В часі другої світової війни був післаний в Україну, щоб розглянутися за можливостями праці українського католицького клиру, залишаючи цінне звідомлення з своєї подорожі, здепоноване в Римі.

До 1944 року сповняв далі працю катехита в Перемиській гімназії, виконуючи теж обов'язки просинодального судді.

Від 1944 р. був душпастирем для українців у Бурґенлянді, в Австрії, а від січня 1945 р. в Альтетінґ, в Баварії, навчаючи після війни катехитики і педагогії в Укр. Духовній Семінарії в Гіршберґу, Баварія.

Дня 5 травня 1948 р. був іменований Дорадником і Членом Церковної Ради Апост. Візитатора Українців в Европі і Предсідником церковного суду.

Від березня 1949 р. став Ген. Вікарієм Апост. Візитатора в Німеччині, а від 1960 р. і Апост. Ексарха, до 70-го року свого життя в 1962 р.

В 1955 р. Папа Пій XII відзначив його титулом Прелата Його Святости.

В 1957 р. придбав на власність Церкви велику площу з домом, де до сьогодні приміщена палата і канцелярія Апост. Ексарха в Німеччині,

Отець Петро Голинський був людиною високих прикмет ума і серця та священиком повним ревности за спасіння душ. Відзначався любов'ю і послухом для Вселенського Архиєрея і не жалів трудів у посвяті для своєї Церкви і народу. Мав теж письменницький хист і поміщував багато цінних глибокодумних статтей і дописів, зокрема в тижневику « *Християнський Голос* », якого був співосновником. Але найбільший вклад його життя — це труд над молоддю, яку не тільки навчав, але і старався про її релігійне виховання, засновуючи всюди, де був катехитом, Марійські товариства. Ось що свідчив про нього один з його учнів з перспективи понад 30 років: « Коли б не було його в гімназії, то життя учнів представлялось би тоді напевно цілком інакше і сумніше... Ясним Духом гімназії — з невичайно добрим серцем, з щирим відношенням, постійною любов'ю і з вирозумінням до молоді, з великою особистою і громадською відвагою та шляхетністю — був тоді саме о. Голинський; і це велика заслуга Покійного в тому, що ми, тодішні учні, впевнено відчували, що є хтось, хто своїм великим особистим авторитетом стоїть у нашій обороні, є хтось, хто не дозволить нікого скривдити ні обидити, є хтось, хто так дискретно як це тільки Він умів робити, по-батьківськи допоможе у скрутній моральній, студійній чи матеріяльній ситуації кожного потребуючого учня » (В. Попович). З цієї журби і печаливости про молодь він теж перейнявся ідеєю поширення серед українського народу вітки ОО. Салезіян, яких перше завдання — виховання молоді, причиняючись до висилки більшого числа молодих юнаків з України до Торіно, в Італії. Тим і заслужив собі почесне названня « Батька українських Салезіян ».

Упокоївся в Бозі дня 27 червня 1974 р., на 82-му році життя і 52-му священства, приймаючи спокійно смерть як поклик Всевишнього.

Вічна пам'ять про нього залишиться серед людей і в Церкві в Україні, і на поселеннях, а перед Богом заслужив Він на нагороду вічну. Нехай баварська земля буде Йому легкою.

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

Vol. IV: 1691-1710

# LITTERAE EPISCOPORUM HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES (1691-1710)

## 1.

*Roma, 2. II. 1691.*

*Cardin. C. Barberini E. Cybo promittit scribere ad Regem Poloniae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 321.

Ill.mo e Rev.mo Signore, Monsignor Patriarca Cybo.[1]

Ricevei i Decreti sopra le resoluzioni pigliate dalla Congregazione particolare tenuta li 23 Gennaro sopra l'affare de Rutheni; e secondo quello, che V.S. Ill.ma favorisce di suggerire, mi regolerò per scrivere in Polonia, con che le bacio le mani.

Di Casa, li 2 Febraro 1691.

Di V.S. Ill.ma Servitore

C. Cardinal Carlo Barberini[2] (mp).

## 2.

*Praemislia, 2. II. 1691.*

*Canonicus Peremysliensis Wlodek Card. C. Barberini de rebus Unionis et Poloniae.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 42r.

Eminentissime Ill.me et Revd.me D.ne, Domine et Benefactor Colendissime.

Credo quod devenerit notitia ad aures Eminentiae V. de conversione quinque millium hominum et Episcopi Praemisliensis Schismatici ad Unionem nostram. Spero, Deo favente, quod post breve tempus in Dioe-

---

[1] Eduardus Cybo, Secretarius Congr. de Prop. Fide (1680-1695), tit. Patriarcha Constantinopolitanus latinus a die 13.10.1689, primum archiep. Seleucien., obiit an. 1706.

[2] Barberini Carolus, Cardinalis a die 23.6.1653, cum ultimo titulo S. Laurentii in Luc. (ab an. 1685); obiit in Curia 2.10.1704; protector Regni Poloniae.

cesi hac per tot annos extensa haec pestis suas perderet vires; in quo negotio suprema primum manus et postea cura, persuasio et sollicitudo mea multum valuit. Scribo autem haec non quaerens huius mundi gloriam, nam senectus mea alio me vocat, sed audiens quod Ill.mus Magnus Cancellarius Dominum Dubrawski ad suffraganeatum suum praesentaverit subiectum, nimis exosum novissime conversis, ideo enixe rogo quatenus Em.tiam V.ram dignetur informare Patres Societatis Jesu de hoc homine, nam hoc certissimum est, quod tam pulchrum opus per violentiam et fastum D.ni Dubrawski collaberetur, et labor tanti temporis esset inanis, quod nolens ante occasum meum videre, ad plantas E.V. me prosterno quatenus huic malo obviare dignetur, pro cuius longissimo vitae tractu supremo supplico Numini manens.

Eminentiae Vestrae humillissimus et observatissimus Servus

J. Włodek, Canonicus Praemislien.

## 3.

*Mukačevo, 7. IV. 1691.*

*Ep. Mukačoviensis De Camillis Episcopo Agriensi scribit de variis personis, negotiis et rebus in sua eparchia transcarpatica petitque sua ex parte informari.*

ASV, *Acta Congr. Consist., 1771,* f. 223-224.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Frater in Christo Observandissime.

Accepi Responsorias Vestrae Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis sub dato 10 Martii, ex quibus agnosco in Vestra Reverendissima Dominatione Spiritum Jesu Christi, et verum zelum Sancti Patris Ignatii. Utinam quod ambo peroptamus pro Dei Gloria, salute animarum et conservatione supremae Auctoritatis nostri Augustissimi Imperatoris, ad effectum nostris temporibus deducatur. Iam optime scio quod bene esset, si Calendarium Gregorianum etiam a Ruthenis amplecteretur, sed pro nunc fieri non poterit, ad meam persuasionem forsan, Deo dante, cum tempore fiet; modo laborandum, ut in punctis fidei isti cum Ecclesia Catholica concordent.

In ultima mea notificavi Vestrae Illustrissimae Dominationi quod accidit Agriae per adventum cuiusdam Monachi Rasciani illuc missi ab Archiepiscopo Ipekiensi, qui Komaromii manet. Et rogabam, ut ipsum ad se vocare faciat, et examinet de facultatibus quas dicit habere a Sua Maiestate, vel ad me mittat; quia sine facultatibus Caesareis procurat

sibi usurpare illud Ovile, omnino removendus est. Interim ut Vestra Reverendissima Dominatio sit aliquo modo informata de qualitate, et intentione illius Archiepiscopi, mitto copiam unius epistolae ab ipso transmissae ad P. Demetrium Monasteli, Archidiaconum meum Szathmariensem. Mitterem et aliam, quam idem scripsit Agriensibus, et aliis si non esset nimis longa. Sed haec pro sua informatione sufficiet.

Quod vero ad particularitates, quas desiderat scire de Pseudo Archiepiscopo Marmorossiensi Vestra Illustrissima Dominatio, satis poterit informari ex Protestatione, et Literis meis, quarum copias his inclusas mitto.

Ulterius sciat, quod Dominus Joannes[3] Presbiter Pagi Czumolofalva in Marmaruss est vir simplicissimus, rudis et schismaticus; vendidit omnia, quae habuit, ut solveret aliquibus Nobilibus haereticis, qui ipsum promoverent. Iam ex Transylvania reversus est Marmarossinum cum licentia, prout dicitur, Principis, ut sit Episcopus. Et de facto vel ivit, vel cito iturus est Strynum, ut ab illo Metropolita Moldaviae, qui ibi profugus manet, consecretur. Cum iam convenerit consecranti dare quatuor boves et unum vas vini pro consecratione, erit istius consecratio invalida, vel saltem dubia prout fuit illa P. Methodii, cuius sacerdotes ego pro maiori securitate sub conditione reordinavi, cum secundum Sacros Canones requirantur tres, vel ad minimum duo Episcopi pro valida consecratione; propter quod et Vestra Ill.ma Dominatio recordabitur quod D.R. Methodio demandaverit, ut procuraret denuo rite consecrari in Polonia, quod tamen efficere non potuit. Volebam Dominum Antepiscopum capere, quod si fieret, finita esset dissensio, et diruta tota machina schismaticorum, et haereticorum, at me abstineo, ne hisce martialibus temporibus dem minimam occasionem querelae. Cogito tamen scribere Viennam, ut extradetur Citatio contra ipsum ad comparendum coram Tribunali Suae Maiestatis, et videndum cui de iure spectat ille Comitatus, et an ius collationis sit penes Suam Maiestatem, uti Regem Hungariae, et Supremum Dominum non tantum Marmarossini, quae est pars Hungariae, sed et ipsius Transylvaniae, vel penes illum Principem, qui est Vassallus Suae Maiestatis. Certe, si Sua Maiestas contulit officium Supremi Comitis Marmarossiensis Domino Laurentio Petri moderno, multo magis ad ipsum spectabit dare investituram Episcopatus. Alias ad exemplum huius Princeps Transylvaniae et Collationem Episcopatus Varadiensis usurpabit.

Iam Vestra Ill.ma et Rev.ma Dominatio ex his habet plenam Infor-

---

[3] Agitur de Joanne Iosepho Stojka, episcopo non unito Maramorosiensi (1690-1711); acerrimus inimicus unionis favebat calvinismo, remotus an. 1705, dein reintegratus, mox obiit.

mationem rerum, faciat ergo, quod secundum suam prudentiam melius iudicabit, et insinuet mihi ea quae Zelus dictabit, maneoque

Munkacini, 7 Aprilis 1691

Vestrae Ill.mae ac R.mae Dominationis oblig.mus Servitor et Frater in Christo

Jo. Joseph de Camillis, Episcopus Sebasten.

Dignetur Vestra Ill.ma Dominatio committere suo Plebano Agriensi ut aliquando notificet mihi res spirituales, quae ibidem evenient, quia ex meis difficulter possum habere sinceram relationem.

## 4.

*Lublin, 9. VI. 1691.*

*Ep. Chelmensis Lodziata Secretario Prop. Fidei de Alumnis Romanis eorumque modo agendi, ut provideatur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 333.
MUH, vol. IV, p. 192, nr. 103.

Ill.me et R.dissime Domine, Patrone Col.me.

Cum summa consolatione accepi litteras ab Ill.ma Dominatione Vestra, in quibus non immutatam mentem Sacrae Congregationis intellexi super susceptis Alumnis ad Collegium de Propaganda Fide. Quia tamen in uno iam defraudatus sum, cum summo meo dolore, enixe peto Ill.mam Dominationem, quatenus velit obligare Patrem Leonem Kiszka,[4] qui adhuc in Collegio manet, ne post reditum simili modo, spe alicuius promotionis, alio se conferat. Scio enim quod a Patre Provinciali unus ex nostris Episcopis obedientiales pro Patre Leone iam impetravit, et ni fallor, ipsi Romam misit, ut recta ad ipsum vadat, non vero ad me. Sed cum Missionarij magis obedire teneantur Sacrae Congregationi, quam Superioribus Ordinis, peto Ill.mam Dominationem, ut his non obstantibus obedientialibus, cogatur Pater Leo intentioni primevae Sacrae Congregationis et expressae eius voluntati obtemperare, etiam sub paena captivationis. Itero hac in re preces meas, ne huiusmodi iniuria cum damno animarum

---

[4] Leo Lucas Kiszka, nat. 1668, Alumnus Romanus (1687-1691); post varia munera in Ordine, electus Protoarchimandrita an. 1703 et 1709, Episcopus Volodimiriensis (ab an. 1711), dein Metropolita Kioviensis (1714-1728); anno 1720 Synodum s.d. Zamostianam celebravit et plura scripta edidit. Cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* Romae 1958, pag. 273-275.

permittatur. Me interim singulari gratiae Ill.mae Dominationis commendo ac maneo.

Ill.mae et R.dissimae Dominationis Vestrae humilis Servus et Exorator

Lublini, die 9 Junij 1691.

Alexander Aug. Lodziata, Episcopus Chelmensis Ritus Graeci.

(f. 339v) Ruteni. Collegio Urbano. Si è scritto alli 21 Luglio 1691.

## 5.

*Peremyslia, 23. VI. 1691.*

*Quaedam adpromissio et juramentum Ep. Peremysliensis de modo agendi in eparchia post emissam professionem fidei catholicae et reunionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 676.

Ego Innocentius Winnicki, promitto et spondeo et sub Juramento me obligo, quod postquam emiserim Professionem fidei in manibus Illustrissimi Domini Nuntij, iuxta formam a S. Sede Apostolica praescriptam, nihil prorsus in Episcopatu Premislien. innovabo nec me ingeram in Iurisdictionem Rev.mi Domini Episcopi Malachowski, nec illam, nec eiusdem Episcopi ecclesias, etiam illas, quae per ipsum moderno tempore vel alias receptas fuerunt, Officiales, Presbyteros, Vicarios, seu alios quomodocunque Ministros ullo modo et sub quovis unquam excogitabili praetextu, etiam melioris boni Religionis et Unionis, turbabo, nec molestabo, vel alio quovis modo, medio, vel pacto tangam, etiamsi ab aliis, et quibuslibet Personis cuiusvis ordinis vel conditionis, de hoc essem requisitus, vel ad hoc adactus, tum spondeo, promitto et sub juramento, et alias omni meliori modo me obligo quod ista non acceptabo, sed apertissime renuam atque haec omnia ad aliam declarationem et provisionem Sanctae Sedis Apostolicae vel Summi futuri Pontificis, non recedendo in nihilo ab alijs conditionibus, ad quas me obligavi, dum ultima vice in manibus Eminentissimi Domini Cardinalis Pallavicini, tunc temporis Nuntij Apostolici, similem fidei Professionem emisi, sed illas potius confirmando et roborando. Quae omnia ut supra promitto, et ad ipsam me obligo sub Sacramento et etiam sub poenis excommunicationis ipso facto incurrendae, nec non declarationis relapsus in Schisma et alijs etc. et ita etc. omni etc. hac die 23 Iunij, Anno 1691.

Innocentius Winnicki, Episcopus Praemislien, San., Samb. (mp).

Franciscus Galecki,
Sup. Culin. R. Praefectus, Bydgostien. Capytanien., testis.

Andreas Alexand. Groszkiewic,
Apostolicus Actorum Com. Varsavien. N. uti testis (mp).

## 6.

*Roma, 21. VII. 1691.*

*Card. C. Barberini Canonico Praemisliensi J. Wlodek gratulatur de meritis in procurando unione eparchiae Peremysliensis.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 215r.

Ill.me et R.me Domine.

Procurando, ut S. Ecclesiae Romanae uniantur tum Ep.pus isthic schismaticus Graeci Ritus, tum eiusdem sequaces, ita impendit contribuitque operam suam D.tio V., ut, praeter accidentalem gloriam apud homines sanctamque Apostolicam Sedem consequendam, non leve meritum, praemiumque sibi liceat sperare apud Divini Numinis bonitatem; gratulor itaque D.V. non minus quam ipse mihi animi gaudium experior. Quapropter est quod tibi gratias agam non mediocres, quod me de tam felici successu certiorem facere voluerit...

## 7.

*Roma, 4. VIII. 1691.*

*Card. Carolus Barberini Patriarcham Constantinopolitanum latinum (Secretarium Congr. P Fide) certiorat de sua sedulitate in epistolis ad Regem Poloniae dandis.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 219v.

Illustrissimo e Reverendissimo Signore.

A seconda di quanto Vostra Signoria Ill.ma mi ricorda con sua lettera del primo corrente, scrivo alla Maestà del Re di Polonia a favore di Mons. Malachowski, Vescovo unito di Premislia; e si come non dubito della Regia pietà della Maestà Sua, così stimo, che ogni ritardo per le soddisfazioni del detto Prelato provenga da rispetti particolari, che obbligano anche il Re a camminare con tal'uno con circospettione per evitare gl'impegni. Nè do perciò a Vostra Signoria Ill.ma in risposta questa notizia, perche sappia, che da me non si manca di adempir le parti che sono del mio debito e le baccio in fine le mani

Roma, 4 Agosto 1691.

## 8.

*Roma, 4. VIII. 1691.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., de statu Ep. J. Malachovskyj et de litteris ad Regem Poloniae in suum favorem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 219v-220v.

Ritrovandosi Mons. Malachowski, Vescovo Unito di Premislia, abbandonato (fol. 220r) da ogni aiuto, perche Mons. Winnicki non gli diede mai l'assegnamento di quattro mila fiorini l'anno e pure gli mancò quella metà, che gli fece sperare la Maestà del Re dall'erario Regio, ha fatto rappresentare a questa S. Congregatione de Propaganda Fide la miseria del suo infelice stato; onde havendomi commesso la S. Congregatione di scriverne alla Maestà Sua, io mi fò lecito di adempirlo in questo ordinario, e veramente parmi, che si debba l'assistenza al predetto Prelato, ch'è tanto bene merito della Sede Apostolica e della Religione Cattolica; stimo che Sua Maestà sia per honorarmi di qualche risposta, perche possa io mostrarla alla S. Congregatione e perciò prego anche Vostra Riverenza di cooperare, che mi sia mandata.

Se non si trova...

*In margine*: (fol. 220r) Doppo l'eletione della Santità del N.S. ripresosi con ogni maggiore applicatione il negotio di cotesti Rutheni, mi ha commesso la S. Congregatione di Propaganda fide pressantemente di scriverne di nuovo a Sua Maestà, come accenno qui sopra a V.P., il zelo della quale venendo da me implorato, la prego d'impiegarnelo con tutta la possibile efficacia; al quale fine rimetto annessi in foglio i Punti.

## 9.

*Roma, 4. VIII. 1691.*

*Card. C. Barberini D.no Thomae Talenti, Secretario Regis, commendat negotium Ep. J. Malachovskyj, ut rem promoveat apud Regem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 220v-221r.

Ill.mo Signore.

Questa S. Congregatione di Propaganda fide è stata per lungo tempo aspettando di sentire quel che si possa degnare di operare la somma pietà della Maestà del Re per Mons. Malachowski, Vescovo Unito di Premislia; ma non havendo questo mai potuto conseguire da Mons. Winicki l'assegnamento promessogli di 4 mila fiorini annui, non ha sin qui havuto al-

tro sostentamento che quel poco che gli ha potuto somministrare cotesto Mons. Nuntio, essendogli pur mancata quella metà, che S.M. si era preso l'assunto di cavare dal Regio erario. Onde trovandosi in istato quasi di disperatione, questa S. Congregatione per compassione mi ha incaricato di rappresentare, come fò col presente ordinario, alla Maestà Sua il sentimento che ne prova. Al sommo zelo della medesima che il più grande impulso lo riceverà dalla propria pietà, V.S. mi farà il favore di procurare, che me ne venga qualche precisa risposta acciò che io possa mostrare alla S. Congregatione di haver adempita la commissione, che mi ha data, e ne resterò sommamente tenuto alla sua cortesia...

## 10.

*Roma, 4. VIII. 1691.*

*Cardinalis C. Barberini Secretario Cybo de negotio Ep. Peremysliensis, J. Malachovkyj, et de sua promotione, iungendo copias suarum litterarum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 341.

Ill.mo e Rev.mo Signore,
Monsignor Patriarca di Costantinopoli.

A' seconda di quanto V.S. Ill.ma mi ricorda con la sua lettera del primo corrente, scrivo alla Maestà del Re di Polonia à favore di Monsignor Malakouski, Vescovo unito di Premislia; e sicome non dubito della Regia pietà della Maestà Sua, così stimo, che ogni ritardo per le sodisfazioni del detto Prelato provenga da rispetti particolari, che obbligano anche il Re a caminare con tal'uno con circospettione per evitare gl'impegni. Nè dò perciò à V.S. Ill.ma in risposta questa notizia, perche sappia, che da me non si manca di adempir le parti, che sono del mio debito, e le bacio in fine le mani.

Di Casa, li 4 Agosto 1691.

Di V.S. Ill.ma

Aggiungo la copia della lettera, che nella sudetta conformità ho scritto alla Maestà del Re; et havendo riveduti i miei registri, stimo di rammentare a V.S. Ill.ma come lo stesso adempij l'anno passato, et con continuati repliche à repliche insistei con il mezzo della Secreteria Regia sopra lo stesso affare, havendone data a V.S. Ill.ma le copie di tutte, e similmente partecipatele singolarmente à ciaschuno de Signori Cardinali della Congregazione Particolare con i quali hebbi (f. 314v) pur io l'honore di trovarmi il di 23 Gennaro prossimo passato, ...la morte del Sommo Pontefice, nella quale si trattò di questo medesimo affare, le difficoltà del quale

vengono anco toccati dal P. Votta (à cui ne scrissi, e nuovamente ne rescrivo), in un Capitolo di lettera che ricevei nella chiusura del Conclave e di cui unisco parimente la copia etc.

Servitore
Cardinal Carlo Barberini (mp).

## 11.

*Roma, 4. VIII. 1691.*

*Copia litterae Card. Barberini ad Regem Poloniae in negotio J. Malachovskyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 342rv.

Copia literarum Ser.mo Poloniae Regi conscriptarum a Domino Cardinali Carolo Barberino, sub datum die 4 Augusti 1691.

Sacra Regia Maiestas.

Sacrae Congregationi de Propaganda Fide iterata vice novissime exposita est digna plane commiseratione conditio Domini Malachowski, Episcopi Praemisliensis uniti, cui Dominus Episcopus Winicki nunquam elargitus est summam Florenorum quatuor millium annuorum, quos tum promisit cum Dioeceseos istius facta est divisio; quinimo, consideratum est posse eidem deesse portionem illam, quam Maiestas Vestra pro sua pietate ex Regio aerario erogandam destinaverat. Quamobrem DD.ni Cardinales, eidem S. Congregationi praepositi, summo animi sensu compassi sunt Praelato, zelo, et dotibus insigni, necnon de Apostolica Sede, atque Catholica Religione optime merito. Itaque derelictum eundem, et necessarijs subsidijs destitutum condolentes, mihi stricte commiserunt, quatenus Maiestati Vestrae denuo supplicem, ut dictus Praelatus Vestrae Maiestatis heroicum zelum, Regiam Protectionem, et continuatam experiatur clementiam, absque qua sperandus locus non est fore, ut Dominus Episcopus Winicki aut officio hac in parte suo, aut, quibus adstrictus est, conventionibus correspondeat. Quae dum Maiestati Vestrae, qua par est (f. 342v) reverentia, refero, et dictae Sacrae Congregationis Cardinalium, Collegarum meorum, devotissimos, vivissimosque sensus expono, liceat mihi pariter Maiestati Vestrae petitiones porrigere in favorem D. Episcopi Malachowski, ut ex Regiae munificentiae, ac supremi sui hac occasione Patrocinij fructibus plene, pacificeque guadeat, atque adeo Sacra Congregatio incomparabili Vestrae Maiestatis zelo, pietateque non minus laetetur, quam eodem tempore agnoscat quanto fervore ego illius exequutus sim iussa. Et Maiestatem Vestram profunde revereor.

Romae, 4 Augusti 1691.

Maiestatis Vestrae...

## 12.

*Varsavia, 5. VIII. 1691.*

*Ep. Peremysliensis J. Malachovskyj Cardinalibus de Prop. Fide de statu unionis eparchiae Peremysliensis et de sua promotione ad eparchiam Chelmensem vel renuntiatione.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 682rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Principes.

Cum Divina Maiestas tot annorum aerumnas meas et continuas tribulationes in hac Dioecesi perpessas (uti Ill.mis DD. Nuntijs Poloniae et ipsismet Eminentissimis EE.VV. constare non dubito), solari dignata est per publicam manifestationem hic Varsaviae, in manibus Ill.mi et Rnd.mi Domini Episcopi Posnanien., ex Commissione Ill.mi Domini Nuntij a R.nd.mo D. Winnicki factam, non restaret aliud nisi supplicare Eminentijs VV. (prout non semel feci) pro eliberatione ab hoc Officio, angelicis humeris formidando. Sed quia nondum bene Unioni Sanctae firmandae provisum, supplico, ut paterna cura EE.VV. in hoc tot centenis millibus animarum succurrat per media opportuna; ne, quod tanto sudore tum Antecessorum meorum tum et minimi inter omnes, aggregatum, periclitari posset. Et cum sua Regia Maiestas vacantem nunc Episcopatum Chelmen., post fata R.ndmi Augustini Lodziata, ex clementia sua mihi offerre dignatur (uti ipsimet Ill.mo Domino Nuntio innotuit), non alio fine, cum consensu Sanctae Sedis, tanto oneri submittere me possem, nisi (f. 682v) ut in vicinio istarum Dioecesum, si in aliquo opus esset, inservire liceret etiam ex parte mea. Secus desiderabilius mihi esset, sepositis curis, propriae animae invigilare. Quod etiam obnixe peto cum omni resignatione in Apostolicam determinationem Suae Sanctitatis et Eminentiarum VV., quibus profundissime inclinatus cum omni reverentia debita Sacras Eminentiarum Vestrarum exosculor Purpuras.

Varsaviae, die 15 Aug. 1691.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Servus

Joannes Malachowski, Episcopus Praemislien.

## 13.

*Roma, 8. IX. 1691.*

*Card. C. Barberini Ioanni III, Regi Poloniae de morte A. Lodziata et de causa J. Malachovskyj* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 236v.

Et io[5] all'hora mi darò l'honore di ubidire a Vostra Maestà in chiedere l'udienza per ricapitare la lettera, e per darle parte della morte del Vescovo di Culma Greco, e dell'occasione che vi sarà di rimunerare Mons. Malachowski, Greco Unito, di che pure darò notizia a questa S. Congregatione di Propaganda Fide, che me fece scrivere a Vostra Maestà per implorare la sua Regia Prottezione a favore di questo soggetto tanto benemerito della Cattolica Religione; e qui, ratificando alla Maestà Vostra il mio inalterabile ossequio, resto con farli humillima riverenza.

Roma, 8 Settembre 1691.

## 14.

*Roma, 22. IX. 1691.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de translatione J. Malachovskyj ad eparchiam Chelmensem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 244rv.

Perche la Maestà del Re in una delle due sue ultime lettere mi ha accennato, che vacando il vescovato di Chelma si sarebbe potuto andar (fol. 244v) disponendo l'animo di Nostro Signore di trasferire Mons. Malakowski a quella Chiesa, ho io stimato di dover informare la Maestà Sua di ciò che si è discorso e risoluto nella S. Congregatione di Propaganda Fide così circa quel affare, come l'altro dei Rutheni fattisi uniti.

Per non replicare...

## 15.

*Roma, 28. IX. 1691.*

*Card. C. Barberini Ioanni III, Regi Poloniae de translatione J. Malachovskyj ad eparchiam Chelmensem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 244v-245r.

Cum episcopus Kelmensis Graecus Unitus diem supremum obierit, et eo propendeat Maiestatis Vestrae intentio, ut illo episcopatu provideatur D.nus Malakowski, Episcopus pariter Graecus unitus, vir de eadem Unione optime meritus, iussit mihi Maiestas Vestra per litteras 8 elapsi

---

[5] Ut videtur ex collocatione epistolae, Cardinalis Barberini scribit Regi Poloniae commendando omnia haec exequenda P. Mauritio Vota nomine suo. Sed nihilominus stylus non est clarus.

mensis, ut Summi Pontificis animum ad hanc gratiam concedendam praepararem atque disponerem. Cum autem res haec spectans quippe ad generalem Schismaticorum cum Catholica Ecclesia Unionem, ad Congregationem de Propaganda fide specialiter deputatam, cui ego cum caeteris Dominis Cardinalibus intersum, a Sua Sanctitate pro more remissa fuerit, non omisi Maiestatis Vestrae sensum eisdem Dominis Cardinalibus, qua potui efficacia communicare, et quam recta intentione Domini praefati Malakowski virtutem et labores eius Episcopatus concessione remunerari percupiat totis viribus exponere.

Examinata porro elapsis hisce diebus resolutione capienda, ponderatis Domini Nuntii Apostolici apud Maiestatem Vestram residentis litteris, consideratoque demum unionis, maxime post factam ab Episcopo Winicki professionem, statu, supradicta Congregatio opportunam non censuit Domini Malakowski ad Episcopatum Chelmensem translationem, idque multis de causis, quae in eo praecipue fundantur, quod necdum secura (fol. 245r) firmaque fides adhibenda sit Unioni Domini Winickii, donec longioris temporis decursu firmior reddatur eiusdem unio, et eo certior fiat illius animi sinceritas, quo publicis signis a S. Congregatione explicite requisitis, extrinsecus manifestior comprobetur: praescriptumque est ab eadem S. Congregatione Domino Nuntio, eidemque iniunctum, ut de hac Dominorum Cardinalium mente Maiestati Vestrae plenius informet. Neque vero in tanti momenti negotio ullae unquam cautelae satis adhiberi possunt, ut remoto D.no Malakowski, et ad Chelmensem Episcopatum translato, salus tot animarum in Praemisliensi Dioecesi degentium homini recenter unito concedatur, nisi prius capto de eiusdem in fide constantia experimento, et de constantibus illius actibus, gestisque habitis documentis, et denique praestita ea obedientia, quae ei a S. Congregatione iniungitur. Quae quidem omnia cernere dignabitur Maiestas Vestra in summario instructionum, quae ad Dominum Nuntium mittuntur, quarum breviculum in adnexo follio ad Maiestatem Vestram mittendum existimavi, ut, meum hac in parte officium adimplendo, intueatur quid, Maiestatis Vestrae iussis obtemperans, praestiterim circa D.ni Malakowski translationem, cuius probitas, et diutini pro Catholica Religione labores non minus instanter, quam incessanter zelo, et pietati summae Maiestatis Vestrae commendantur, quam interea humillime revereor.

Romae, 28 Septembris 1691.

Maiestatis Vestrae,...

## 16.

*Roma, 9. X. 1691.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., de provisionibus in favorem J. Malachovskyj et de causa Peremysliensi* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 254r.

Nello stesso tempo mi è pervenuta l'altra lettera di Vostra Paternità dei 9 del caduto, scritta dal campo Regio in Moldavia, la quale è responsiva alla mia di raccomendatione a pro di Mons. Malachowski, onde riferirò alla S. Congregatione di Propaganda gli effetti della generosa pietà di Sua Maestà. Del resto circa la collazione del Vescovato Ruteno Cattolico al medesimo, e circa la persona, e professione di Mons. Winnicki, io mi riporto a quello, che ho diffusamente scritto al Re con ragguaglio delle risolutioni presesi quì nella S. Congregatione di Propaganda, che ha tutto esaminato diligentemente d'ordine di Nostro Signore, con esservi intervenuto io medesimo, et in sostanza come Vostra Paternità sentirà, resta tuttavia molto sospetta la condotta et intentione del detto Winnicki.

Roma, 9 Ottobre 1691.

## 17.

*Mukačevo, 15. X. 1691.*

*Ep. Mukačoviensis De Camillis de rebus suae eparchiae, de variis bonis et proventibus, de rebus Transilvaniae, de variis personis et statu generali.*

ARCHIV. PRIMAT. HUNGARIAE, *Strigonia*, num. 2116/13 (orig.).
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 253, pag. 314.

Em.mo, Rev.mo Principe, D. Col.mo.[6]

Ho ricevuto la lettera di V.E. delli 20 Sept., dalla quale scorgo continuarsi il suo paterno affetto verso di me. Il S. Iddio la rimuneri nell'altra vita et io sicome non ho mancato, così neanche mancarò mai di pregar per la sua salute. Quanto alle decime di Ugocz, io, vedendo le cose molto imbrogliate e difficoltate dal frate francescano per le tante lettere, che mi scrivevano contro, e non lasciavano, fin per ordine dell'istesso comitato, far niente alli miei servitori che la mandavano, mi risolsi d'andar io in persona; e subito, che il S. Paolo Preny supr. conte e gli Sig.ri mi viddero, non dissero parola, anzi l'istesso frate ch'era presente e stava già per mettersi in tavola col detto supr. conte, amutolì; onde io uscendo dal palazzo me ne andai per le ville e feci triturar tutto il grano raccolto, donai alle chiese et a quelli plebani una bona parte et il resto me lo por-

---

[6] Cardinali Leopoldo Kollonitz, prout patet ex ipso tenore litterarum.

tai ieri qui a Munkacz senza ne dare, ne offerir niente al frate; onde già io fermai il mio possesso, col riscuoter le decime l'anno passato e questo. L'anno passato non potetti havere più che 12 cubuli, perche già li predicanti le havevano riscosse et io gli levai quanto potei delle loro medesime cose; ma quest'anno hebbi una quarantina de cubuli e questi bastaranno per il pane della mia famiglia. Un'altr'anno, se saremo vivi, iddio provederà. Mi dispiace, che la lettera che V.E. scrive di mandarmi per il supr. conte, non mi è venuta, perche potrebbe servire per facilitar le cose in altri tempi, forse il secretario si è scordato di includerla. Per li beni donati al mio monastero il S. Klobusiski mi scrive, che quando sarà spicciato, verrà qui a darmi il possesso, e poi li darò a lui in arrenda, come V.E. dispone, in tanto si vederà che cosa sarà meglio, o tener quelli beni o haver questa paga che V.E. ha assegnato. E veramente ha fatto da par suo prudentissimamente. Ed io in tanto la possarò al meglio che potrò et il S. Iddio sicome ha cominciato, così seguiti a prosperare sempre più le armi di S.M. e sentiamo quanto prima ricuperato Belgrado, Varadino et altri luoghi. Nella Tran.nia non sarà bene, che S.M. faccia un prencipe Transilvano, come quelli vorebbero, ma mandi un governatore, come era anticamente et adesso che ha in mano quel Regno se lo tenghi forte, perche è l'antemurale dell'Ungaria, con 20, 30, mila soldati si puol impedire nella Tran.nia l'ingresso al nemico, ma nell'Ungaria ne men cento milla bastarebbero, perchè da per tutto è aperta et havendo la Tran.nia si haverà sicura da queste parti anche l'Ungaria. Il capellano et il servitor italiano sono sempre stati e stanno con me, se ben il capellano già è un'anno che ha la febre terzana et il servo spesso si amala gravemente, perche quest'aria veramente è cattiva, pochi vecchi si vedono, e quest'anno massime la più parte della gente si è amalata. Jo se ben sia de bona complessione, di modo che in 15 anni, che sono stato in Roma, mi sono amalato due volte, da che sono venuto qua già mi sono amalato quattro et ora ne men mi sento perfettamente sano. Faccia Iddio, che lo servirò in fin che mi darà vita e forze; già in fin'ora ho ridotto la maggior parte di questa diocesi alla S. Unione et ho informato molti abusi et agiustato molti disordini, e spero prima di morire di ridurli quasi tutti. V.E. seguiti a volermi bene, perchè dalla sua protettione dipende assai la mia sicurezza. Saluto l'Eccels. S. Vesc. di Vienna et a V.E. baccio le mani.

Munkácz, 15 Ottob. 1691.
Di V.E. hum.mo, oblig.mo servo

Gio. Gios. de Camillis, Vesc. di Seb. M., mp.

Se capitassero nella posta lettere mie da Roma, la prego degnarsi mandarmele.

18.

*Radzieiowice, 23. X. 1691.*

*Card. M. Radziejowski ad Card. C. Barberini de translatione J. Malachovskyj ad eparchiam Chelmensem, de conferenda tota eparchia Peremysliensi Ep. I. Wynnyckyj etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 353-354v.
MUH, vol. IV, pag. 198, nr. 109.

Copia di lettera del Signor Cardinal Radzieiowski al Signor Cardinal Carlo Barberini, Protettore del Regno di Polonia.

Dalla lettera, che l'Eminenza Vostra si è degnata adrizzare à me per la Maestà del Re, osservo le risolutioni prese dalla Sac. Congregatione de Propaganda fide circa la translazione di Monsignor Malakowski, come pure sopra l'affare de' Rutheni unitisi alla Chiesa Romana. Devo perciò dire all'Eminenza Vostra riverentemente sopra di ciò il mio parere, come quello, che sono stato presente quando i Deputati vennero per parte della Nobiltà della Diocesi di Premislia à deporre alla M.S. l'abnegatione dello Scisma, e ne fecero à me pure la medesima Ambasciata con le Credentiali di tutta la Nobiltà. Fu grande la consolatione di S. Maestà, e di tutti per così felice evento, che fu riconosciuto per opera del Vescovo loro Winnicki, huomo attivo, ed autorevole. Ma consideratosi esser questo grande interesse di molta delicatezza, e doversi perciò trattare con ogni soavità, doppo molte considerationi fattesi, non si trovò miglior temperamento per aggiustar li due Vescovi, e togliere tutte le occasioni di contrasti, di quello, di dar speranze della translatione di Monsignor Malakowski ad un'altra Chiesa, perchè resti quella di Premislia à Winnicki tutta intiera, et essendosi doppo presentata la congiontura della morte di quello di Chelma, si giudicò doversi effettuar quel pensiero. Vedo però, che (f. 353v) le insinuationi di Monsignor Nuntio hanno messo qualche dubbio à queste buone intentioni di S. Maestà, poco pratico del valore di Winnicki, tutto fondato sopra la bontà, e dabenagine di Malakowski, ch'è commendabile per se stessa, ma è come un terreno arido, e sterile, che non produce alcun frutto, non havendo egli quella vivacità, nè quel credito, che ha Winnicki, del tutto necessario al governo, e reduttione di quei Popoli, e la Maestà Sua mette maggior capitale nella di lui persona. Perciò è da temersi, che restando questo colla negativa, come notato di dubia fede, e venendo con poco gradimento riconosciuto il servizio prestato alla Chiesa, non produca in lui qualche raffreddamento, e lo chiami à qualche partito disperato, che sarebbe di pessima conseguenza. L'haver poi Mons. Malakowski preso un Coadiutore al Vescovato, non è perch'egli

non sia capace à cagione di età avanzata di poter solo accudire alla sua Cura Pastorale, non essendo egli arrivato ancora all'età d'anni 60, ma ciò spesse volte siegue per costume nella Chiesa Greca, che li Vescovi si provedono di Coadiutori à tempo per la vastità delle loro Giurisdittioni, et anco per istruttione di quello, che ne dovrà esser il successore. Onde habbiamo molti esempij, che ciò non ostante molti si sono con permissione della Santa Sede trasferiti ad altre Diocesi. È quanto al (f. 354) metter alla prova Winnicki se effettivamente habbia rinuntiato allo Scisma, non vi vuol altro, ch'esaminar la dottrina, che insegna al Popolo, et il Cathechismo nuovamente da lui posto in pubblico, essendovi in Tribunale secolare gravissime pene ingionte contra Relapsos, cioè la pena d'infamia, e la proscrittione del Regno.

Tutte queste considerationi ho pensato di mio obligo il metterle sotto l'occhio purgatissimo dell'E.V., la quale riflettendo con la sua somma prudenza à queste mie humilissime rappresentanze, possa portarle, se bene le parerà, anco alla Sacra Congregatione, alli di cui infallibili giudizij onninamente mi rimetto. Et all'E.V. in tanto bacio humilissimamente le mani.

Radzieowice, 23 Ottobre 1691.

Di pugno di S. Em.za.

Di V. Eminenza, alla quale aggiungo, che il Malakowski non ricerca altro, che di poter trasferirsi ad altra Chiesa, e voleva già molte volte rinunciarla, morto quasi di fame per la povertà di essa, e se non fosse la pensione annua, che il Re gli dà, e qualche aiuto di altri Signori, stentarebbe à vivere, non havendo nè mano luogo di stabilità, e stando à Jaroslavia in Casa di affitto. La riflessione della Sacra Congregatione è prudentissima, che Malakowski (f. 354v) conosce le sue pecorelle, ma se non se gli proveda d'altra parte per sostenerlo, è impossibile, che sussista. Sono pratico di tutto questo negotiato, havendolo havuto in mano, et accordato il detto Malakowski e riconciliato col Winnicki, e di più procurato il suo vantaggio quanto era possibile per consolarlo.

## 19.

*Roma, 27. X. 1691.*

*Card. C. Barberini D.no Thomae Talenti, Secretario Regio, de translatione J. Malachovskyj Chelmam, de Sede vacante Luceoriensi etc.*

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 259r.

Ill.mo Signore.

Ho ricevuta la lettera, che Vostra Signoria mi ha rimessa della Maestà del Re per Mons. Malachowski, nominato al Vescovato di Chelmense Greco-unito, e non lascerò di presentarla; ma havendo io scritto a Sua Maestà con inviar la lettera al Signor Card. Radziejowski, sopra le riflessioni e risolutioni, che anticipatamente haveva fatto in tale translatione questa S. Congregatione di Propaganda Fide, non già a riguardo di Mons. Malachowski, che tutti riconoscono per Prelato carico di meriti, ma per altri rispetti ben degni di essere considerati, non so quello, che qui si vorrà risolvere, e che vorrà Sua Maestà commandarmi doppo udito tutto quel che passa.

La vacanza del Vescovato di Luceoria pur qui fu intesa, e Nostro Signore mi commandò di eccitare la pietà della Maestà del Re a nominare un'altro degno soggetto; onde pur sopra questo sentirò quello, che la Maestà Sua si degnerà di rispondermi.

La ringratio degli avvisi, che mi da nostra armata e sperando in Dio, che sia per farci sentire presto qualche glorioso successo, accuso a Vostra Signoria la ricevuta dell'ultima sua dei 25 del passato e le auguro il colmo della felicità.

Roma, 27 Ottobre 1691.

Affettuosamente per sempre.

## 20.

*Roma, 10. XI. 1691.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., de translatione J. Malachovskyj Chelmam, de negotio Peremysliensi etc.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 262v-263r.

Molto Reverendo Padre.

Ricevo la lettera di Vostra Riverenza dei 26 Settembre passato, scritta dal Campo Regio presso Erlau in Moldavia, e con essa mi è pervenuta la risposta della Maestà del Re intorno alla persona di Mons. Malakowski, che io raccomandai alla Maestà Sua per commissione di questa S. Congregatione di Propaganda (fol. 263r) Fide. Rappresenterò a questa il generoso sentimento, che la medesima ha avuto di beneficare tal degno Prelato col nominarlo al Vescovato di Chelma, come si esprime nella lettera, che nei giorni passati ricevei dal Signor Segretario Talenti, e feci subito rendere per mezzo del Signor Card. Spada alla Santità di Nostro Signore.

Riconoscerà la S. Congregatione la gran pietà et il sommo zelo della

Maestà Sua, che anche nel maggiore imbarazzo del viaggio nella Moldavia, e combattendo coi nemici ha voluto dimostrare la stima, che fà del merito del Prelato e della S. Congregatione, ma havendo questa havuti molti rifflessi nel condescendere alla di lui permuta, come mi diede l'honore di mandarne i decreti a Sua Maestà; non so quello farà Sua Beatitudine per risolvere sentendo il parere della medesima S. Congregatione, la quale non perche non desideri a Mons. Malakovski ogni vantaggio, ma perche lo stima necessario ancor per qualche tempo nella Diocesi di Premislia, poca inclinatione ha mostrata di permettere, ch'egli abbandoni un Gregge per opera sua unito alla nostra Santa vera fede. Tutto questo notifico a Vostra Riverenza per sua informatione, e nel resto starò aspettando non meno le risposte di Sua Maestà, doppo che havrà veduti i decreti della S. Congregatione, che di sapere i sensi di Sua Beatitudine...

Roma, 10 Novembre 1691.

## 21.

*Roma, 11. XI. 1691.*

*Card. C. Barberini D.no Thomae Talenti, Secretario, de non receptis responsionibus in causa Chelmensi etc.* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 262rv.

Feci pure recapitare la lettera a favore di Mons. Malakowski per il Vescovato di Chelma, ma sin hora non ho potuto sapere qual sia il sentimento di Sua Santità; et io aspetterò le risposte (fol. 262v) di costà per quello che scrissi circa i Decreti della S. Congregatione di Propaganda sopra questa stessa materia.

## 22.

*Javorovia, 21. XI. 1691.*

*Joannes Malachovskyj Card. C. Barberini de suo statu, de translatione Chelmam, de eparchia Peremysliensi et Ep. Wynnyckyj, de administratione metropolitana, de variis rumoribus et notitiis etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 698-699.

Em.me, et Rev.me Princeps,
Domine, D.ne Patrone Colendissime.
Emin.mo Barberino, Protectori.

Singularem S. Sedis Apostolicae et Eminentiae Vestrae sollicitudinem circa juvandas meas summas miserias, tum apud S. Regiam Maiestatem

tum alibi solus Deus pro condigno praemiare potest, deficiente hac in parte omni meo posse. Cum ergo ad tot validissimas instantias E.V. nomine S. Sedis, S. Regia Maiestas, praeter annuam pensionem, et alia beneficia mihi praestita sollicita esset de modo ulteriori, sublevandi inopiam meam, obtulit se interim vacans Chelmen. Episcopatus cum Archimandria, sive Abbatia Zydyczinen. sibi adiuncta, ob tenuissimos redditus dicti Episcopatus, post decessum R.mi Aug. Lodziata, Episcopi Chelmen.[7] Quod beneficium sua Maiestas mihi neque quaerenti, neque concurrenti, ex sua singulari pietate et intuitu praecedentium instantiarum E.V. pro me, per suas Regias litteras, 1mo, Zloczovia, 19 Aug., hoc anno Varsaviam transmissas, conferre dignata est, non modo grato animo acceptante id Ill.mo Domino Nuntio, sed pro oblata hac gratia mihi solemnes Suae Maiestati gratias agente, eandemque mihi una cum R.mo Domino Auditore congratulando. Hac acceptatione, absque ulla contraventione Ill.mi Domini Nuntij, firmatus, ego quoque submississimas S.M. retuli gratias. Eandem gratiam S.M. ex Castris, secundarijs litteris, renovare dignata est, largiendo et privilegium suum Regium tam pro Episcopatu, quam et pro Archimandria. Cum ergo res in tuto positas crederem speraremque quiete residuum vitae in collato beneficio finire, assecurata Dioecesi ex parte R.mi D.ni Winnicki, per media a S. Sede Apostolica destinanda, quandoquidem et ipsemet R.mus D. Winnicki non modo aliquam suspicionis notam inconstantiae, post iuratam Unionem S. Varsaviae hucusque praebuerit, sed potius magna specimina constantiae exhibeat et promotioni eiusdem Unionis S. sedulo insudet, quod conscientia episcopali S. Sedi deferre obligor. Ecce interim moneor ab Ill.mo D. Metropolita de difficultatibus tum ex occasione Decreti s.m. Innocentij XI, tum ratione administrationis Ill.mo D.no Metropolitae de Iure competentis, vigore cuius commisit administrationem Episcopatus R.mo D.no Episcopo Vladimirien.,[8] Archimandriae vero R.mo Oranski, nominato Archimandritae (f. 698v) Melcien.[9] eundemque pronunciavit pro nominato Episcopatus Chelmen. et dictae Archimandriae, non habente privilegium et assensum suae Maiestatis, in cuius manibus Ius collationis, imo eandem Archimandriam Zydyczinen. recommendavit Ill.mus Dominus Nuntius

---

[7] Agitur iam de translatione Joannis Malachovskyj Chelmam post obitum Augustini Lodziata, Episcopi huius eparchiae (1686-1691). Translatio locum tandem habuit anno 1692, sed non constat Malachovskyj Sedem hanc de facto possidebat, quia iam sub finem anni obiit.

[8] Leo Szlubicz Zalenskyj, Episcopus Volodimiriensis (1679-1694), dein et Metropolita Kioviensis (1694-1708).

[9] Gedeon Woyna Oranskyj erat Episcopus Chelmensis post obitum Joannis Malachovskyj ann. 1693-1709.

Ill.mo D. Metropolitae, ut curaret in personam meam hisce formalibus: curet Ill.ma Dominatio Vestra Archimandriam, qua defunctus episcopus fruebatur, eidem D.no Malachouski conferri, ut aliquando possit ex maximis miserijs quas passus est, et patitur, emergere.

Quoad Decretum s.m. Innocentij XI, istud ego uti ss.mum in illis circumstantijs sacrosancte veneror, quando R.mus D. Winnicki, post primam factam professionem fidei, non adeo firmus iudicabatur in Unione S., non se manifestando ob certos et graves respectus Status; nunc vero cum clara firmitatis suae indies indicia exhibeat, possitque per media a S. Sede Apostolica destinanda, sibi melius visa, non modo quoad personam suam, sed etiam successorum suorum magis firmari et roborari, ad quod plurimum proderit zelus indeficiens S. Regiae Maiestatis, quae hanc Unionem supra tot Serenissimos Antecessores suos indefesso studio curabat, et curat, ut sit non ficta, sed vera et stabilis; putarem meo debilissimo iudicio, quod cum omni observantia humillime subijcio ss.mo iudicio et decisioni S. Sedis Apostolicae, hanc dioecesim posse committi fidei, et conscientiae dicti R.mi, per quod et ipse tanta benignitate erga se S. Sedis suffultus, alacrius et firmius eidem adhaereret, et populus ipsius confidentius accederet ad Unionem S. et aliae Dioeceses schismaticae, prout inclinare caeperunt, hoc ipsum habere possent pro magno motivo; alias timeo, et in ipsomet R.mo Domino Winnicki magnam animi consternationem ex hac diffidentia erga se et in populo ipsius multo maiorem et in alijs iam inclinatis aversionem ab eadem Unione, quod pro conscientia deferre iudico.

Quoad Ius administrationis Ill.mi D.ni Metropolitae, post fata Ep. (?) serviens, hoc quidem non nego, nihilominus supra 40 annos in hoc Ritu manens, numquam recordor usurpasse annum gratiae post decessum Episcoporum, multo minus Archimandritarum, sed statim privilegiati a S. Regia Maiestate adibant possessionem suorum beneficiorum, quod longa (f. 699) inductione probari posset; cum enim nostri Praelati assumantur ex Religiosis, voto paupertatis obstrictis, per annum gratiae ruinatis bonis ab Ill.mis Metropolitanis, quid pauper successor inveniret?

Supplico itaque E.V. pro ulteriori patrocinio vel ratione istius beneficij consequendi mihi collati amovendisque modernis Administratoribus vel licentia exonerandi me hocce onere pastorali, in quo, media vivendi non habendo, subsistere impossibile, praesertim in hac aetate mea.

Passim ad Aulam spargitur a me Romam missum, qui nomine meo impediret negocium tam pium et s. promotionemque Unionis per personam R.mi D.ni Winnicki eumque esse A.R.P. Kulakoski, Relig. S. Basilij, antea Officialem meum ad placitum Religionis suae; sed hunc non modo illuc non misi neque per ipsum quidquam scripsi, aut aliquid commisi

tractandum, sed neque scivi quo abiverit, neque notitiam habeo subsistat a 19. 7bris; vereor ne privata sua tractet sub specie zeli, et personae meae, quod rogo non mihi imputari, sicuti hic etiam aestimatur.

Cum denique Ill.mus D. Metropolita, totis viribus promovendo R.mum Oranski, ad meas extremas miserias non minorem addat, et ipsum exaltet, meque maxime deprimat, ubi et coram quibus non expediret, supplico committi Ill.mo D. Nuntio inspicere in praetensiones, si quas tam Ill.mus quam Religio Basiliana habeant contra me, quod ipsemet exopto.

Ultimatim pro R.mo Domino Winnicki, Collega meo, iteratis vicibus supplico, ut ipsius zelus recommendatus sit respectui singulari S. Sedis et E.V., cuius ego exosculando s. purpuram ulteriori protectioni me recommendo et maneo.

Javoroviae, 21. 9bris 1691.

Eminentiae Vestrae humillimus Servus

Joannes Malachouski, Ep. Pr. nom. Chel.

## 23.

*Javorovia, 22. XI. 1691.*

*Ep. Peremysliensis I. Wynnyckyj Card. C. Barberini de rebus suis et eparchiae, de sua unione et promotione, de Catechismo et de non-Unitis eorumque aversione, de J. Malachovskyj etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 700-701.

Em.me Princeps, Rev.me Domine et Patrone Col.me.
Em.mo D. Cardinali Barberino, Protectori.

Communicavit mihi et explicavit Emin.mus Cardinalis Radzieouski quantam Eminentia Vestra circa promotionem intentionum Serenissimi Regis, Domini nostri Clementissimi, adhibeat curam, et solicitudinem. Ubi cum inter alia de rebus agatur meis, visum est mihi, uti et teneor, praesentibus Eminentiam Vestram, Regni huius, et mei Protectorem, humillime venerari, et meam erga Eminentissimam Celsitudinem Vestram submisissimam testificari promptitudinem. Dedit iam testimonium non ita pridem Sanctissimo Domino Nostro Sacra Regia Maiestas, me non esse Neo-accedentem ad Unionem cum S. Romana Ecclesia, nam ego a principio vocationis, et promotionis meae fui verus Unitus, quod et iuramento in manibus Illustrissimorum Dominorum Episcoporum praestito firmaveram, sed me ex consilio S.R. Maiestatis, magnis de causis, praesertim respectu finitimarum eiusdem Religionis gentium, non promulgavi; interim non fui otiosus, verum sensim medijs adaequatis, et charitativis,

qua in publicis conventiculis, et congregationibus, qua privatis in colloquijs gentem pertinacem, praesertim ordinem Equestrem, qui uti ad Regnum Poloniae per pacta cum suis libertatibus accessit, ita ijsdem libertatibus, et privilegijs in Religione contra Unionem acerrime pugnabat, flectebam, et in meum sensum ordinarias, non omittendo, et extraordinarias circa aedes ecclesiae Cathedralis Praemislien. etc. instituendo Congregationes, non parcendo haereditarijs possessionibus meis (quod toti constat Dioecesi) inclinabam. Cuius meae solicitudinis extat documentum, libellus Cathechesis ex Horto (f. 700v) Pastorum breviter per me collectus, et idiomate Sclavonico impressus. Extant et alia documenta, nempe declarationes et privilegia, Statum Spiritualem Ritus Graeci ab oneribus, et contributionibus publicis eximentia, immediate ante meam promulgationem de singulari S.R. Maiestatis gratia, ad illecebram amplectendae Unionis, meo studio et cura permanantia, quae me explicite purum et constantem Unitum testantur. Accedit quod universales litteras meas seu processum expediverim, quibus totam Dioecesim, ex quo redij Varsavia, de suscepta, et promulgata cum S.R. Ecclesia Unione certificavi, et confirmavi, primis felicem SS.mi Domini nostri electionem, per secundas feliciter iam electum publicis orationibus commendando, prout iam id ordinarie faciendi, divina adiuvante gratia, usus obtinet; iam per vastas Russiae partes solemnis, et publica mea cum Sacra Romana Ecclesia Unio percrebuit; strident super me dentibus suis vicini Dioecesis Leopolien. schismatici, sed ego, fretus gratia Divina, et Apostolicae Sedis patrocinio, volo vincere in bono malum, ut meam curaeque meae commissas animas Christo lucrificiam. Quod sincere coram Deo, qui intuetur cor, Eminentiae Vestrae testor; unde ergo de me et constantia mea vel minimum dubium, cum totam Dioecesim (nam R.mus Malachouski exiguam tantum plebeculae partem ecclesiarum, quas Iurisdictioni illius ipsi bonorum haeredes subijciebant, extra Cathedram regebat) in salutarem Pascuam deduxi, et cum Statum Equestrem, qui saepissime Comitiola, et ipsa generalia Comitia, par activitate, et omnibus libertatibus Ordini Romani Ritus existens, intuitu Religionis rumpebat, pedes SS.mi Domini nostri osculari effeci; idque feci non ambitu alicuius promotionis, nam altiora non peto, sed uti ante promulgationem (f. 701) Cathedram, et ad eam bona (licet sint exigua) spectantia possidebam, ita et nunc possideo, verum id divinae cooperanti gratiae, pijsque S.R. Maiestatis consilijs insistendo, zelo Divinae gloriae, et amore tot millium animarum salutis ductus prestiti; ergo ne curae meae particula Dioecesis, quam tenuit R.mus Dominus Malachouski, non videtur concredenda? qui totam Dioecesim in via salutis collocavi, et quidem meliori modo, quam primi accedentes ad Unionem Sanctam Antecedanei mei,

qui magis rixas et contentiones inter gentem Ruthenam, quam formalem intulerunt Unionem. Certe ideo Dominus Malachouski sub sua Iurisdictione habuit partem Dioecesis meae, quia unitus. Ego, quando pari, vel si gloriari licet maiore, et notabiliore zelo sum pariter unitus S. Romanae Ecclesiae, quare parem non habeam fidem, et in vera Unione divisionem patiar Iurisdictionis, cum admiratione et offendiculo parvulorum. Caeterum refero omnes actus meos in testimonium S.R. Maiestatis, Domini mei Clementissimi, cuius consilijs, et nutibus, adhuc in Curia saeculari existens olim obtemperavi, et hucusque obtemperans haec, quae Dominus, volens omnes salvos fieri, facienda voluit, feci. Haec SS.mo Domino Nostro Innocentio duodecimo, et Sacrae Congregationi per authoritatem Eminentiae Vestrae explicari, commendarique ardentissime cupio, et supplex peto, et me remque meam immo Christi altissimo patronatui, et gratiae Eminentiae Vestrae humiliorem in modum commendo.

Datt. Javoroviae, die 22. 9bris 1691.

Eminentiae Vestrae devot.mus Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki,

Episcopus Premislien. Sanocen. et Samborien. Ritus Graeci Unitus.

(fol. 701v) Nella Congregatione particolare de 26 Febraro 1692.

## 24.

*Roma, 24. XI. 1691.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de translatione J. Malachovskyj Chelmam* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 265r.

Sono molto forti i motivi che V.E. mi accenna colla seconda lettera sua circa la translazione di Mons. Malakowski, e se bene quelli che sono stati costì hanno diversa opinione di non traslatarlo per hora; che molto ha potuto imprimere nella S. Congregatione questo sentimento non dimeno lo comunicherò alla medesima il superior giudizio di V.E. che deve esser considerato sopra quello di tutti gli altri.

## 25.

*Roma, 1. XII. 1691.*

*Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario Regio, de Nuntio Santacroce, de rebus Reipublicae, de translatione J. Malachovskyj Chelmam.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 266v-267r.

Illustrissimo Signore.

Spero, che hormai la Maestà del Re sarà giunta di ritorno a ripatriare nel suo Regno doppo haver fatto non poche cose gloriose nel breve tempo della Campagna passata. Dio faccia, che si possa mantenere quel, che si è acquistato, e che i presidii lasciativi siano costanti a confermarsi i posti loro consegnati.

Stimo, che Mons. Nuntio Santa Croce ritornerà in Polonia, se si sarà rihavuto del suo male; e tornando non dubito, che colla sua presenza cercherà di rimuovere qualche mala sodisfatione ricevuta nel tempo della sua assenza dalla Nuntiatura; nè vorrei già, che i dissapori principiati con Mons. Gran Canceliere del Regno si avanzassero a maggiore rottura.

Quello, che si è inteso per via dell'Auditore della Nuntiatura circa Mons. Malakowski non può essere stato di suo cappriccio, ma per commissione della S. Congregatione di Propaganda, che ha grande repugnanza (fol. 267r) di far passare ad altra Chiesa quel degno Prelato, sinche non si veda bene assodata l'Unione dei scismatici convertiti nella Diocesi di Premislia; ed io scrissi alla Maestà del Re, inviando il dispaccio al Signor Card. Radzieiowski, tutti i motivi della S. Congregatione e le risolutioni prese, alle quali sempre si uniformerà la Santità di Nostro Signore, che mai diede fuori risposta alla lettera Regia, colla nomina di Mons. Malakowski alla Chiesa di Chelma.

## 26.

*Roma, 22. XII. 1691.*

*Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario, de causa J. Malachovskyj et de Abbatiis* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 269v-270r.

Illustrissimo Signore.

Sento poi quello che Vostra Signoria mi scrive in ordine a Mons. Winicki, del quale havendomi ella per P.S. trasmessa una sua lettera con una piccola informazione delle differenze, che vertono tra esso e Mons. Malachowski, io non ommitterò di ben riflettere tutto per servirlo in quello mi sarà permesso, ma tra tanto non lascio di dirlo, che S. Congregatione di Propaganda Fide persiste nelle determinationi da me altre voltre costà avvisate, nè so quale apertura possa (fol. 270r) restare a me per rimuoverla a condescendere a consolarlo; tuttavia si starà in prattica per tutto quello in che si riconoscerà di suo vantaggio per esser pronto a darvi la mano.

Per l'affare delle Abbazie ho scritto costà diffusamente quanto oc-

corre, unitamente colle considerationi fatte da me per attendere gl'ordini di Sua Maestà di ciò, che dovrò qui operare, et a questo effetto havendo io in qualche parte cooperato, che si sia differita la Congregatione deputata da Nostro Signore, starò attendendo appresto qualche cosa di più preciso oltre quello che mi accenna Vostra Signoria haver sentito da Sua Maestà.

Roma, 22 Decembre 1691.

## 27.

*(Mukačevo,... 1691).*

*Episcopus Mukačoviensis De Camillis supplicat pro facultate ordinandi bigamos.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1691, vol. 509, f. 320, 321.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Giuseppe de Camilis Vescovo di Sebaste, e Moncaz riverentemente espone all'EE.VV. il gran bisogno che ha la sua Chiesa di ministri, e sacerdoti supplica per tanto volerli concedere facoltà di poter ordinare anche i bigami, che della gratia quas Deus etc. etc...

(f. 321) Supplicatio ad Congreg. Sacrae et Vn.lis Inquisitionis.

Io. Joseph de Camillis Episcopus Sebasten. et Munkaczien. in Ungaria supplicat Sanctitati Suae quatenus dignetur eidem concedere facultatem ut possit dispensare cum Bigamis Saecularibus Dioecesanis Ritus graeci, ut non obstante vitio Bigamiae possit ad Sacros Ordines, etiam ad Praesbyteratum illos promovere, et Altari licite ministrare post ordinationem.

Tales dispensationes ego saepius obtinui pro Domino Metropolita Russiae, pro D. Episcopo Chelmensi, et pro alijs,[10] prout reperiri poterit in Regestro Notariatus.

## 28.

*Radzieiowice, 25. XII. 1691.*

*Cardinalis M. Radziejowski Cardinali C. Barberini de translatione J. Malachovskyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 702 (excerptum).

---

[10] Erat Procurator negotiorum Ecclesiae Unitae temporibus Metropolitae Cypriani Zochovskyj (1674-1693), et Episcopi Chelmensis Jacobi Susza (1652-1687), et tunc similia negotia pertractabat ut Procurator (1674-1689).

In lettara del Signor Cardinal Radzieowski delli 25 Decembre 1691, al Signor Cardinal Barberini

Per quello riguarda la translazione di Monsignor Malacoski sopra la quale io rappresentai i miei devotissimi sensi all'E.V., replico, che sono veridichi, mentre vengono dettati dall'esperienza e quando anche si dovessero ricercare più sicure informazioni, io mi assicuro, che non saranno punto discrepanti da quelle, che ho sinceramente rappresentate.

## 29.

(*Peremislia, an. 1692*).

*Episcopus Peremysliensis I. Wynnyckyj acceptat et explicat puncta seu conditiones suae unionis cum Ecclesia Catholica, ad mentem desideriorum Congregationis de Prop. Fide, promittitque pensionem J. Malachovskyj et petit admissionem Alumnorum in Collegiis Romanis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 852-853.

Ex Punctis Conditionum, iuxta sensum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

Ad Primum. — Recognosco quantumvis in primo meo cum R.ndmo Episcopo Leopolien. Ritus Graeci et Ovrucen. ac Uniovien. Archimandritis super Unionem cum Romana Ecclesia juramento, inter puncta mediationis per Delegatos a S. Regia Maiestate ex Senatu et Equestri Ordine, sub tempus Comitiorum Generalium,[11] praesente R.ndmo Metropolita Ducatus Lithuaniae, cum scitu et beneplacito Ill.mi et R.ndmi Nuncij, Eminentissimi iam Cardinalis Pallavicini, adiectum diserte fuerit, quatenus accedentes Episcopi ad Unionem Sacram, ab ipso Romano Pontifice immediate dependeant, quod fuit anno 1681, antequam ex voto Gentis Ruthenicae et magnis rationibus interventu ad SS.mum Dominum Papam S.mi Regis Nostri, qui curam et promotionem huius negotij in se suscepit, et nuperrime renovavit. Nihilominus, ut meus erga Sedem Apostolicam candor et sincera submissio clarius pateat, antequam votum hoc gentis nostrae et Regis suum sortietur effectum, si ita Suae Sanctitati videbitur, etiam quoad hoc Punctum eius voluntati per omnia me subijciendo, qua privatim, qua publice in Comitijs Generalibus, Domino Metropolitae Lithuanico tanquam Superiori, quando celebrare contigerit, assistentiam non gravante praebebo prout facere solent alij Episcopi Uniti.

Ad 2dum. — Officiales uti aliquos ad Cathedrales ecclesias degen-

---

[11] Mense Martio 1681. Cfr. vol. III *Litterarum Episcoporum*, pag. 197, nr. 132.

tes mecum Varsaviam acceperam, ita omnes in manibus R.ndmi Episcopi Posnanien., ex authoritate S. Nunciaturae, super fidem catholicam et Unionem iurarunt, reliquos autem Decanos, siquidem mihi Ill.mus Dominus Nuncius authenticum Instrumentum a Schismate absolvere benigne concessit, quamprimum in meam Dioecesim redij, similiter absolvendos curavi; et quoniam Iurisdictionem integram, gratia Sedis Apostolicae, habeo, etiam ex istis quos Dominus Malachowius tenuit, si quos eruditiores et magis idoneos videro, in Vicarios Foraneos, et quocumque nomine appellentur Officiales, eligam Unitos indubitatos.

Ad 3tium. — Festum B. Josaphat celebrari uti nihil iustius, ita nihil gloriosius censeo, iuxta morem Unitorum et celebrari exemplo meo et mandato curabo.

Ad 4tum. — Libros schismaticos, si ante promulgationem publicam meae Unionis extirpandos curavi, multo magis nunc prohibeam quocumque modo contra Unionem agere videbuntur.

(f. 852v) Ad 5tum. — Adolescentes, praecipue Nobiles, quod etiam ipse optavi, mittam ad Seminaria Pontificia pro recta eorundem educatione. Quantum ad Coadiutorem ab Eminentissimo cardinali Barberino intimatum, hunc non refugio quantum ex me, haec tamen subijcienda altissimo Eminentiarum Vestrarum iudicio censerem.

Primo. — Quia Beneficium Episcopatus mei est valde moderatum et non nisi ad sex millia flor. pol. ascendit, nec ex sortibus Iurisdictionis Malachovianae, ad unum caput per SS.mi Indulgentiam reductis, particula glebae mihi accedit, et R.ndmus Malachovius ex pensionibus gratuitis Regis et Magnatum saepius molestis vixit. Non diffiteor expensum a me notabile peculium in vindicationem libertatis Cleri mei et avulsorum recuperationem, quod clare constat omnibus, status etiam mei decentiam substinui semper et nunc tanto magis, sed de Bonis haereditariis suppleo defectum et Villam totaliter vendidi ad fines supranominatos, non video ergo unde sustentari possit Coadiutor.

Secundo. — Quia Equestris Ordo Ritus Graeci liberam apud Nos semper habuit Episcoporum electionem, legibus et Privilegiis firmatam; et anno superiore per Legatos suos, circa professionem fidei Romanae et promulgationem Unionis, apud Sacram Regiam Majestatem et Proceres Ecclesiasticos ac Saeculares praecustodivit sibi et scripto publico praetactam electionis libertatem firmavit solidavitque, videretur ergo Juribus illorum Coadiutor valde praeiudiciosus, non absque periculo et iusto metu, ne aliquae circa novellam Unionis plantationem exoriantur dissensiones. Me nihil separabit a charitate Christi et Ecclesia Romana, sed vereor ne Episcopi cum vastissimis Dioecesibus speciali cura Regi Serenis-

simi ad Unionem colimantes et bene iam dispositi, hac novitate assumendi Coadiutoris deterreantur, et a proposito (quod Deus avertat) resiliant. (f. 853) Accedit quod tanta Beneficia Ecclesiastica et Senatoriae curules in Ritu Latino solius Equestris Ordinis capacitati cedunt semper in Polonia, nobis autem Ritus Graeci Nobilibus, per omnia paribus, unica Episcopalis, et eius liberae electionis cum mediocribus sane proventibus relicta est praerogativa. Si ergo haec Nobilitatis Ritus Graeci Uniti abrogaretur etiam haec praerogativa, clarum nimis est quo id animo sint laturi; sum etiam per Dei gratiam par laboribus Episcopalibus et vegeta florentique utpote quadragenarius aetate; nec ergo legibus et earum dispositioni, nec authoritati meae servire videretur assumptus Coadiutor. Auderem ergo supplicare humillime SS.mo Domino et Congregationi de Propaganda fide, ut in gratiam Dioecesis meae, noviter Ecclesiae Romanae per Unionem aggregatae, alumnos aliquos qui et genere et scientia capaces esse possint muneris Episcopalis, faciat et mandet Romae admitti, unde bene exculti et in fide fundati in Poloniam redire solent. Et sic securitati ex omni parte providebitur, ut non suspectus in mei locum, quando Deus voluerit, successor eligatur, ob quod vel maxime Coadiutor proponitur.

In certis Personis ad Ordines promotis per bigamias intervenientes, ob defectum subiectorum, qui Irregularitatem incurrerunt, ut possim dispensare, sicut etiam in casibus reservatis, in quibus aditus Romae et loci distantia, et facultatum (?) tenuitas non concedit, facultatem mihi a Sede Apostolica concedi humillime postulo.

Quemadmodum et Indulgentias aliquas ad alliciendum Populum fovendamque erga Sedem Apostolicam eiusdem devotionem.

Innocentius Winnicki, Episcopus Premisl. Unitus (mpr).

## 30.

(*Premislia, an. 1692*).

*Considerationes In. Wynnyckyj de Coadiutore sibi et pro eparchia Peremysliensi assumendo, exprimitque difficultates.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari,* vol. 29, fol. 854rv.

Considerationes circa Coadiutorem assumendum.[12]

Non ego refugio Coadiutorem talem, praesertim qui et Romae opta-

---

[12] Considerationes hae expressae fuerunt anno 1692 calamo prolixiori dum de his conditionibus sat frequens vigebat commercium epistolare; cfr. de his rebus documenta posteriora; has posuimus in initio anni 1692, quia non habent determinationem exactam.

tur, et Serenissimo Regi meo ab Eminentissimo Cardinali Barberino, Regni Nostri Protectore, commendatur, in datis 1 Martij, anni currentis, videlicet Dominus Zolkiewski, et quantum est ex me nominare hunc et non alium Coadiutorem paratus sum, subiectis altissimo Iudicio SS.mi Domini et Sacrae Congregationis considerationibus, quae sequuntur.

*1ma*: — Proventus annuus Episcopatus mei non nisi ad sex millia florenorum Polonicalium appenditur: tametsi enim sortes Malachovianae Iurisdictionis, benignitate SS.mi Domini mei ad unum caput reducuntur, nulla tamen glebae particula Episcopo Praemislien. accedit cum illis, et R.ndissimus Malachouski gratiosis duntaxat Serenissimi et Magnatum pensionibus hactenus vixit, qua status sui decentia supervacaneum est explicare. Non diffiteor expositum a me in promotionem libertatis cleri mei, iniuriarum vindicationem, avulsorum Bonorum ecclesiasticorum recuperationem, denique in flectenda ad Sacram Unionem duriora ingenia notabile omnino peculium, quod Regno constat et maxime Districtui Terrae Praemislien. status etiam mei decentiam et honestatem retinui semper, et tanto magis cum Romana Ecclesia Unitus retinere contendam, sed de Bonis Haereditarijs suppleo defectum ex quibus bonam Villam ad praefatos fines vendere praemente necessitate coactus sum. Non ergo video unde assumptus Coadiutor sustentari queat, nisi forte nova aliqua fundatio accedat, sed etiam posita illa oritur nova difficultas ex secunda consideratione. Quia

*2da*: — Ordo Equestris Ritus Graeci liberam semper in Poloniae Regno habuit Episcoporum electionem, uti Legibus et Privilegijs ab antiquo firmatam, quare etiam anno superiore, circa Professionem Fidei Romanae et publicam Unionis declarationem, per Ablegatos suos praecustodivit sibi, et scripto privilegio eandem liberam Episcopi electionem solidavit. Posset ergo videri Iuribus Graeci Ritus Nobilitatis Coadiutor (f. 854v) absque illis assumptus, esseque praeiudiciosus, nec non istius inde exoriri metus et periculum dissensionum in novella unione, quae in principijs saltem delicate tractanda videretur. Me nihil prorsus a charitate Christi, et Sacra Romana Ecclesia separabit, sed vereor ne viciniores Episcopi cum vastis Dioecesibus, singulari Regis Nostri Orthodoxi cura et indefesso studio, ad Unionem collimantes et magna parte dispositi, Coadiutore simili deterreantur, et a proposito, quod Deus avertat, resiliant. Accedit quod opima beneficia et Senatoriae curules, in Ritu Latino solius Equestris Ordinis capacitati cedant semper, apud nos in Polonia, Ritus autem Graeci Nobilibus, per omnia paribus, unica Episcopalis liberaeque eiusdem electionis cum mediocri sane proventu relicta est praerogativa. Quod si et haec liberae genti, et sua sponte ad Sacram

Unionem sinumque Vicarij Christi Universalis accedenti, subducatur, perquam clarum est, quo id animo laturi sint? Sed ta in Domino censerem, salvo per omnia Romae placito, ut Ritus Graecus in sua praerogativa et pax publica in Unitis consensioque animorum ad Ecclesiae Romanae solatium et amplificationem conservetur; quoniam vero Metropolitana Dioecesi et alij Episcopatus uniti ea gaudent Summorum Pontificum ac pijssimorum Fundatorum liberalitate ac munificentia perenni, ut Alumnos Ritus Graeci Romae foveant, unde literis et virtute exculti beneque in fide fundati in Poloniam Russiamque redeunt, Ritum et Unionem cum Romana Ecclesia strenue promovent, auderem supplicare, ut ex mea pariter Dioecesi tales Alumni acceptentur, qui et genere et cultura Romana capaces futuri sint muneris episcopalis et per consequens, si ita Sanctissimo videbitur, Coadiutoratus; quamvis aetate per Dei gratiam vegeta et florenti sim, utpote quadragenarius atque adeo minus et per aetatem viresque et per proventuum mediocritatem, sub favore Canonum, egere videar Coadiutore.

Sic Unio Sacra certiori fundamento innixa permanebit, et dilatabitur. Sic efficax vicinis dioecesibus, adhuc schismaticis, veram fidem Unionemque Sacram amplectendi praebebitur exemplum.

Caeterum per omnia ut Sacram cum Ecclesia Romana Unionem, ita minimos Maximi Optimi Patris Oecumenici nutus amplector et exequi paratissimus.

Innocentius Winnicki, Episcopus Premislien., et San. unitus (mpr).

## 31.

*Roma, 20. I. 1692.*

*Card. C. Barberini Ep.po Ioanni Malachovskyj gratulatur de translatione ad eparchiam Chelmensem et promittit omne adiutorium et adsistentiam apud Regem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 290rv.

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Accepi gratissimas literas Ill.mae D.nis Vestrae 21 Novembris praeteriti ad me datas, et per eas, summa animi mei laetitia, confirmatam usque agnosco meam de suo zelo studioque persuasionem; continuatos quoque labores suos intueor, ut Graecorum cum Sancta Romana Ecclesia Unio in dies promoveatur. Nec mihi, nec S. Apostolicae Sedi ignoti sunt D.nis Vestrae Ill.mae hac in parte piissimi sensus: sui omnes (?) pro eadem

Unione assidui conatus, et indefessae industriae nec latent, nec debita carent laude; pergat itaque Ill.ma Dominatio Vestra sibique persuadeat nihil me omissurum esse, quod aut Sacrae Unioni prodesse, aut sibi solatio fore dignovero; impendamque uti antehac libentissime operam meam, tum apud Serenissimam Regiam Maiestatem, tum apud Sanctam hanc Apostolicam Sedem, ut sibi, de Ecclesia Dei tam praeclare merito, omne id operis praestiti (fol. 290v) quod hisce temporum angustiis expectare licet, optaboque semper ostendere Ill.mae D.ni Vestrae me non modo Protectoris Poloniae partes explere pro viribus cupere, verum etiam me plurimi sua merita aestimare, et personam amare, quippe qui sum eroque ex animo

D.nis V.rae Ill.mae

Romae, 20 Januarii 1692.

*In margine*: D.no Joanni Malachouski, Ep.po Praemisliensi unito, electo Chelmensi.

## 32.

*Roma, 20. I. 1692.*

*Card. C. Barberini Ep.po Praemisliensi I. Wynnyckyj laudando gratulatur pro successibus in promovenda Unione et adpromittit adiutorium.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 290v.

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

Libentissime legi litteras Ill.mae D.nis Vestrae 22 Novembris elapsi mihi conscriptas, quibus non sine magno animi gaudio agnosco quinam sint mentis suae sensus circa Graecorum cum S. Romana Ecclesia Unionem, necnon suum itidem studium eandem promovendi non modo in Praemisliensi sua Dioecesi, sed et in finitimis eius Provinciis. Hos vero animi sui sensus et iubente Serenissima Maiestate Sacrae Congregationi de Propaganda Fide antehac exposui, et nunc iterato exponere non praetermittam; et pro certo habeat Ill.ma D.tio Vestra nihil unquam ab hac S. Sede Apostolica, et simul a tenuitate mea omissum iri, quod conferre possit in tam sancti operis optatissimum semper complementum; opportunitates vero omnes ultro amplectar Ill.mae D.ni Vestrae comministrandi, et quantopere sua merita aestimem, et Personam diligam, ut agnoscat ipsa quam sincere ego et esse et haberi cupiam

Ill.mae D.nis V.rae

Romae, 20 Jannuarii 1692.

## 33.

*Roma, 26. I. 1692.*

*Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario, de meritis Ep. In. Wynnyckyj extollendis* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 285v-286r.

Illustrissimo Signore.

A questa S. Congregatione di Propaganda io non ho mancato di rappresentare (fol. 286r) quanto mi è stato scritto del molto merito di Mons. Winnicki, e tornerò a farlo in ogni altra occasione, affinche si apprenda quel che sia per essere utile della Diocesi di Premislia.

Roma, 26 Gennaio 1692.

## 34.

*Roma, 26. I. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de negotio translationis J. Malachovskyj Chelmam et de eparchia Peremysliensi* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 286v.

Accenai quel che Vostra Eminenza si degnò notificarmi a questa S. Congregatione di Propaganda Fide circa la translatione di Mons. Malakowski, e se bene fu giudicato, non doversi variar determinatione sinche la Diocesi di Premislia sia bene stabilita nell'unione, tuttavia io tornerò a dir di nuovo quel che Vos ra Eminenza mi dice per suo sentimento, mossasi puramente dal suo gran zelo.

Roma, 26 Gennaio 1692.

## 35.

*Mukačevo, 29. I. 1692.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis Cardinali L. Kollonitz de rebus oeconomicis eparchiae et de bonis locandis.*

Archiv. Primat. Hungariae, *Strigonia*, num. 2116/13 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 258, pag. 318.

Em.mo et Rev.mo Sr. D. Col.mo.

Havendomi detto il S. Klobusiski, che forse andarà presto a Vienna, mando con esso l'incluso memoriale a S.M., quale V.E. dopo che si compiacera legerlo, se gli parera bene farlo arrivare a S.M. o no, sarà in suo

arbitrio. Certo è, che dalla concessione delle cose contenute in esso dipenderà gran bene e senza veruna spesa di S.M., ne alcun disturbo in queste parti, come prometto, e se io fossi costì, farei vedere con le informationi la necessità, che vi è di queste cose e di altre per il profitto spirituale di queste anime e per il buon governo di questa dioecesi. Già scrissi a V.E. nell'ultima mia, che il S. Klobusiski mi ha rassegnato li beni, ma havendo da lui risaputo le pretensioni, che ha la S.ra Tekliana dalla casa Rakoczi, quelle della S.ra damigella che si maritò col S. Apermont e quello che potrebbe fare dopo poco tempo l'istesso prencipe giovane S. Francesco Rakoczi, stimassimo meglio di differire l'arenda di detti beni fino a nuovo ordine di V.E., poiche se io arrendo li beni, seguitarà la casa Rakoczi a star in possesso di essi, come se io non fossi padrone; mi si pagarono per qualche tempo li 600 fiorini, che V.E. mi ha assegnato, ma poi dopo il prencipe o la principessa, se voranno, non mi pagaranno più niente et io non havrò forze di ripigliar dalle loro mani li beni e così restarò e senza denari e senza beni. Però supplico V.E., che per evitar questo gran pericolo, si contenti ordinare, che io questi beni non li arrendi al S. Klobusiski, ma li tenga per me et io per esser più sicuro di questo poco, non mi curo che mi si paghino li 600 fiorini; anzi voglio procurar di far una casuccia per habitar anche fuori della casa Rakocziana, acciò non habbiano occasione d'attacarsi in mente e ripigliarsi questi pochi beni; questo è il consiglio che mi da tutta la gente prattica e più prudente et io perche conosco, che il consiglio è bono, così desiderarei, però mi rimetterò sempre al volere di V.E., a cui baccio riverentemente le s. mani.

Munkacz, 29 Gen. 1692.

Di V.E. hum.mo, oblig.mo Ser.

Gio. Gios. de Camillis, Vesc. di Seb. e M. (m.p.).

## 36.

*Roma, 9. II. 1692.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., laudat zelum in unione eparchiae Peremysliensis demonstratum* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 288v.

Mostra Vostra Riverenza il suo sommo zelo nell'impiegarsi per tutte le cose, che riguardano la S. Sede et il buon servizio di Sua Maestà; onde io non mancherò di darlene qui quel merito, che l'è dovuto et anderò continuando a rappresentare a questa S. Congregatione di Propaganda quel che di costà mi si scrive per l'unione della Dioecesi di Premislia, dove tanto

si è affatigato l'eroico zelo di Sua Maestà, per riacquistare al grembo della S. Sede tante anime alienate. Rendo infine a Vostra Riverenza grazie per gli officii impiegati a favore di Mons. Zolkiewski grato a questa S. Congregatione e resto con pregare da Dio il colmo della felicità.

Roma, 9 Febbraio 1692.

## 37.

*Roma, 23. II. 1692.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., de notitiis relatis de unione eparchiae Peremysliensis de eorumque pauca credibilitate* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 295v.

Io non ho lasciato di andar suggerendo alla S. Congregatione de Propaganda Fide le notizie, che ho avute circa la riunione della Diocesi di Premislia, perche non venga intorbidato quel bene, che si è conseguito con tanti sudori. Ma stimo, che le relationi, che vengono da altri canali, sospendino la credenza a tutto quello, che viene scritto a me: onde non mi è riuscito sin hora di poter far quella impressione, che mi sono studiato di farvi, e che tuttavia non mi stancherò di andar insinuando.

Roma, 23. Febbraio 1692.

## 38.

*Roma, 1. III. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de J. Malachovskyj et de Coadiutoria Peremysliensi, de promittendis In. Wynnyckyj, de remotione Administratorum metropolitanorum, de translatione Malachovskyj aliisque rebus.*

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 303v-304v.

Em.mo e Revd.mo Signor mio Osservatissimo.

Doppo haver io communicato all'Em.za Vostra l'anno scorso le riflessioni ponderate dalla S. Congregatione de Propaganda fide circa la translatione di Mons. Malakowski al vescovato di Chelma, hebbi non solo da V. Em.za risposta con molte prudentissime repliche, ma una lunga lettera di Mons. Winniski piena di varii attestati della sua sincera e costante unione et una altra di Mons. Malakowski con testimonio favorevole ad esso Mons. Winniski; onde havendo tutto communicato alla S. Congregatione, questa d'ordine di Nostro Signore nuovamente ha deliberato sopra la materia, esaminandola colle dette notizie inviatemi,

et ha risoluto doppo il dibattimento di tutte le difficoltà, alle quali io non ho mancato di rispondere con i lumi sovradetti, che Vostra Em.za si era specialmente degnata darmi, che debba servirsi alla Maestà del Re per quanto sia possibile, e render grazie a S. Maestà di ciò che ha operato con tanto zelo in beneficio della Unione, la quale perche resti più fermamente et indubitamente stabilita sotto il governo di Mons. Winniski, desidera onninamente che egli acconsenta di presente ad havere in coadiutore il Signor Zolkiewski, soggetto, del quale si ha ogni più buona opinione, e tale venga da Sua Maestà nominato, che Mons. Winniski:

1°. Prometta per la compita sodisfattione di Sua Santità di riconoscere per Superiore il Metropolita Lithuano, e gli assista nel caso, che gli occorresse di celebrare nelle Diete Generali;

2°. Che negli ufficii e vicariati foranei imponga persone unite;

3°. (fol. 304r) Che doppo l'Unione di tutto o parte del clero e dei monasterii, ordini, che da essi venga celebrata la festa del B. Giosafat;

4°. Che proibisca i libri scismatici, che in qualsivoglia modo trattano dell'Unione;

5°. Perche finalmente procuri, che i giovani, particolarmente nobili, siano mandati alli seminarii Pontificii per la loro buona educatione.

E perche nella lettera scrittami, porta in testimonio della di lui sincera volontà un Cathechismo da esso publicato, desidera la S. Congregatione haverne qui un esemplare a perpetua memoria.

Suppone dunque Vostra Eminenza di credere, che con simili dichiarazioni darà occasione Mons. Winnicki di stabilire intieramente il suo concetto e non si metterebbe più in dubbio la sincerità della sua unione, della quale se bene non si ha da diffidare, tuttavia la farà con ciò apparire chiaramente di maggior fermezza, e stabilità, con la speranza insieme, che un tal'esempio di perfetta ubbidienza possa indurre la reduttione delle Diocesi di Luceoria, e di Leopoli a lui vicine. Credami perciò Vostra Eminenza, che ubbedendo Mons. sudetto resterà intieramente ultimato questo gravissimo affare tanto glorioso a Sua Maestà, tanto vantaggioso a Mons. Winnicki medesimo e di frutto e beneficio immenso alla Chiesa Cattolica et al contrario mostrandosi egli difficile e renitente, accrescerà, e confermerà le dubiezze e le ambiguità di quell'animo candido e netto, che professa, e con cui protesta haver operato.

Commette poi la S. Congregatione a cotesto Mons. Nunzio S. Croce, che procuri, che venghino rimossi gli amministratori posti da Mons. Metropolita sopra i beni del Vescovato di Chelma, e dell'Archimandria Zydiczinense, acciò siano tenute in deposito l'entrate sino a che si venga al possesso di Mons. Malachowski, implorando in ciò la Regia Protettione,

altrimenti non potrebbe (fol. 304v) Mons. sudetto provedere alle sue strettezze e necessità, alla quale il Re ha inteso di dar rimedio. Io pure ho avuto ordine dall'istessa S. Congregatione di riferire tutto il contenuto di questa lettera a Sua Maestà come mi fò lecito di fare in questo ordinario, ed inviarne il dispaccio aperto all'Eminenza Vostra, acciò come le insinuationi di lei sono state il maggior nervo alle mie rappresentationi, così secondo la fiducia di questi Signori Cardinali, communi colleghi, ella habbia benignamente a dar la mano ultima adiutrice alla perfettione di questa si grande et importantissima opera, per lo che, se mi è lecito, imploro anch'io la benignità sua singolare verso di me, acciò con la consecutione mediante la sua valida assistenza, ottenga la sua gran pietà e zelo e meritati applausi, e la mia servitù coll'Eminenza Vostra il riconoscimento delle incessanti grazie, con le quali ella mi honora sempre, che ubbidisco agli ordini della Sacra Congregatione. Aggiungo a questi anco le particolari proteste del mio privato ossequio verso l'Eminenza Vostra e le bacio humilissimamente le mani.

Devotissimo di Vostra Eminenza.

Roma, 1° Marzo 1692.

## 39.

*Roma, 1. III. 1692.*

*Card. C. Barberini Ioanni III, Regi Poloniae de translatione ad eparchiam Chelmensem; de Ep. In. Wynnyckyj eiusque adpromissis et conditionibus, de litteris P. Vota et ep. Wynnyckyj aliisque rebus.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 306r-308r.

Postquam iussa Maiestatis Vestrae, mihi anno praeterito imposita, circa nominationem a se factam apud Summum Pontificem D.ni Malakowski Ep.pi Graeci uniti ad Episcopatum Chelmensem executioni mandaveram, honori mihi duxi Maiestati Vestrae exponere multas gravesque considerationes a S. Congregatione de Propaganda Fide ponderatas, cuius sensus Sanctitas Sua audire voluit; et quia Maiestas Vestra auctura gloriam, laudesque, quas usque commeretur, in castris tunc erat, litteras mihi ad D.num Card. Radzieiowski in Regias Vestrae Maiestatis manus tradendas; verum multa mihi ab Eminentia Sua, pro ea, qua pollet, prudentia, ad varias circa D.num Winnicki conceptas umbras dissipandas, et ad animos tam Beatitudinis Suae, quam Dominorum Cardinalium ex parte tranquillandos plurimum conferentia, subministrata fuere. Neque defuit sibi ipse D.nus Winnicki, qui longiori ad me scripta epistola

vivaci stilo exposuit suum erga Sanctitatem Summi Pontificis Sedemque Apostolicam obsequium obedientiamque, sinceritate atque veracitate plena fuisse, esseque. Cum hac epistola accepi etiam aliam a D.no Malakowski optimis et affectuosissimis testificationibus in favorem praefati D.ni Winnicki expletam; quae omnia (fol. 306v) illico Sanctitati Suae et S. Congregationi communicanda iudicavi, quae S. Congregatio, post maturum et accuratum examen, ea, quae sequuntur, statuenda esse existimavit. Committendo D.no Nuntio Apostolico, ut Maiestati Vestrae representet quanto animorum sensu agnoscat pecularem beneficentiam, quam Maiestati Vestrae complacitum est exercere erga personam ipsius D.ni Malakowski, subveniendo illius sustentationi, per regiam liberalitatem semper illi suppeditatam et impertiendo tanti meriti, et constantiae Praelato dictae nominationis gratiam, eoque magis quod haec omnia Maiestas Vestra praestiterit intuitu etiam officiorum tum ab eodem D.no Nuntio, tum a me ipso interpositorum apud Maiestatem Vestram, ut tanti viri angustiae sublevarentur; adeoque ipsi iniuctum est, ut Vestram Maiestatem certam reddat, S. Congregationem id ambire, ut prompte obviam eat, quantum quidem possibile fuerit, Regiae Maestatis Vestrae satisfactionibus procurandis. Unde quod ad nominationis praedictae ad Episcopatum Chelmensem confirmationem attinet et consequenter ad concessionem D.no Winnicki liberi regiminis totius Dioeceseos Praemisliensis, agnoscet semper Maiestas Vestra tum in Summo Pontifice, tum in S. Congregatione omnia, quae desiderari possunt, grati animi significationes; nam summo gaudio audita est Nobilitatis Praemisliensis cum S. Romana Ecclesia unio, et publica D.ni Winnicki declaratio, qui successus eo gloriosior est Maiestatis Vestrae nomini, quo pluries alias tentatus fuit, et suis dumtaxat ferventibus sollicitationibus reservatus, ut obtineretur.

Ut itaque operi tanti ponderis et momenti debita perfectio reddatur, id unum desiderandum remanere videtur, ut D.nus Winnicki promittat observationem earum quae sequuntur circunstantiarum, quae ut adimpleantur, tantopere confidit S. Congregatio in Maiestatis Vestrae heroico, et experientia ipsa comprobato zelo, ut non dubitet quin a dicto Praelato consequutura sit condescendentiam, (fol. 307r) quatenus tenerae Sanctitatis conscientiae plenius satisfiat. Requiritur itaque:

1º. Quod D.nus Winnicki recognoscat D.num Metropolitam Lithuanum in suum Superiorem eique, quoties in Comitiis Generalibus celebrare contigerit, assistentiam praebeat, prout facere solent alii episcopi uniti;

2º. Quod in officialem et vicarios foraneos, quocumque nomine appellentur, eligat unitos;

3°. Quod postquam totus Clerus, vel pars, omnia monasteria, vel pars, unita fuerint, mandet ab iis celebrari iuxta morem unitorum festum beati Josaphat;

4°. Quod prohibeat libros schismaticorum, quocunque modo agentes contra Unionem;

5°. Quod curet adolescentes, praecipue nobiles, mitti ad seminaria Pontificia pro recta eorundem educatione.

Neque vero ex dictis diligentiis, et cautelis debet D.nus Winicki quidquam suspicari, quasi dubia sit illius unio, aut minus sincera, aut quasi diffidatur de illius firmitate; sed par est potius id animo concipere, haec dumtaxat exigi, ut illustrior, et manifestior fiat illius prompta ad nutum S. Sedis resignatio, et ut ex tanto obedientiae suae exemplo maior spes effulgeat Luceoriensem et Leopolitanam vicinas Dioeceses lucratum iri.

Licitum pariter mihi sit id addere, nempe quo fortius prompta D.ni Winnicki satisfactio petitis declarationibus praestita corroborabit, stabilemque reddet sinceritatem et veritatem suae intentionis; eo magis dubiae et ambiguae haberentur illius actiones, si ulla hic repugnantia, aut difficultas ex parte eius exoriatur, hinc enim et paternus Beatitudinis Suae animus iusto titulo abstraheretur, et suspiciones, atque diffidentiae altius Dominorum Cardinalium animis insiderent.

Et quoniam D.nus Winnicki in epistola ad me scripta constantiam et sinceritatem suam comprobans, testatur se composuisse catechismum (fol. 307v) idiomate sclavonico, cupit S. Congregatio illius exemplar habere, tum ut opus videat, tum ut operis ipsius memoria laude digna conservetur.

Scribit ad me Pater Vota, Societatis Jesu, per litteras 26 Septembris 1691, et 9 Januarii proximi elapsi, Maiestatem Vestram dignatam esse commonstrare dispositionem benignissimam annuendi meis commendationibus, quas S. Congregationis nomine porrexi, ut in Dioeceseos Praemisliensis coadiutorem nominaretur D.nus Zolkiewski; quamobrem omni efficacia, et fervore supplicatur Maiestati Vestrae, ut talis nominatio effectum consequatur, et ut D.nus Winnicki eidem assensum praebeat. Hac enim ratione, in regimine tam vastae Dioeceseos auxilium, quoad vixerit, habiturus est, et succedere sibi postea tam digno viro, certum reddetur id boni, quod ipse procuravit, et ob quod obtinendum Maiestas Vestra tanto studio incubuit.

Cum autem D. Malakowski transiturus deinde sit ad Ep.patum Chelmensem, et simul capturus possessionem Archimandriae Zydiczinensis, indigebit procul dubio Regiae Maiestatis Vestrae protectione, ut inde

D.nus Metropolita ex nunc auferat bonorum illorum administratores, aut saltem redditus tanquam in deposito conservet, ut D.nus Malakowski subsidium tunc inveniat pauperitati status sui. Hunc in finem supplicandum mihi remanet Maiestati Vestrae, etiam S. Congregationis nomine, ne opem suam regiam optimo huic Praelato deneget; ut pariter Maiestati Vestrae D.nus Nuntius efficacioribus precibus exorabit.

Demum obsequiosissime Maiestati Vestrae repraesento huiusmodi effectuationem eorum, quae requiruntur circa D.num Winnicki, tutissimum fore complementum operae in summam Maiestatis Vestrae gloriam redundantis, et acquisitionem Ecclesiae Catholicae maximam allaturae. Quamobrem certo sibi affirmare ausim, ita mihi dictante fideli et devoto, quod sibi profiteor, obsequio, hic optimam Maiestatis Vestrae inserviendi voluntatem haberi, uti re ipsa agnoscet; indubie enim creditur Maiestatis Vestrae piissimos sensus eam, quam S. Congregatio habet (fol. 308r) mentem secundaturos, quae plane alia non est, quam ut eodem tempore et servitium Dei optimi maximi et Maiestatis Vestrae satisfactiones procurentur.

Ex his, quae Maiestati Vestrae expono, prestolabor quidquid Regiae Suae clementiae mihi significare placuerit, ut meam erga Regia sua iussa obedientiam exerceam, quae et Sanctitati Suae et S. Congregationi participabo, quatenus successui tam prospero et Ecclesiae Dei tam proficuo finis tandem optatus, tanta Maiestatis Vestrae tum gloria, tum gaudio feliciter imponatur. Et eandem humillime revereor.

Maiestatis Vestrae.

Romae, 1-ma Martii 1692.

## 40.

*Roma, 1. III. 1692.*

*Card. C. Barberini Ep.po I. Wynnyckyj de eius unione; de negotio Catechismi etc.*

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 308rv.

Ill.me et Revd.me D.ne.

Statim ac percepi ex litteris Ill.mae D.nis Vestrae, 22 Novembris elapsi ad me datis, confirmatam voluntatem suam circa Unionem cum S. Romana Ecclesia, uti pariter ex D. Cardinali Radzieiowski antea didiceram, existimavi, quemadmodum alias respondi, rem hac totam ad S. Congregationem de Propaganda Fide exponendam referendamque esse, quae sane non mediocri solatio affecta est, agnoscens quantum boni,

D.nis Vestrae Ill.mae opera, et procuratum et obtentum sit in isthac Premisliensi Dioecesi. Et quoniam eodem tempore testatus est mihi D.nus Malakowski nulla ratione de D.nis Vestrae Ill.mae inconstantia et firmitate dubitandum esse, quippe quam reipsa, et effectu eadem Ill.ma D.tio Vestra comprobaverat felicius exceptae, atque fide dignae res habitae sunt meae apud eandem S. Congregationem insinuationes, ob opinionem, quam de bonitate et meritis tam eximii Prelati non immerito habet; qui praeterea cum a Maiestate Sua destinatus sit in Episcopum Chelmensem, censuit S. Congregatio translationem hanc a Summo Pontifice approbari posse. Dummodo tamen Ill.ma D.tio Vestra obedientiam suam hac occasione adhuc commonstret, et quae in adnexo hisce folio continentur, ultro adimpleat plane. Non est quod dubitem, quin D.tio Vestra Ill.ma firmitatem Unionis suae confirmaturus sit Sacrae huic Apostolicae Sedi; attamen longe fortiori argumento eadem confirmabitur novis probationibus, (fol. 308v) quas exhibebit executioni demandando tam salubria monita eo spectantia, ut istius Dioeceseos populorum conversio in dies melius stabiliatur. Quod si ulterius, peculiari suo solatio, id addiderit, ut in Coadiutorem suum habeat D.num Zolkiewski, uti pariter a se expetit et confidit eadem S. Congregatio, eo magis D.tio Vestra Ill.ma bonam suam intentionem corroborabit. Et cum Maiestas Sua eundem merito plurimi aestimet, condescendet facile libenterque ad eundem coadiutorem nominandum, ut quemadmodum cupit S. Congregatio, habeat D.tio V. Ill.ma et solamen et auxilium in vasta isthac Dioecesi gubernanda, quo itidem fiet, ut stabilito semel tam digno sibi futuro successore, Unio ipsa certiori fundamento innixa permansura sit et efficax, sicque exemplum vicinis Dioecesibus praebebitur, veram fidem unionemque amplectendi.

Et quia D.tio V. Ill.ma de Cathechismo a se publicato mentionem in litteris suis facit, expedit ut huc illius exemplar transmittat: desideratur in sui memoriam et monumentum. Perspicit hinc Ill.ma D.tio V. quantum boni acquirendum sit, si se promptam paratamque ostenderit ad obtemperandum iis, quae S. Congregatio eadem exposcit; id praeterea consequetur tam apud S. Congregationem, tam apud Summum Pontificem, ut maiori facilitate sibi permittant, relinquantque totius Praemisliensis Dioeceseos regimen; at si contrarium, quod avvertat Deus, evenerit, equidem mihi nec vires, nec animus suppetent, ad eas suspicionum umbras removendas et dissipandas, quae alias de Dominatione V. Ill.ma conceptae fuerant; quapropter hic solita mea libertate et sinceritate haec ei omnia conscribere volui, non modo ut sibi S. Congregationis mentem sensusque aperiar, sed iam Maiestatis Suae iussis obtemperem, ut nempe D.tionis V. Ill.mae commoda, et S. Sedis rationibus utique non separanda, pro viribus promoverem. Certo demum sibi persuadeat

Ill.ma D.tio Vestra me sibi inserviendi summo desiderio teneri non in hoc tantummodo negotio, sed in omni alia, quae licuerit, re, et occasione, meque sibi ex animo exhibeo.

Dominationis Vestrae Ill.mae.

Romae, 1-ma Martii 1692.

## 41.

*Roma, 1. III. 1692.*

*Card. C. Barberini Ep.po J. Malachovskyj de sua transla ione Chelmam deque notitiis et laboribus pro eparchia Peremysliensi etc.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 309r.

Ill.me et R.me Domine.

Iam respondi Ill.mae D.ni Vestrae pollicitusque sum me litterarum suarum tenorem S. Congregationi de Propaganda Fide expositurum, idque hisce meis me praestitisse eundem certiorem facio. Iussit itaque Summus Pontifex, ut denuo in eadem S. Congregatione examinarentur motiva et rationes suae ad Chelmensem Ecclesiam translationis. Multum sane iuvit D.no Winnicki attestatio D.nis Vestrae Ill.mae de illis pro unione laboribus, atque in eadem constantia, ut sperare liceat eundem in dies posthac excultum iri; inspecta ergo hac sua attestatione et debita Maiestatis Regiae satisfactione, eo ventum est ut tota Premisliensis Dioecesis dicto D.no Winnickio permittatur regenda, atque D.tio Vestra Ill.ma ad Chelmensem Episcopatum promoveatur. Dummodo omnino illius erga Sanctam hanc Apostolicam Sedem obedientia per ea quae sequuntur plene manifesteque comprobetur; desiderat quippe eadem S. Congregatio eiusdem D.ni Winnickii assensum in nominationem, a Maiestate Sua faciendam, D.ni Zolkiewski in Coadiutorem suum, utque conditiones in adnexo folio contentae adimpleantur. Enimvero non crediderim ullam ex parte D.ni Winnicki hac in re orituram repugnantiam, quae equidem non aliud pareret, quam earum, quas erga eundem conceperunt D.ni Cardinales, bonarum intentionum alienationem. Haec pariter diffusius scribo ad ipsummet D.num Winnicki, nec non Maiestati Suae uberius significo. Cui similiter personam Ill.mae D.nis Vestrae, S. Congregationis nomine commendo, ut regia sua protectione adsistat instantiis D.ni Nuntii Apostolici, quatenus D.nus Metropolita redditus tam Episcopatus, quam Archimandriae Zydiczinensis conservet in D.nis Vestrae Ill.mae, cum possessionem ceperit, subsidium cessuros. Praestolabor meis hisce

epistolis responsionem, precaborque continenter ut, quem exopto, effectum sortiantur atque interea me sibi ex animo exhibeo,

Dominationis Vestrae Ill.mae.

Romae, 1-ma Martii 1692.

## 42.

*Skiernievice, 4. III. 1692.*

*Excerptum ex litteris Card. Radziejowski datis Cardinali Carolo Barberini, de translatione Ep. Malachovskyj ad eparchiam Chelmensem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 137.
MUH, vol. IV, pag. 203, nr. 115.

...Ciò ch'io mi diedi l'honore d'accennare all'Eminenza Vostra circa la translatione di Mons. Malacowski, può ella restar persuasa, non esser seguito con consenso o saputa di chi si sia, ma per mio puro istinto, et per la cognitione fondamentale ch'io tengo di quegl'interessi da me altre volte maneggiati. Del resto sarà in arbitrio della Sacra Congregatione de Propaganda di terminare quello che dal infalibile parere della medesima sarà giudicato oportuno, al quale mi rimetto con la dovuta humilissima rassegnatione...

Skiernievice, 4 Marzo 1692.

Di Vostra Eminenza humilissimo e devotissimo Servitore obligatissimo

M. cardinale Radzieiovski.

## 43.

*Jaszovia, 7. III. 1692.*

*Ep. Agriensis, G. Fenesy de J. De Camillis deque eius praetensionibus et abusibus, de suis iuribus et auctoritate servanda, de independentia Ep. De Camillis moderanda etc.*

Archiv. Primat. Hungariae, *Strigonia*, num. 2116/15 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 259, pag. 319.

Em.me Princeps, D.D. et Patrone Col.me.[13]

Hum.morum servitiorum ac precum mearum oblationem. Cum ad proximas E.V. praeterita posta, propter celeriorem eiusdem abitum,

---

[13] Ut videtur Cardinali Leopoldo de Kollonitz, Primati Hungariae, ubi revera haec littera conservatur.

respondere non potuerim, id ipsum occasione praesenti debita cum submissione facio. Et quidem quemadmodum E.V. tam in sanctis intentionibus suis secundandis, quam in aliis mandatis et vel nutibus ipsis me sibi semper obedientissimum filium, sed neque altercationum, verum potius pacis et tranquillitatis amantem virum experiri potuit, ita hanc tranquillitatem ex principali etiam E.V. respectu erga Rev.mum D. De Camillis quoque observare et continuare omnimode adnitebar, imo in praesens usque observo. Verum quoniam nonnulla in labefactationem authoritatis meae et jurium meorum vergere clarius animadverterim, cum primo me nunquam viso nec personaliter requisito (quamvis fors citra laesionem aestimationis et authoritatis suae dictus D. De Camillis, tanquam in dioecesi mea munia apostolica exercens, pro instituenda mutua cointelligentia atque assistentia id facere potuisset), contra expressam authoritatem meam dioecesanam in quapiam delatione certi plebani latini (etiamsi deinde mediante inquisitione in delatorem, sacerdotem nempe Ruthenum, telum retortum est et plebanus meus latinus innocens compertus) Vienna statim et Romana Curia idem Rev.mus D. De Camillis mihi minitatus est; — accedit, quod in decimas ep.patus mei propria authoritate et armata manu involaverit; — tandem in mea propria dioecesi nomen dioecesani sibi vendicaverit, ideo quod iuribus et privilegiis meis ep.palibus invigilando in tempore prospicere et per hoc inconvenientiis et abusibus ep.patui meo summe praejudiciosis, tamquam per conniventiam et taciturnitatem facile eventuris, mature obviare cupiverim (quamvis non erat mea mens, ut longiore illo scripto E.V. aggravem, verum ut in substantialibus duntaxat a R.P. Kecskemety informetur), spero intentionem hanc meam E.V. non interpretabitur in partem sinistram, quin imo potius tamquam bono pacis deservientem approbare et gratiose promovere dignabitur. Et cum E.V. Ep.pum Munkacsiensem sine ullo omnino praejudicio Agriensis Eccl.ae stabilire intendit, omni cum submissione declaro mentem meam. Atque inprimis, nunquam eius intentionis fui, nec sum, ut Gr. R. animae in dioecesi mea Agriensi debita pastorali cura destituantur, quin potius occasione illius suspecti Schismatici et aliunde ad id munus minus idonei Methodii[14] omnem, quam poteram, sollicitudinem in inquirendo et procurando competenti subjecto impendebam, imo et praesens mota questio eo intendit, ut eis quam optimo modo provideatur. Sed neque controverto Suae Mat.tis SS. apostolicam

---

[14] Agitur de Methodio Rakoveckyj ab an. 1687 Episcopo non unito, neque agnito nec in foro ecclesiastico nec in civili; Ep. de Camillis ab an. 1690 nominavit eum hegumenum Mukačoviensem, prohibito exercitio muneris episcopalis, sed plurimas habuit abhinc aerumnas.

eam authoritatem fundandi novos ep.patus, multo minus S. Sedis Apostolicae potestatis plenitudinem ad eos acceptandos confirmandosque. Verum cum pro certo mihi constat, ep.patum canonice erectum Munkacsini nunquam fuisse et Munkacsinum ad jurisdictionem Eccl.ae Agriensis semper hactenus pertinuisse ipsosque schismaticos ep.pos Munkacsini residentes ad Unionem conversos, etiam postquam a catholicis seu unitis ordinati sunt, sub obedientia et dependentia ep.porum Agriensium exstitisse, uti et reliquos, qui aliunde advenerunt ep.pi Gr. R. uniti et Munkacsini residerunt, ideo merito juribus Eccl.ae meae invigilando, etsi in dubium non revocem Rev.mum D. De Camillis canonice et quidem a Graecis consecratum esse et Gr. R. vere unitum, insuper (ut audio) missionarium apostolicum per Hung. Gr. R. unitorum; et licet contrarius non sim, nec fuerim, quin Munkacsini resideat et Gr. R. animarum curam gerat (potius enim apostolicos ipsius conatus secundare pro omnibus viribus meis, imo et sanguine meo sum paratus) atque pontificalia exerceat, nihilominus non video, quid aliud agere possim, quam ut ss. canonibus inheream, qui expresse habent, quod ubi intra eandem civitatem sive dioecesim permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide Ritus diversos et mores, pontifex loci, catholicum praesulem nationibus illis conformem constituat sibi vicarium, qui ei per omnia sit obediens et subjectus. Cui s. canoni ut Rev.mus D. De Camellis se conformet, institi et huc adhuc insto ad praecavendas graves, quae futuris etiam temporibus emergere possent, perturbationes et scandala, et quia clarum est, quod sic melius provvidebitur animabus illis auxilio Ordinariorum D.norum praelatorum. Quod attinet Passaviensem et Viennensem ep.pos in eadem civitate, crediderim populus utriusque non habitat permixtim, sed in territorio canonice distincto eiusdem civitatis. Ep.pum Gr. R. Svidnicensem in Croat'a a Pontifice nominatum Platensem, refertur mihi, esse dependentem a Zagrabiensi juxta sensum canonum. Neque ep.pus hic Graecus vindicat sibi jus aliquod temporale n praejudicium ep.patus Zagrabiensis, contentus eo, quod sibi ab ep.po Zagrabiensi assignatum est et accipit ex augustissimae manus munificentia. Rogo proinde hum.me E.V., ut et Rev.mus D. De Camellis non vindicet sibi jus decimarum in dioecesi Agriensi authoritate propria et armata manu, cum a primordiis ep.patus Agriensis, ut ex ejus privilegialibus evidens fit, nemo unquam legitimum jus decimarum habuerit alius, quam Eccl.a Agriensis. Et haec sunt duo legitima ac justitiae et aequitati consona postulata mea, quibus accomodatis, reliqua facile rectificabuntur.

Dignetur interim E.V. advertere et illud, quod praetensa Rev.mi D. De Camellis independentia ab Ordinariis latinis non tantum in meum praejudicium vergat, sed et aliorum D.norum Praelatorum Hung., in

quorum dioecesibus Gr. R. populi cum Latinis degunt, et in quos competere sibi existimat jurisdictionem absolutam. Svaderem itaque pro tenuo meo judicio remedium molestiarum, quae exinde sequi possunt, mature adhiberi. Nihil Rev.mi D. De Camellis ep.pali honori decedet, si conformiter ss. canonibus subordinatum esse declarabitur habebitque maiorem sic Praelatorum latinorum in apostolicis suis conatibus assistentiam.

Quae omnia sapientissimo E.V. judicio et considerationi demisse submitto, me vero in paternam eius gratiam et patrocinium hum.me commendo ac maneo

Jaszoviae, 7 Martii 1692.

E.V. servus et capellanus semper hum.mus ac subjectissimus

Geor. Fenesy, Ep.pus Agriensis, mp.

44.

*Roma, 8. III. 1692.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., de translatione J. Malachovskyj et confirmatione In. Wynnyckyj etc. et de adiuvando Episcopo ex parte eius ad perficiendum opus.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 305rv.

Molto Riverendo Padre.

Havendo io continuato a rappresentare a questa S. Congregatione de Propaganda Fide quanto potesse convenire di ben rifflettere ai pii sentimenti della Maestà del Re circa l'ammettere la nomina di Mons. Malachowski al vescovato di Chelma, e di lasciare il governo di tutta la Diocesi di Premislia a Mons. Winnicki, è venuta finalmente nel sentimento di potersi approvare, e di consultarne la Santità di Nostro Signore, ma però con molte conditioni stimate opportunissime, onde io mi fò lecito di riferirle a Sua Maestà con mia riverente e diffusa lettera, che ho pensato di rimettere al Signor Card. Radzieiowski, pregando Sua Eminenza di farla pervenire alle mani di Sua Maestà, poiche l'anno scorso, mentre la Maestà sua si trovava coll'esercito alle speditioni, ove Vostra Riverenza era seguendola, al medesimo Signor Cardinale inviai la lettera, con cui parimente all'hora rappresentai la dubietà e difficoltà della S. Congregatione sopra questa medesima materia, alla quale mi ha fatto poi l'Eminenza Sua varie repliche, state da me pure communicate ai Signori Cardinali.

Hora perche sia anche Vostra Riverenza informata, le rimetto annesso un esemplare delle sopradette conditioni, perche possa, come la

prego quanto so e posso coltivare gl'ufficii della stessa S. Congregatione per l'adempimento delle condizioni medesime, e per il Signore Zolkiewski, acciò che sia nominato in coadiutore di Mons. Winnicki, havendome Vostra Riverenza, con lettere sue dei 26 Settembre 1691, e 9 Gennaio (fol. 305v) prossimo, e partecipate alla S. Congregatione, notificata la dispositione benignissima trovata in Sua Maestà di farlo, stimandosi, che al medesimo Signor Winnicki non possa, ch'essere sollievo l'aiuto di lui nel governo di si vasta Diocesi, e di beneficio alla unione. Non ridico qui a Vostra Riverenza tutte le cose, che scrivo alla Maestà Sua, perchè senza dubio le vedrà: ma l'assicuro bene, che non ho lasciato di darle merito e di quanto ha costi operato, e di quanto a me ha suggerito, di che mi sono precisamente valso per amollire molte gravi difficoltà, che tenevano in sospetto i sentimenti della S. Congregatione.

Vostra Riverenza habbia la bontà di procurare l'adempimento di quanto la S. Congregatione desidera e che commette a cotesto Mons. Nunzio, perche così alla fine possa ultimarsi questo affare di tanta importanza, per cui dico sinceramente non vedo qui altra strada ne più facile, ne più riuscibile; e ratificando a Vostra Riverenza l'obbligata stima, che conservo incessantemente a lei, resto con pregarle da Dio il colmo della felicità.

Roma, 8 Marzo 1692.
Di Vostra Riverenza.

## 45.

*Mukačevo, 15. III. 1692.*

*Ep. Mukačoviensis Cardinali L. Kollonitz de iubilaeo, de bonis et proventibus, de decimis, de variis abusibus et criminationibus, de Dominis terrestribus et de imprimendo libro instructionis christianae aliisque rebus.*

ARCHIV. PRIMAT. HUNGARIAE, *Strigonia*, num. 2116/17 (orig.).
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 261, pag. 334.

Em.mo S., Padr. Col.mo.

Si compiaccia leger la tutta, se ben sia lunga. Ho ricevuto il giubileo mandatomi da V.E. e l'ho intimato a tutta la mia diocesi, dal Sepusio fino a Nagibania; e se ben questa sia una divotione mai udita in queste parti e dagl'eretici derisa, nulla dimeno sento che si sia dalli miei ben accettata e che già in alcuni luoghi si comincino a far publiche processioni. Dopo hebbi l'altra delli 14 passato, piena di paterna carità e affetto, verso di me, et altro dir non posso, se non che Iddio la rimuneri per il

suo zelo e bone intentioni. Ben ha considerato V.E. che sarebbe meglio per me il denaro, che tener questi beni, ma per la ragione scrittagli mi contento così et havendo già cominciato a soffrir le miserie di questi paesi, che se gli le scrivessi, non le vedrebbe; sequitarò a passarla come potrò. E ben vero, che vi vorebbe anco l'approvatione di S.M. perche secondo le leggi di questo Regno tutte le vendite, donationi e legati, se non sono fermati con lettere consensuali de' re', possono col tempo annullarsi, come nel Trip. t, 64, par l. 3, par. decr. et t. 35, par l. 3, par. decr. et t. 65, p. l. 3, p. decr. E per ottener questo, io volevo venir a Vienna, stimando possa esser facile ottenere da S.M. le consensuali, acciò la restitutione resti ferma pro sempre, mentre questi beni rispetto a tutti li beni Rakocziani sono come un unghia rispetto al corpo. Prima delle guerre ogni villa di queste rassegnatemi haveva 70, in 80 rustici, la più parte con li loro aratri, ma hora in una villa vi sono 7 e nell'altra 8 rustici et in ambedue non vi sono tanti bovi, che bastino per due aratri, però non crederei, che ne il S. Conte Rakoczi, ne S.M. havessero da farne gran caso. Sofia Bathori, principessa antecedente alla vivente moglie de Tekly, in riguardo de questi beni che teneva e non erano ancor destrutti e del gran numero de suoi sudditi Ruteni, assegnò al Vesc. Gio. Malachouski, mio conoscente, mille fiorini l'anno et egli perchè non potette rihaver da lei questi beni, per non dipendere dalli officiali, se ne torno in Polonia, fu Vesc. di Premislia e quest'estate passata il Re gli diede il Vescovato di Chelma, che vacò, ma se questi beni fossero stati allora come sono adesso, al certo non haurebbe fatto difficoltà di renderli. Nel territorio di queste due ville vi sono un'altra dozina di rustici venuti dopo la donatione, laonde secondo le leggi dé questo Regno, Trip. t. 85, et 87, p. l. 3, p. Decr., spettano al mio monasterio, come padrone de fondo, mentre qui aedificat in fundo alieno, pro domino fundi aedificat. Parlarò col S. Klobusiski, che me li rassegni. So bene, che Mr. Fenesi mi sarebbe contrario per le decime, ma stupisco, che un omo che lui la tenghi più da un frate e da un prete, che non hanno mai convertito un eretico, ne un scismatico e Dio sa come vivono (et io ancora so qualche cosa, ma perche non sono della mia jurisditione, lascio la cura a chi toca) che della parte mia, mentre sa che sono il primo Vescovo vero cattolico, e che fondatione non ho e le decime non le ho tolte dalli suoi plebani, ma dalli predicanti, i quali se ben dal principio si opposero grandemente, dopo però mi diedero ragione, vedendo la legge del Regno, che quilibet recognoscat suae religionis pastorem, di modo che non solo non si dichiararono offesi, ma uno di loro, senza che io gli dicessi o gli pagassi niente, fece in alcuni luoghi fedelmente l'officio di mio decimatore, raccogliendo per me le decime dalli Ruteni. In tanti anni che li predicanti le raccoglevano niuno parlava, niuno si offendeva, et hora,

che le ho pigliate io, dispiace alli catholici. Il Mr. Fenesi vorebbe, che io fossi suo suffraganeo, ma secondo li sacri canoni non puol un Vescovo esser suffraganeo di un altro Vescovo ma bensi di un Arcivescovo; egli è Vescovo delli Latini et io delli Greci, così si usa in tutta la christianità, se ben due vescovi, latino e greco, stassero non solo in una diocesi, ma in una medesima città, come in Scio dove habitano due vescovi, in Leopoli, in Vilna, in Premislia, in Chelma etc. Non so qual cosa habbian potuto scrivere contro di me li Greci del Sepusio, mentre io non sono mai andato al Sepusio, ne io viddi loro, ne loro me, ne ho pigliato un quatrino da quel Comitato, ne feci altro se non che quando avanti un anno fui in Makovicza e feci il Sinodo e l'Unione, chiamai ancor loro e non vennero, ma andarono l'arciprete con un altro a dirmi, che sarebbero volentieri venuti, ma il Mr. Preposito latino non li volse lasciare, con dir che essi un tempo fa si erano sottomessi al Mr. Arcives. di Strigonia. Io risposi sopra di ciò come dovevo e dopo non feci altro. Haurei gusto, che V.E. mi mandasse il contenuto disteso con li nomi di quelli che scrissero, perchè forse sarà qualche inganno d'alcuni furbacci, che altro gusto non hanno, che veder disturbi e novità, e non credere V.E. quanto maligni e bugiardi si trovano alcuni anco in queste parti. Io sono certo, che niente di male possono dir di me con verità, perchè non ho fatto. Mentre riuscirebbe difficile per hora la cosa del Maramoruse, haurò patienza, ma certo sarà di pregiudicio al jus patronato di S.M. lasciar che questo Vescovo scismatico, eletto del consiglio di Tran.nia, seguiti ivi a governar e non io. E di pregiudicio anco alle leggi del Regno, Trip. par. t. 11, Ferd. imp. Decr., Posonii a. 1550, art. 12, ep.pi et praelati muneri ipsorum insistant, S.R.E. omnes adhaereant eiusque fidem amplectantur. Et art. 14, ep.porum noviter electorum a Papa petenda confirmatio. È ancora alla mia Chiesa di pregiudicio, perche non solo si smembra quel grande e bel comitato, ni anco perchè per causa di quella gente tutte le parti della mia diocesi, che confinano con loro, non si vogliono mai indurre ad abbracciar l'Unione et a lasciar le male consuetudini e burlano e molestano gl'altri, e quelli che io non voglio consecrar sacerdoti per la loro inabilità, vanno al Maramoruse e con dar denari a quel vescovo si fanno consecrare e poi chi non sa le cose come passano, si scandaliza di me, solo che io havessi da S.M. ordine o licenza di continuar ivi la mia giurisditione spirituale, mi bastarebbe l'animo di cacciar via quel Arcivescovo e di riddur quel comitato come gl'altri in breve tempo; e deporrei la mia testa se succedesse un minimo romorre pregiudiciale al governo politico o alle armi di S.M. Per la libertà delli sacerdoti credo ben che molti nobili si opporrebbero per non perder quel poco utile, che ne ritraono da loro. Ma al manco S.M. la

potrebbe concedere a quelli che stanno nelli beni camerali, i quali alla fine son pochi, e V.E. a quelli, che stanno nelli beni Rakoziani, perchè così pigliarebbero esempio gl'altri Nobili, e poi forse da se stessi farebbero il medesimo con li loro; ma così, ogn'uno dice, mentre li ministri di S.M. e del S. Card. trattano da rustici li sacerdoti anco uniti, gli fan pagar le portioni e tutte le contributioni secolaresche, li citano, li giudicano, li puniscono, dalle chiese esigono paghe e fan quel che vogliono senza licenza del Vescovo, mandato dalli loro stessi padroni, perchè non potiano far anche noi l'istesso? Il S. Klobusiski, che è persona ragionevole e prudente, già dall'estate passata ordinò, che questi preti di Munkacz siano liberi, ma poco l'osservano questi officiali et egli o non lo sa o non vuol fastidi; però già vedo che per rimediar a questi et a molti altri inconvenienti altro modo non sarebbe più a proposito, che quando io havessi la cura di questi beni Rakoziani, che di presente ha il S. Klobusiski, quale V.E. se volesse, potrebbe darmi quando detto S. Klobusiski rinunciarà l'aministratione che, com'egli stesso mi disse, vuol rinunciare quando sarà in Vienna. Ne mi importarebbe d'haver la cura delli beni di Ecedin, di Patak, di Saros, di Rouna, di Tarcial, del Tokaj etc. che sono grandi e lucrosi, ma solo qui di Munkacz e di Makovicza per esser qui quasi tutti Ruteni; perche la dove adesso non posso commandar ad altri, che alli sei miei servitori, allora comandarei anco agl'officiali e porrei in bon sesto al men questo clero e popolo, in modo che questo paese sarebbe un altro e senza verun danno del S. Conte Rakozi, mentre farei che havesse il suo dovere forse meglio di quel che farebbe un'altro. E realmente se in fin che V.E. havrà la superiorità in questi beni non si agiustaranno le cose, non si agiustaranno mai più e temo che alla fine questi Eccl.tici faranno quel che più volte han' detto, che non vogliano haver due padroni, o il Vescovo che li tenga secondo che dispongono li ss. canoni o il Sign. terrestre, che solo li comandi et ad esempio loro farebbero gl'altri l'istesso e così il Vescovo starebbe qui per un di più. Per discorrer con V.E. di queste et altre cose fattibili haverò gusto di venire costì, come anco per veder se si potesse stampar con la stampa Rutena di Tirnavia l'instrutione christiana che io già da un pezzo fa composi secondo l'ordine di V.E., per insinuargli il modo come si potrebbe qui tener un Seminario o scuola, senza la quale non sarà mai ferma la fede, ne stabile il buon ordine ecclesiastico, per determinar il tribunale al quale io dovrò ricorrere quando vi fosse qualche differenza con questi Signori d'Ungaria, per riveder V.E., mio vero padre e per pigliar li miei libri e comprar qualche cosa, che qui non si trova. Ma prima di risolvermi pensarò meglio. In tanto

prego a V.E. ottima salu e e che mi conservi nella sua bona gratia e gli baccio riverentemente le sante mani.

Munkàcz, 15 Marzo 1692.

Di V.E. hum.mo, oblig.mo, obedient.mo servo vero

Gio. Gios. De Camillis, Vesc. di Seb. e Moncach.

## 46.

*Ante 27. III. 1692.*

*Amplissima expositio Ep. Agriensis de Ritu Graeco, de eparchia Mukačoviensi eiusque erectione, de iurisdictione, de Vicariatu missionario, de facultatibus delegandis et inhibendis, de limitibus et admonitionibus Episcopi et de concedendis in favorem Unionis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 349-366.
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 260, pag. 322.

Ss. canonibus conformis ordo unionis Graecanici Ritus fidelium cum Latinis.[15]

Cap. I. (§ 1). *De subjectione Graecorum Ep.pis latinis, in quorum dioecesibus commorantur.*

— 1º. Ex bulla Pii IV, quae incipit « Rom. Pontif. » certum est, ad avertenda animarum pericula et inter catholicos scandala, cassatis et revocatis quibuscunque exemptionibus et privilegiis eatenus in favorem Graecorum tam clericorum, quam laicorum constitutum esse, ut omnes illi, etiamsi ep.pali vel archiep.pali dignitate praefulgeant, locorum, in quibus moram traxerint, Ordinariorum latinorum visitationi, correctioni, punitioni, jurisdictioni et omnimodae superioritatis in iis, quae Dei cultum, Sacramentorum administrationem et animarum salutem haeresiumque extirpationem concernunt, reliquis ipsorum Graecorum Ritibus a Sede Apostolica approbatis, nec non gratiis apostolic s intactis permanentibus, subesse illisque tamquam (f. 349v) Superioribus suis suarumque animarum pastoribus humiliter obedire debere.

— 2º. Ex cap. « Quoniam in plerisque » (De off.o jud. ordin.), ubi intra eandem civitatem seu dioecesim permixti sunt populi diversarum

---

[15] Amplissima expositio canonica et practica de figura iuridica et statu canonico eparchiae Mukačoviensis at partialis et Episcopo Josepho de Camillis iniuriosa, etsi copiosis citationibus ex iure tunc vigenti suffulta. Titulos capitum, maioris claritatis causa, characteribus italicis posuimus.

linguarum habentes sub una fide ritus diversi mores, districte praecipitur, ut Pontifices hujusmodi civitatum sive dioecesium provideant viros idoneos, qui secundum diversitates rituum et linguarum divina illis officia celebrent et eccl.tica Sacramenta ministrent, instruendo illos verbo pariter et exemplo. Prohibetur autem omnino, ne una eademque civitas sive dioecesis diversos pontifices habeat, tamquam unum corpus diversa capita, quasi monstrum; sed si propter dictas causas urgens necessitas postulaverit, Pontifex loci catholicum praesulem nationibus illis conformem provida deliberatione constituat sibi Vicarium in praedictos, qui ei per omnia sit obediens et subjectus. Unde si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se noverit mucrone percussum et si nec sic resipuerit, ab omni ministerio eccl.tico deponendus, (fol. 350) adhibito, si necesse fuerit, brachio saeculari, tamquam ad insolentiam repellendam.

— 3º. Ex cap. « Cum non liceat » (De praescrip.). — Cum non liceat a capite membra recedere, Eccl.as in alicujus dioecesi constitutas ep.po illius obedire contumaciter recusantes eidem obedientiam et reverentiam debitam, sicut alii clerici suae dioecesis faciunt, impendere mandantur, praescriptione temporis non obstante.

— 4º. Ex cap. « Vigilanti » (De praescr.), nulla antiqua dierum possessio iuvat aliquem malae fidei possessorem.

— 5º. Ex cap. « Cum ex off.io » (tit. eod.) non potest subditus contra Superiorum visitationem ac procurationem ratione visitationis debitam in se ipso praescribere, quamvis alius, non subditus, contra personam alterius praescribere posset utrumque.

— 6º. Ex cap. « Placuit » (De praescr.), si quispiam aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, restituere debet ep.po loci, si is potens repetere per triennium non tacet.

(f. 350v) § 2. *Constitutionibus his ap.tolicis et ss. canonibus repugnare videtur:* — quod Rev.mus D. De Camillis, Ep.pus Sebasten. in dioecesi Agriensi residens, Ordinarii Agriensis superioritatem agnoscere non videatur; — siquidem in eadem dioecesi Agriensi jurisdictionem ep.palem absolutam et independentem respectu Graecanici Ritus Unitorum et uniendorum eam sibi vindicando, via facti ingerit se, non petito, nec hactenus obtento Ordinarii latini expresso consensu; — Imo cum controversia inter Lat. et Graeci Ritus nascitur, eidem Ordinario Agriensi minaciter scribit; — non se, ut in aliena dioecesi, ut Vicarium gerit, verum Ritus Graecanici suas oves, suos parochos, suas parochias suasque eccl.as, suam dioecesim, ad suum ep.patum pertinentes etc. asserit atque ipso facto ab obedientia et jurisdictione legitimi Ordinarii sequestrat; — denique via facti ita procedit, quasi eadem (f. 351) dioecesis eccl.ae Agriensis

quidem auctoritate regia apostolicaque, ut ex ejus privilegiis patet, certis finibus per 11 cot.tus diffusa et nunquam canonice divisa, 2 actualiter habeat capita invicem non subordinata.

— § 3. *Eisdem constit. apostolicis et ss. canonibus conformiter postulat ep.pus Agr. lat.:* — Rev.mum D. Jo. Jos. De Camillis, Ep.pum Sebast. abstinere a titulo ep.patus Munkacziensis, in quantum jus spirituale sonat; — eundem tamen, canonice impetrato expresso suo consensu, patietur ut Vicarium juxta declarationem uberiorem inferius; — donec autem consensum dicto modo obtineat, ad avertendum animarum periculum, acta exercita ab ipso hactenus jurisdictionis in tantum approbat, in quantum a se mere dissimulata sunt et bono animarum fuerunt opportuna, ex quo ipso tacito consensu suo suaeque (f. 351v) Eccl.ae non vult praejudicari; — unaque D. De Camillis Rev.mum auctoritate Ordinarii et Sedis Ap.tolicae delegati sibi competente admonet, ut se praecitatis canonibus sine dilatione placeat conformare.

Cap. II. *An Graecanici Ritus ep.patus canonice erectus sit Munkaczini vel adhuc erigendus?*

(§ 1). *Certum est:* — 1°, ex decr. p. 1,[16] dist. 80, c. 3, 4, 5, etc., ne vilescat nomen ep.pi, ad sacerdotalem pertinere dignitatem, ut secundum ss. canonum statuta non in quibuslibet locis modicis, villis et possessionibus, vel obscuris et solitariis municipiis et ubi antea non fuerant ep.pi, ep.pos ordinandos esse, cum ubi minores sunt plebes minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat (et) ut Visitatores, qui circumeant, constituantur; — 2°, ex tit. de translat. per totum, solum Papam dividere posse ep.patus; — 3°, ex decr. p. 2, causa 16, c. 50, et 51, si accedente tempore, crescente fide Dei, populus multiplicatus desideraverit (f. 352) proprium habere rectorem, nonnisi cum voluntate ipsius ep.pi, a quo tenetur, proprios accipiant ep.pos; — 4°, ex reg. jur. in 6, quod de jure ab initio non subsistit, tractu temporis non roboratur; — 5°, ex c. « Super eo », de parochis et provincialibus et in parochiarum finibus et his, quae finibus cohaerent, eccl.tica ordinatione statutis praescribi non posse; — 6°, ex decr. p. 2, c. 16, 9, 1. c. 43, et 44, eccl.as antiquas constitutas nec decimis nec nullis possesionibus privandas, ut novis tribuatur, et quicunque voluerit in sua proprietate eccl.am aedificare et voluntatem ep.pi habuerit, in ejus parochia licitum eidem esse, verum tamen omnino providendum esse ep.po, ut aliae eccl.ae antiquiores propter novam suam justitiam aut

---

[16] Agitur maiori ex parte de citationibus ex Decretalibus iuris canonici, saeculis medii aevi ortis et tunc temporis adhuc vigentibus ut ius vigens Ecclesiae.

decimam non perdant, sed semper ad antiquiores eccl.as solvantur; — 7°, ex c. « Avaritiae » (De praeb.), mandatur, si quas portiones vel antiquos redditus (f. 352v) clericorum sine consensu ep.pali loci minuere vel parochias dividere quis praesumpserit, ad integritatem pristinam revocentur.

(§ 2). *Ss. his canonibus repugnare videtur*: — 1°, quod villa Munkacsiensis rusticanum sit municipium et potiori parte a Latinis habitatum, et quod tota plebes Gr. R. vicatim habitet plerumque obscura, rudis et ignobilis, (in) potioribus locis permixta Latinis; — 2°, quod pro erigendo Munkacsiensi ep.patu sive Sedis Apostolicae sive ep.pi Agriensis, ejus loci legitimi ac indubitati Ordinarii, sive Metropolitani Strigoniensis ac Primatis Hung. nunquam canonice expeditus, minus aliquando obtentus sit vel habeatur consensus necessarius; — 3°, si quis aliquando Munkachini ep.patus fuit, fuerit potius pseudoep.patus schismaticus, cum erectus ad summum auctoritate Metropolitani vel Patriarchae schismatici in Regno hoc nec residentiam, nec ullam jurisdictionem spiritualem canonice obtinentis (f. 353), dote collata a Schismaticis Sedis Apostolicae ac legitimi Ordinarii subjectionem contumaciter refugientibus, qui contra obedientiam praescribere non potuerunt; — 4°, quod Rev.mus De Camillis, qui haec praesumitur scire, nescitur qua fiducia fretus decimas ab antiqua Ecclesia Agriensi propria auctoritate velut indubitata titulo declarati ep.patus Munkacsiensis in se nullius, nullo jure etiam cum pseudoep.patus ibidem fuit, eidem debitas sibi vendicet ac etiam armata manu usurpet via facti ac praescriptionem contra obedientiam alleget.

(§ 3). *Conformiter eisdem canonibus ss. postulat Ordin. Agriensis lat.*: — 1°, eadem, quae cap. priori § 3, ac insuper — 2°, Rev.mum De Camillis a decimarum usurpatione abstinere et antiquae Eccl.ae Latinae violatum jus restitui; — 3°, insuper de violentiis attentatis sibi reservat actionem; — 4°, An Munkachini ep.patus post (f. 353v) haec erectioni consentire debeat, si forte ad alliciendos efficacius ad unionem Schismaticos expedire alicui videatur, justas habet considerationes in oppositum, ob quas consensum neget, nempe dato, quod erigetur, quaeritur: — a) ep.patus Munkacs. cujus patriarchae seu primatis vel metropolitani foret suffraganeus, an alicujus Graeci in Regno Ung. instituendi vel extra Regnum existentis, vel estne a subjectione cujusvis tam Lat., quam Graeci exemptus, quid ad hoc legitimus Ung. primas ac metropolita Strigon., quid alii Regni Praelati; — b) metis circumscribitur ejus dioecesis, ut in eadem civitate et parochiis non sint 2 capita; — c) cum tempore totidem essent erigendae dioeceses Gr. R., quot de facto habentur latinae, unde dotes tot ep.patuum; — d) ubi Graecanici Latinis permixti degunt, nascatur controversia inter diversi ritus parochos et parochianos occasione (f. 354) proventuum, decimarum, stolae, sepulturarum, eleemosynarum, publicarum devotio-

num, quis erit judex parochorum parochianorumque ab invicem independentium et dependentium a diversi ritus Ordinariis et Metropolitanis; si Ordinarii ipsi inter se confligant, recurreturne in re quavis extra Regnum ad Aulam, ad Nuntiaturam vel ipsam Sedem Apostolicam; — e) an non efficacius ad unionem alliciet Schismaticos certiusque ad utriusque ritus fidelium pacem et quietem faciet, an non aeque, quidquid ad Gr. R. fidelium salutem requiritur, habebit si in dioecesibus antiquitus fundatis, ubi Graecanici degunt, constituatur archipresbyter Ordinarii latini vicarius foraneus, ut infra declarabitur, quem Graecanici viderint Ordinario latino subjectum Ritui suo non deesse, quam si Gr. R. ep.pum habeant subterfugendum omnem cum Latinis correspondentiam ac quasi nominetenus tantum unitum?

Cap. III. *An virtute donationis regiae, qua Munkacs. ep.patus collatus est Rev.mo De Camillis, usurpare valeat jura ep.palia in dioecesi Agriensi?*

(§ 1). — 1°, *Certum* (f. 351v) *est* ex cap. « Olim », 16, et cap. « Abbate » (De verb. signif.) et cap. « Cum dilecti » (De donat.), quamvis beneficium principis sit latissime interpretandum, attamen ex cap. « Quamvis » 4, in princ. De praeb. in 6, et c. « Ad aures » c. « In nostra » (De rescript.), beneficium non posse obtineri, si literas quis impetret tacita rei veritate et praejudicium sequatur alienum; — 2°, patronum laicum neminem sine consensu ep.pi posse constituere, c. « Praeterea » (De jure patr.), item patroni esse ad eccl.am praesentare non conferre, c. ult. tit. eod.

(§ 2). *Ss. his canonibus repugnat*: — 1°, quod Rev.mus De Camillis impetraverit ep.patum Munkacs. tacita hac veritate, quod Munkacs. ep.patus fuerit nullus; — 2°, tacita etiam veritate altera, quod ejus erectioni nec Sedes Apostolica, nec primas Ung. et metrop. Strigon., nec Ordinarius Agriensis, in cujus dioecesi est Munkacsinum (f. 355) et in cujus jurium praejudicium vergeret illius erectio, consensum dederit canonicum; — 3°, tacita insuper veritate etiam tertia, quod tempore Schismaticorum jus praesentandi sibi vendicaverint D.ni arcis Munkacs.; — 4°, tacita etiam hac veritate, quod post unionem pseudoep.porum Munkacs. nemo Munkacsini fuerit ep.pus absolutus et independens ab ep.po Agriensi, verum vicarius foraneus aut suffraganeus tantum, et quod ep.pi Agrienses eam in ipsos unitos jurisdictionem exercuerint, ut praesentante domo Rakocziana ipsi eos instituerent, amoverent, corrigerent et etiam incarcerarent; — 5°, tacita hac quoque veritate, quod jus patronatus etiam de facto spectet ad domum Rakoczianam et nunc ad fiscum regium respectu eccl.ae Munkacs., institutio vero ad ep.pum Agriensem; — 6°, tacita denique et hac veritate, se eccl.am Munkacs. non aliter obtinere (f. 355v) potuisse

canonice, quam titulo vicarii. — De quibus omnibus veritatibus suppressis nulla expressa sit mentio in donationibus regiis, econtra in iisdem adjecta habetur clausula ordinaria « salvo jure alieno ».

(§ 3). *Quibus ss. canonibus conformiter postulat ep.pus Agriensis*: — 1°, donationales has defectu debitae informationis quantum ad obtinendum jus ep.patus et spirituale haberi pro nullis; — 2°, quantum vero ad jus redditum temporale obtienendum titulo vicariatus et suffraganeatus non repugnat, in quantum in eccl.ae suae Agriensis praejudicium non fuerit.

Cap. IV. (§ 1). *In Gr. R. unitorum favorem sit lex patria Vlad. decr. 2, art. 45*; — qua ordinatum est, ut a Rascianis, Ruthenis, Valachis aliisque Schismaticis (f. 356) in terris christianorum degentibus decimae non exigantur. Cujus ratio praemittitur, quia ipsae decimae in patrimonium Christi dedicatae a christifidelibus et non aliis schismaticis erigi solent. — Qui articulus regia auctoritate, non mere laicali supponitur emanasse, si enim nihil teneret, siquidem c. tit. De dec. statuitur, quod laicis nulla sit de spiritualibus concedendi vel disponendi facultas, imperialis concessio quantumcunque generaliter fiat, neminem potest a decimarum solutione eximere, quia divina constitutione debentur. — Supponitur tamen emanasse auctoritate regia vel apostolica, quali reges Ung. gaudere dignoscuntur in beneficiis conferendis et rebus eccl.ae disponendis. Ex respectu cujus auctoritatis apostolicae merito eodem jure patrio habetur, decimarum de proprietate si contendant D.ni praelati, Rex eorum judex esto. Poson. 74, art. 26, et id, quod de recursu ad Cur. Rom. habetur Math. decr. 3, art. 17, et Vlad. decr. 1, art. 45. — Praesumendum vero non est, regem apostolicum articulo illo juribus Eccl.ae et ss. canonibus voluisse praejudicare.

*Certum interea est*: — 1°, etsi (f. 356v) canones et ss. canonum interpretes loquuntur, Moronus, Azor, Molfirius, Reginaldus, Lessius etc.; — *personales decimae* h.e. quae sunt praecise ex industria personae, independenter a fundo provenientium, solvendae sint ab his, qui Sacramenta percipiunt, et quidem ei eccl.ae, in qua ea recipiunt. C. « Eccl.as », 13, q. 3, et c. « Pastorales » et c. « Cum sint » (De decimis) et c. « Apostolicae » tit. eodem, tamen: — 2°, *decimas praediales*, quae sunt proventuum ex praediis et fundis, ut vini, frumenti etc. solvendas esse ab omnibus, qui ejusmodi praedia et fundos titulo non spirituali tenent, c. « Nobis » (De dec.), sive laici sint sive etiam clerici aut regulares, imo ipsi infideles sint et pagani, et quidem eccl.ae illae, in cujus territorio sunt praedia et fundi, c. ult. De paroch.; — 3°, *similiter decimas mixtas*, quae partim sunt ex

industria hominis, partim utilitas fundi, ut partus et fructus animalium, ab iisdem solvenda esse (f. 357) eccl.ae illi, in cujus territorio gignuntur et animalia pascuntur; — 4°, *eccl.ae nomine intelligi cathedralem* (c. « Cum clerici », De verb.) et nominatim decimas deberi eccl.ae matrici (c. « Ex transmissa », De rescr.) et per eccl.am matricem intelligi ca hedralem (c. « Venerab. » De verb. signis); — 5°, *jure communi* quamvis institutio decimarum primarie fuerit in sustentationem cleri et servitium eccl.ae, tamen praecipuam earum administrationem pertinere ad ep.pum, cujus est eas dividere inter suos clericos et eccl.ae servientes in sua dioecesi (Abbas in c. « Cum contingat. », nr. 7, de decimis et c. « Congruenti », De off.o ordinarii). Et consuetudo haec consentit ss. canonibus (c. « Vobis », c. « Vulturanae » et sequent.; item c. « de quanta », De praescr.). *Ratio vero est,* quia ep.pus praecipuus est minister oeconomus singularum parochiarum. — Quod autem jure patrio usuque et consuetudine hactenus in Regno Ung. practicatum, vid. s. Steph. decr. 2, art. 52, s. Ladisl. decr. 1, art. 4, Sigism. maj. art. 7. — *Ex quibus omnibus* hactenus praemissis et praesuppositis merito praesumitur Vladislaum regem apostolicum, h.e. Sedis Apostolicae eatenus delegatum juribus Eccl.ae adeo firmis nec voluisse, nec potuisse praejudicare. — Adeoque cum in citato articulo nihil in contrarium exprimatur absque derogamine ss. canonum, eundem articulum recipiendum esse de decimis personalibus tantum, quae tantum a fidelibus exigi solerent, non vero de decimis praedialibus, quae sunt onera fundorum, a quibuscunque tandem possideantur; — praecipue cum Graecanici Ritus Rutheni, saltem in dioecesi Agriensi degentes, fundorum, quos tenent, non sunt D.ni, verum mere usufructuarii, d.nium vero eorundem et fundorum spectet ad Latinos, ad Eccl.am Agriensem pertinentes, et antequam Ruthenis traderentur, ipsos tenuerint fideles Ritus Lat. Eccl.ae Agriensi subjecti. — Qui ipsi D.ni dum tales fundos colonis ad usum cedunt, utpote in titulo spirituali habentes, ab onere decimarum ei, cui antea praestabantur, exhibendarum (f. 358) eximere nequaquam possunt. Laicus quoque, uti habetur c. « Causam », De praescr., non potest decimas praescribere, nec detinere atque contra obedientiam praescriptio non curret (c. « Cum liceat », lit. eod.). *Notandum vero,* esto idem articulus etiam de praedialibus decimis accipiendus foret, non favore Gr. R. unitis Ruthenis, expresse enim sonat de Schismaticis tantum, Schismatici enim per unionem sunt fideles, de qualibus in articulo sermo est, idem autem ipse articulus a fidelibus decimas exigi debere supponit, imo expresse asse it.

(§ 2). *Canonibus his ss. ac etiam legibus patriis repugnat:* — 1°, quod Rev.mus De Camillis, non obtento ep.pi consensu, nec habita ejus dispo-

sitione, nec ullo jure, decimas praediales sibi etiam armata manu vendicet; — 2º, quod eccl.am Munkacs. cathedralem et matricem esse supponat, cum non sit; — 3º, quod cum Praelatus non sit, verum subditus respectu Ordinarii Agriensis, eidem minetur conqueri Sedi Apostolicae (f. 358v) et Suae SS. Mat.ti, cui controversiae non inter praelatos et subditos, verum inter praelatos ab invicem independentes judicium decimarum lex patria reservat.

(§ 3). *Legibus eisdem ss.que canonibus conformiter commonefacit* Ordinarius Agriensis Rev.mum De Camillis, meminerit censurarum eccl.ticarum hujusmodi in casibus et juris alieni, cui ejusmodi via facti praejudicat manifeste.

Cap. V. *An titulo Missionarii Apostolici Rev.mus De Camillis exceptus sit a subjectione ep.porum Latinorum et Gr. R. unitos ab eodem eximere possit?*

(§ 1). — 1º, *Certum est ex Trid.* (sess. De reform. c. 1). Quoniam privilegia et exemptiones, quae variis titulis plerisque conceduntur, perturbationem in jurisdictione ep.porum excitare et exemptis occassionem latioris vitae praebere dignoscuntur, decrevisse S. Synodum, ut si quando justis, gravibus et vere necessariis svadentibus causis aliquos honorariis titulis aut aliis insignibus in Rom. Curia vel (f. 359) extra decorandos esse placuerit aut quocunque titulo assumi, nihil ex privilegiis detractum esse Ordinariis intelligatur quominus iis, quibus ea jam concessa sunt vel inposterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis tamquam Sedis Apostolicae delegatis plene in omnibus subjecti existant. — 2º, Ex c. « Cum in jure » (De off.o et potest. Delegati), nisi de mandato Sedis Apostolicae Ordinarius certus extiterit, exequi non cogitur, quod mandatur. — 3º, Trid. sess. 6, c. 5, De reform., ep.pus exercens pontificalia in alia dioecesi sine expressa licentia Ordinarii, ipso facto sit suspensus. Et sess. 14, c. 2, tit. eod., ep.pi titul., qui propriam sedem non habent et ordinant ad se venientes etiam cum commendatitiis literis vel familiaritatis titulo, sint suspensi per annum ipso jure et ipse quoque ordinatus sit suspensus, quousque suo Praelato visum fuerit. — 4º, Ep.pus titul. (c. « Uti habet » etc. c. 1, De sent. excom. in 6), etiamsi sit parochus, in sua parochia pontificalia exercere sine licentia ep.pi dioecesani non possit, quia jurisdictio, quam habet (f. 359v) in parochia, est jurisdictio parochi, subjecta jurisdictioni Ordinarii, non vero jurisdictio ep.palis. — 5º, De sent. Excom. in 6, c. 1, si ep.pus excommunicatus vel suspensus exerceat pontificalia, maneat irregularis, et c. « Quod translat. » (De temp. ordin.), Graeci ad ordines debeant accipere dimissorias ep.pi lat., ordinentur ab

ep.po Graeco, habeant communionem apostolicam, alias sint suspensi; et bulla Clem. VIII, verbo « Graecor. ritus », in hac suspensione lat. ep.pus dispensare cum Graecis non potest, sed Summus Pontif.

(§ 2). *Apostolicis, Conciliorum et ss. canonum constitutionibus repugnat:* — 1°, Rev.mum De Camillis mandatum Sedis Apostolicae Ordinario Agriensi non exhibuisse usque in praesens et via facti exercere, quae consensum Ordinarii exigunt, qualia sunt exercere pontificalia in dioecesi aliena; — 2°, ordinare sine dimissorialibus Ordin. Agriensis; (f. 360) — 3°, jurisdictionem spiritualem independenter usurpare.

(§ 3). *Conformiter constitutionibus iisdem Agr. Ordin. postulat:* advertat Rev.mus De Camillis quid agat, in quale periculum conjiciat et se et a se ordinatos ipsasque fidelium animas taliter agendo, si ejusdem Agriensis conniventia defectum non suppleat, mandatumque apostolicum sibi cupit exhiberi, ejus abusum non toleraturus canoniceque processurus et usurus auctoritate sua, nisi juxta ss. canonum statuta debitae normae sese accomodet.

Cap. VI. *Qualiter Gr. R. Missionariorum Apostolicorum opera utendum sit Ordinariis Lat.?*

Certum est eisdem, ut Sedis Apostolicae delegatis specialem respectum exhibendum, utpote ab eadem jurisdictionem accipientibus, cujus tamen exercitium, quia secumfert consensum Ordinariorum, (f. 360v) quibus praejudicare non debet, imo et subjectionem respectu eorundem, ut patet ex dictis, ideo antequam functiones suae missionis exerceant postulare potest Ordinarius: — 1°, ut mandatum apostolicum exhibeant, quatenus de eorum facultatibus certus sit et eorundem exercitio sciat consentire, c. « Cum in iure », De officio delegati; — 2°, ut eidem velut Sedis Apostol.Delegato, tamquam non tantum Sedis Apostol., sed qui quoque futuri in parte oneris Vicarii et Delegati spondeat et venerationem et obedientiam (Trid. sess. 24, c. 1, De reform.); — 3°, salva auctoritate Vicarii g.ralis et archidiaconorum, qui in dioecesi respectiva ordinaria potestate gaudent, et cui per missionarios non debet praejudicari, cum sint oculus ep.pi; — 4°, quia, qui servit altari, de eodem vivere habet, si aliunde provisi non sint, decenter eis providendo; (f. 361) — 5°, ut cordi habeant tam Ordinarii, quam missionarii ipsi id, quod habet Innoc. IV, const. 14, quae incipit: « Sub cathol. », nempe Graecorum ad devotionem Sedis Apostol. redeuntium mores ac ritus quamvis expediat Sedem Apostolicam, quantum in Deo potest, tolerare, tamen in his, quae animarum periculum facerent, vel honestati eccl.ticae derogarent, eandem illis non debere, nec velle deferre; — 6°, ideoque, ut sollicite, fideliter et inviola-

biliter observentur, quae in eadem Bulla definivit Innoc. IV, circa Ritus Graecorum; item quae in Conc. Flor. concordata sunt cum Graecis et habentur in Eug. IV, const. 17 (in Bull. M.), quae incipit « Laetetur »; item in professione fidei a Graecis emittenda Greg. XIII, in Bull. constit. 33; item, quae in instructione habetur super aliquibus ritibus Graecorum pro ep.pis lat., in quorum dioecesibus Gr. R. viventes degunt, Clem. VIII, in Bull. 34, instr. super ritibus Graecor.; item Pii, const. 12, 9, quae incipit « Providentia », in revocatione (f. 361v) facultatis celebrandi Missas in ritu alieno; item Pii IV, const. 74, quae incipit « Romanus », de Graecor. subjectione; — 7°, ubi in eodem loco Graeci Latinis permixti vivunt et parochialia duo utriusque ritus administrant duoque sunt fontes baptismales adeoque 2 eccl.ae parochiales, an Graecus presbyter se gerere debeat ut vicarius latini in altera, graeca ut filiali, nil invenitur constitutum; stabit proinde in arbitrio Ordinarii, prout in D.no expedire repererit; — 8°, ratio subjectionis exigit, ut etiam Graeci in Liturgiis commemorationem faciant Papae Rom. et suae dioec. Ordinarii lat.

Cap. VII. *Quid peculiariter Rev.mo De Camillis expediat delegari?*

Salva auctoritate ordinaria Vicarii g.ralis, prout ea explicatur (f. 362) examinis ep.porum (l. 4, c. 13, et decr. tit. 29, De off.o et potest. jud. deleg.), item salva potestate archidiaconi, uti declaratur Decret. l. 1, tit. de off.o archid.; — 1°, *videtur ei indulgendus titulus Vicarii foranei* seu archipresbyteri ea norma, qua definitur l. Decret. tit. 24, signanter c. 4, non vero l. 2, 3, ipsaque Eccl.a Munkacs. cum dote, quam de praesenti habet, condecoranda titulo Vicariatus seu archipresbyteratus vel usitatiore in Regno nomine, titulo Praepositurae adinstar Eccl.ae Scepus., esto tantam do em non habeat, ut collegiata de facto esse posset. Salvo jure patronatus Dominorum arc.is Munkacs., institutione reservata ipso Ep.po Agriensi; — 2°, *videtur eidem dandus titulus Suffraganei* ep.pi Agr. in pontificalibus; (f. 362v) — 3°, *quod ad Vicariatus foranei seu archipresbyteratus ministerium pertinet,* habetur c. « Cum singuli », De off.o archipresb., videl cet, ut non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verum etiam presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumspectione custodiat et qua unusquisque industria divinum opus exerceat, ep.po suo renunciet ac in eo partem oneris ep.pi ferat, ut sicut ipse matri eccl.ae praeest, ita archipresbyter praesit plebibus et in nullo titubet eccl.tica sollicitudo; cuncta tamen referat ad ep.pum, nec aliquid contra ejus decretum ordinare praesumat; ex exam. ep.porum (l. 4, c. 13, n. 3) noverit se habere jurisdictionem delegatam et limitatam, nempe non qualem Vicarius g.ralis, ordinariam, adeoque speciali mandato Ordinarii sibi exprimendam; — 4°, *jurisdictio igitur cum sequentibus li-*

*mitationibus* expressis videtur deleganda, ut et ipsi auctoritas non desit et nihilominus erga Ordinarium subjectio tum ipsius, tum eidem (f. 363) subjicendorum elucescat, erga ipsum fors contumaces futuri habeant, cujus manum severiorem debeant reform dare; — nempe instituendi praesentatos pro parochiis resignationesque recipiendi, uniendi parochias, non tamen dividendi, nec novas constituendi, nec novas eccl.as et coemeteria erigendi sine consensu Ordinarii; — visitandi per se et alios, in delicta cleri sibi subjecti inquirendi et ea corrigendi castigandique, etiam parochiis privandi et a ministerio Sacrorum totaliter amovendi, in casibus a jure expressis; — fiscum quoque adhibendi et carceres, criminalibus tamen causis clericorum eorumque degradationibus ac tam clericorum, quam laicorum appellationibus Ordinario reservatis; — Synodum parochorum, praesente tamen, si voluerit, et admonito prius archidiacono, annuatim convocandi, statutorum tamen, si quae in eis fieri expediret, antequam publicentur, confirmatione Ordinario reservata; (f. 363v) — relaxandi et disponendi in casibus omnibus, in quibus ordinaria potestate valet Ordinarius et potest alteri delegare; — absolvendi a casibus ep.po reservatis, et hanc potestatem subdelegandi, sine tamen expresso consensu Ordinarii casum nullum reservandi, praeter ab ipso Ordinario reservatis; — causas matrimoniales, quae ad forum S. Sedis pertinent, miserabilium praecipue personarum, adhibitis etiam assessoribus et notario, audiendi, examinandi ac etiam discutiendi, ut tamen antequam pronuncietur sententia haec, una cum processu transmittatur revidenda et confirmanda Vicario g.rali causarum S. Sed's aud tori; — quae a Rom. Pontifice speciali mandato committi solent ep.po ratione officii, non vero ratione personae exequendi quoad dispensationes, relaxationes Sedi apostol. reservatas; — reservatis Ordinarii approbationi censuris eccl.ticis, sive in laicos (f. 364) per sententiam ferendis, ut denuntiatio earum fiat consensu et nomine Ordinarii ipsius, atque ab iisdem absolutione, non vero censurarum, quae ipso facto incurruntur, si absit scandalum publicum; — excipiendi professionem fidei eorum per se, quos parochos instituet, si archidiaconus non adsit; — 5°, *quod vero Suffraganeatus officium attinet*, in ecclesiis Gr. R. solemniter pontificandi, benedicendi populum, s. vestes, coemeteria, cruces, campanas etc., conficiendi s. Chrisma, consecrandi sui ritus eccl.as, confirmandi, ordinandi, quos praevio examine idoneos necessariosque existimaverit, et quidem qu hujus dioecesis futuri sint, absque dimissorialibus Ordinarii, qui vero ex aliis dioecesibus advenerint, nonnisi exhibitis dimissorialibus dioecesanorum lat., si hi g.ralem facultatem, quemadmodum Agriensis concedit, non indulgerent; — in defectu sui ad pontificalia eadem in dioecesi Agriensi, cum opus fuerit, (f. 364v) licentiam faciendi aliis Gr. R. ep.pis catholicam communionem tenentibus ac ordi-

nandis per eos impertiendi dimissoriales; — pontificalibus sui ritus insignibus utendi etiam in publicis processionibus; — 6°, *reservat item sibi Ordinarius Agriensis*, ut idem Rev.mus D. De Camillis antequam Vicariatus munus sibi obeat delegandi, professionem fidei in suis manibus personaliter faciendam, juxta normam a Greg. XIII praescriptam, quam eandem ab omnibus eidem subjiciendis clericis excipiet locorum Archidiaconi latini.

Cap. VIII. *Quae in favorem Gr. R. unitorum fieri expediant?*

Justum et necessarium est: — 1°, *ut ad instantiam Ordinariorum latin.* a SS. C. R.que Mat.te obtineatur severum mandatum per cot.tus, in quibus Gr. uniti (f. 365) degunt, per eosdem Ordinarios exhibendum, ut publicetur, quo declarat Sua M.tas ex plenitudine potestatis Suae R. ac Apostol. Mat.tis gr. unitum clerum ac eccl.as, ex quo eccl.ae nomine censentur, eadem prorsus *immunitate eccl.tica gaudere*, qua dignoscitur cath. clerus lat., cujus in eadem Eccl.ae S. unitate eodem sub capite commembrum est, et cujus filiae sunt etiam ipsorum eccl.ae, cujus tamen immunitatis Schismatici participes non fiant; — ut proinde nemo eccl.as eorum vel personas violare, nec ab iis onera servilia exigere praesumat sub poenis prorsus eisdem, quae Lat. Eccl.ae immunitatis violatoribus statuta sunt, ac insuper, ut desiderata eorum Unio firmior sit, si opus fuerit, pro temeritatis contrafacientium delictisque mensura, sub poena etiam notae infidelitatis, ad querelam Ordinariorum ab eadem Sua Maestate severe infligenda; — ut nemo D.norum terrestrium ullo sub praetextu praesumat Graecanici Ritus unitos (f. 365v) adigere ad opera servilia diebus festis, articulariter decretis ac insuper, ubi permixti non sunt Latinis, 2-3 — que festis per annum alias in Graeca Eccl.a solemnibus, si per Ordinarium latinum talium celebratio eis indulgenda videbitur, per ipsummet designandis; — 2°, id tamen per expressam conditionem, ut pro incolarum Regni uniformitate *festa particulariter decreta dioecesanaque iisdem et non aliis celebrent diebus ac omnia*, quae et quibus Latini, uti habetur Clem. VIII, const. 34; — 3°, Justum pro eorundem animarum solatio videbitur, ut *indulgentiae latinorum ecclesiis et piis locis concessae* etiam in Gr. R. unitorum ecclesiis publicentur ac susceptis in sua ecclesia Sacramentis ad ecclesias latinas pro perficiendis vel consequendum reliquis visitandas invitentur, ipsis quoque eorum ecclesiis certae indulgentiae procurentur; — 4°, *Pro Unionis firmitate* faciet, ubi Gr. R. uniti Latinis permixti degunt, *processionibus publicis (f. 366) clerus populusque tam Graecanicus, quam Latinus solemniter intersit*, veluti in litaniis majoribus et diebus rogationum ac solemni Corp. Christi; — et quidem diebus rogationum die una Latinorum processio instituatur ad ecclesiam Gr. R.

fiatque ibi Sacrum Ritu Lat.; — vicissim die aliqua altera fiat processio Graecanicorum ad ecclesiam lat. et ibidem in summa ara fiat Sacrum Ritu Graeco. — In solemnitate quoque Corporis Chr.ti octava die D.nica vel in ipsa octava fiat processio Graecanicorum comitante etiam clero et populo lat., evangelia vero in utraque decantentur partim a latino, partim a graeco; — 5°, *Coemeteria quoque*, si fieri commode possit, Graecorum et Latinorum *sint seorsim* quidem, verum eadem sub cinctura; — 6°, *Si quae alia* pro suo favore indulgenda censuerint Graecanici, *recurrent ad Ordinarium lat.* ut communem patrem et pastorem suarum animarum.

## 47.

*Lowicz, 15. IV. 1692.*

*Card. Radziejowski Cardinali Carolo Barberini de negotio Chelmensi, de administratione et translatione, de Coadiutore Peremysliensi et Catechismo suspecto, et de conditionibus datis in materia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 840rv, 841 (copia).
Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 142r-143r.

Em.mo e R.mo Signor mio Osservandissimo.

Effetti della somma bontà e benignissima propensione di V. Em.za verso di me, sono state le rappresentanze ch'ella ha voluto fare alla Sacra Congregatione de Propaganda fide, di ciò ch'io mi diedi l'honore di suggerirle toccante la translatione di Mons. Malachowski al Vescovato di Chelma. Questi si come accrescono un nuovo potente stimolo alle altre mie infinite obligationi, così aumentano il desiderio che nutrisco di poter farle incessantemente conoscere l'ossequio e la gratitudine gle ne conservo. Devo perciò repplicare all'Em.za V. che quando io non havessi havuta l'intiera e fondata cognitione di quest'affare, non mi sarei preso un così arduo assunto di portarglene i riflessi. Mà l'haver io tenuto mano a quest'interesse, e possedendo io pure una parte de miei beni hereditarii nella Diocese di Chelma, conosco il genio di quella Nobiltà ch'attività sufficiente di Mons. Malachowski al governo della medesima.

Ho ricevuto la lettera che l'Em.za Vostra s'è degnata di communicarmi che pure ho spedita alla Maestà Sua et a Mons. Vinicki ho dato nuovi efficaci impulsi, perche disponga quanto prima di dare alla (f. 142v) Sacra Congregatione le ricercate sodisfationi ne punti dall'Em.za V. transmessimi, e che mandi quanto prima un esemplare in pura lingua schiavona del Cathechismo da esso publicato. Non dubbito però che egli sia per ubbidire in tutto agl'ordini riveriti della medesima. Certa cosa è

che Vinicki è huomo di molta inteligenza, di gran vivacità e di spirito veramente attivo, e perciò fu anco il più duro di tutti alla ridutione. Sed Potens Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae, tengo però una ferma speranza che la di lui promotione possi apportare beneficio considerabile alla Religione.

Quanto all'Amministratione pro interim del Vescovato di Chelma sono persuaso che la Maestà Sua vi presterà la sua assistenza, già che hà sempre havuto cura particolare di provedere all'indigenze del Mons. Malachoski sudetto. Del resto supplico l'Em.za Vostra di voler rendere la S. Congregatione persuasa che io non mancherò di dar mano quanto mi sarà possibile alla perfetione di questo importantissimo affare, premendomi troppo di veder accresciuto il servitio del Signor Dio colla ridutione di tant'anime eranti al grembo della Sua Chiesa. (fol. 143r) E nel renderne all'Em.za Vostra questa viva testimonianza, le ratifico quella della mia somma devotione e delle mie infinite obligationi e le bacio humilissimamente le mani.

Di Vostra Em.za
Lowicz, 15 Aprile 1692.

(P.S.) La Sacra Congregazione ha operato con gran prudenza in assegnar il Coadiutore al predetto Mons. Vinicki, e questo era il motivo mio in risolver il dubio che haveva la S. Congregazione in non conceder il transito di Mons. Malachowski per ragione d'haver assunto coadiutore. Altro è in Chiese nostre, altro in quelle de i Greci, dove è scarsezza de i sogetti capaci, e sempre è necessario di haverne sempre prompti e instrutti nel governo delle Chiese, per non cercarli in caso della vacanza, e esser obligati a pigliarne rudi e incapaci.

M. Card. Radzieiowski (m.p.).

In altra lettera di S. Eminenza, sotto la medesima data, e di pugno proprio.

Ho mandato à S. Maestà, come ancora à Monsig. Vinnicki, le lettere di V. Eminenza accompagnate colle mie in Causa delle Diocesi Premislien., et Chelmens. Ritus Graeci. Le conditioni date dalla Sacra Congregatione al predetto Monsignor Vescovo sono così charitative, che non vi è luogo da hesitare in adempirle. Spero in Dio, che ci si caverà grand'utile alla Chiesa, e vi era da temere, tenendosi un contrario sistema.

Humilissimo e divotissimo Servitore obligatissimo

M. cardinale Radzieiowski.

## 48.

*Roma, 19. IV. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de negotio J. Malachovskyj et I. Wynnyckyj* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 319r.

Circa il negotio e traslatione di Mons. Malachowski mi diedi l'honore di avvisare a V.E. quanto determinò la S. Congregatione di Propaganda; onde se Mons. Winnicki adempirà quanto si è ricordato, io spero questo affare resterà aggiustato.

## 49.

*Premislia, 23. IV. 1692.*

*Ep. Peremysliensis Summo Pontifici manifestat suam subiectionem et gratitudinem, extollit auctoritatem, gaudet concessa iurisdictionis unificatione etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari,* vol. 29, fol. 856rv.
Theiner A., *Vetera monumenta Poloniae...*, vol. III.

S.me ac Beat.me Pater.

Post oscula Sanctitatis Tuae pedum, quibus interim in pagina humillima advolvor, antequam coram, quod in animo et votis habeo, ad eosdem cadam.

Triumphalia Christi resurgentis festa Sanctitati Tuae demissiorem in modum gratulor; servent coelites Sanctitatem V. orbi Catholico in annos plurimos incolumem; servent florentem diu Ecclesiam Christi, cui sub felicissimis Sanctitatis V. auspiciis et innocenti sidere, cum numerosissimo et praenobili grege meo, in facie orbis Poloni, Maiestatum, Procerum, Apostolici Nuntii et Episcoporum, anno superiore magno animae meae solatio Te, Beatissime Pater, Pastorem meum Oecumenicum et Universalem sequens aggregatus sum. Insonuit Sanctitatis V. nomen in scisso olim populo, in coeloque partibus fusis per oppida et vicos, sublatumque est iubilaei proximi tempore, quod etiam ex paterna Sanctitatis Tuae gratia obedientissimus filius accepi et debite promulgavi. Nec pensi habeo sarcamos, et odia schismaticae adhuc vicinitatis, qui Deum solum et meam meorumque salutem aeternam omnibus praehabeo temporalibus. Pro adunatione scissae in meo Episcopatu iurisdictionis immortales Beatitudini V. ago gratias. Cedat hoc in maius ovium mearum solatium, et ante omnia Dei gloriam. Interim ad omnia adversa perferenda et in Christo

vincenda Sanctitatis V. imploro benedictionem, cui caput meum ad usque pedes beatissimos submitto.

Praemisliae, ad Cathedram meam S. Ioannis Baptistae, die 23 Aprilis 1692.

Sanctitatis Vestrae indignissimus et subiectissimus Exorator

Innocentius, Episcopus Praemisliensis ritus graeci unitus (mp).

## 50.

*Premislia, 23. IV. 1692.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj gratulatur Cardinalibus de Prop. Fide occasione Paschatis; gaudet fide catholica professa et eparchia reunita, odia et hostes non timet, Roma protectus.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari,* vol. 29, fol. 857-858.
THEINER A., *Vetera monumenta Poloniae...,* vol. III.

Eminentissimi Principes, Domini, D.ni mei et Patroni Colendissimi.

Operae pretium iudicavi in circumstantia triumphantis Christi et Paschalium gaudiorum coram Eminentiis Vestris, ac S. Congregatione comparere, cui vel maxime Christi gloria et triumphus cordi est. Haec ego triumphalia Eminentiis Vestris tota animi latitudine gratulor, vel eo etiam nomine, quo ipsemet anno immediate lapso Varsaviae cum millenis ovibus meis a Christo Pastorum Principe, et Innocentio P.O.M. eiusdem Vicario ducar in triumpho. Ubi in facie Regis et Regni, coram Nuntio Apostolico et E.pis, quam in corde pridem habui fidem Catholicam et obedientiam Sanctissimo Innocentio XII publice professus sum et iuravi. Cedat hoc mihi gregique meo ad aeternam salutem, Sanctae Romanae Ecclesiae, cuius fidelis et obedientissimus sum filius, ad solatium, vicinis Schismaticis ad exemplum, ut in Domino confido. Confundentur certe, qui voluerunt mala mihi, et apud Sacram Eminentiarum VV. Congregationem non verebantur detrahere animae meae. Deum solum et unicum, Purpurati Patres, prae oculis tunc habui habeoque animam meam et extra omnem cogitationem nedum curam. Accepi novam Sanct.mi gratiam, hoc est adunatam, quae fuit cum Reverendo Malachovio, in meo Episcopatu (f. 858) iurisdictionem. Utar illa ad maiorem Dei gloriam et Ecclesiae Sanctae incrementum. Conditiones porro ab Eminentissimo Cardinali Barberino mihi transmissas tanquam eas, quae minime graves et omnino iustae censentur, sincere amplector et admitto. In reliquis Eminentissimus Cardinalis Barberini, Regni et meus Protector, Sacram Eminentiarum Vestrarum Congregationem informabit. Hoc dum Eminentiis Vestris,

Deo et conscientia teste, declaro et spondeo, earundem gratiae et favoribus cum sacrae purpurae osculo me demissiorem in modum commendo.

Dabantur Praemisliae, ad Cathedram S. Ioannis Baptistae, die 23 Aprilis 1692.

Eminentiarum Vestrarum humillimus et devotissimus Exorator

Innocentius Winnicki, Episcopus Praemisliensi ritus graeci unitus (mp).

## 51.

*Premislia, 23. IV. 1692.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj gratias agit Cardinali Barberini pro beneficiis acceptis et acceptat conditiones sibi propositas.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 49-50r.

Eminentissime Princeps, Ill.me, R.me Domine et Patrone Colendissime.

Perennis Deo Ter Optimo M°, qui non tam holocaustis quam sinceritate et unione cordium delectatur, quod tandem respexerit super humilitatem servi sui, sit gloria. Celsissimo Eminentiae Vestrae nomini quod sinistras meas delationes authoritate sua apud Sacram Congregationem discutere, et iustiori me respectui, quam minus benevoli voluerint insinuare, dignatus sit, meum gratissimum pectus aeviternum erit monimentum. Devinctissimum me certe sentio Eminentiae Vestrae debereque expansis ad sidera palmis, siquidem alia facultas non suppetit, (fol. 49v) quatenus Divina providentia quae non Regni tantum, sed mihi etiam singulariter optimum in Eminentia Vestra providit Protectorem, in emolumentum pariter Ecclesiae et meae afflictionis solatium felicem et incolumem quam diutissime conservet.

Conditiones a Sacra Congregatione propositas tamquam suaves et omnino iustas debita cum veneratione accepto. Omniaque SS.mi et Porpuratae Congregationis mandata filius utique obedientiae promptus exequor, paratusque. Jubeat quod vult et factum vi(fol. 50r)debit quid iubet. Paratum siquidem cor meum, ad omnia e mente Sanctissimi et Sacrae Congregationis paratum cor meum. Interim Sacram Eminentiae Vestrae Purpuram humillime exosculor.

Dabantur Praemysliae, ad Cathedram S. Ioannis Baptistae, die 23 Aprilis 1692.

Eminentiae V.rae devotissimus Exorator

Innocentius Winnicki, Ep.pus Prem. Ritus Graeci unitus.

## 52.

*Janiw, 17. V. 1692.*

*Episcopus Smolenscensis E. Kotowicz cum Commissione convocat Partes in causa Pohostensi contra Episcopum Pinscensem M. Bilozor et terminum comparitionis assignat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 514, fol. 271-272.

Eustachius Kotowicz,[17] Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Smolen., Vibnensis Scholasticus, Praepositus Trocensis Rit. Latini, Joannes Malachovski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Praemisliensis, Rit. Graeci Uniti, Nicolaus Riccioli a Catania, Abbas Horodisc. O.S. Benedicti, Antonius Pius Fioravanti Canonicus Smolensc., Parochus Janoviensis, R. Latini, Simeon Ciprianowicz, Proto-Consul. Superior Zyrovicens., Procopius Mor, Superior Bialensis Monasteriorum Rit. Graeci, O.S. Basilij Magni, ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Domino Andrea Sancta Crucio, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Seleutiensi, ad Serenissimum et Potentissimum Joannem 3tium, Poloniae Regem totumque Regnum ac M.D. Lituaniae cum facultatibus Legato ac Nuntio Apostolico, delegati et deputati Comissarij.

Admodum R.ndis Venerabilibus ac Honorandis viris Praelatis, Praepositis, Parochis, Comendarijs, Vicarijs, Altaristis, Psalteristis, Mansionarijs, item RR.PP. Rectoribus, Prioribus, Guardianis, Superioribus Religionum omnium caeterisque Presbiteris latinis tam saecularibus quam, regularibus, quibusvis Clericis ac etiam Venerabilibus Parochis, Presbiteris et Clericis Rit. Graeci Uniti, nec non scholarum Rectoribus, Baccalaureis, Organarijs, Cantoribus, Sacristianis, Campanarijs alijsque legitimis executoribus ac ecclesiarum Ministris tam Ecclesiae Latinae quam Graecae Rit. Uniti, per et intra Dioecesim Vilnensis, Luceoriensis Brestensis et Pinscensis ac Turoviensis Episcopatus tam Latini quam Rit. Graeci Uniti existentibus et constitutis, tenore praesentium requirendis salutem in Domino et nostris huiusmodi imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Noveritis quia nos Pius Fioravanti, Canonicus Smolens., Parochus Ianovensis lat., Simeon Ciprianowicz, Proto-Consul et Superior Zyrovicen., Procopius Mor, Superior Bialen. monasteriorum Rit. Graeci O.S. Basilij Magni, Comissarij Apostolici ex speciali mandato Ill.mi ac R.ndissimi Domini Andreae S. Crucij Legati ac Nuntij Apostolici, autoritate

---

[17] Eustachius Stanislaus Casimirus Kotowicz, nat. 15.11.1637, nom. 17.5.1688, in qua Sede usque ad an. 1706 permansit et etiam obiit.

nobis hac in parte et nostrum cuilibet insolidum delegata vigore instrumenti commissionis, in Causa et actione inter Ill.mum ac R.ndissimum Dominum Michaëlem Martianum Bialozor, Episcopum Pinscensem et Turoviensem,[18] Archimandritam Vilnensem, Lauricensem Rit. Graeci Uniti citatum et Venerabilem Gregorium sive Gregorium Szemetilowicz, Diaconum Pohostensem, ingenuorum Pauli, Martini et Petri filiorum pudicae Mariannae filiae venerabilis olim Michaëlis Szemetilowicz, Praesbiteri et Parochi Pohostensis fratrum et respective sororis inter se germanorum Szemetilowicze dictorum atque honestae Catharinae, praedicti Venerabilis olim Michaëlis Szemetilowicz Parochi Pohostensis consortis, legitimae supra scriptorum vero filiorum matris actorum, contra supra memoratum Ill.mum, R.ndum Michaëlem Martianum Bialozor, Episcopum Pinscen. Rit. Graeci Uniti, Causam introductam fuisse et esse in Tribunali et iudicio S. Nuntiaturae agitata (?) ad inquirendum iuxta contenta eodem modo decreto specificata, in causa et actione ratione, quasi praedictum Ill.mum et R.ndissimum Dominum Episcopum Pinscen. Michaëlem Martianum Bialozor, Rit. Graec. Uniti supra nominatum, citatum expoliationis et accepti aurum, argentum, pecunias, frumenta tam triturata quam in sexagenis existentia, boves, oves equos, libros ac Iura supra fundos hereditarios proprios actorum et fundos eosdem in se nominatos alijs non spectantibus traditos et distributos. Ex ecclesia Pohostensi et Imagine B.V.M. Coronam aurgenteam et tabellas accepisse argenteas ac omnem supellectilem domesticam in genere et specie supra nominat. Szemetilowicze, actorum ac relictae supra specificatae viduae spectantem per Ill.mum et R.ndissimum Dominum Episcopum Pinscen. supra nominatum, citatum, perceptionis et ablationis nec non dictorum actorum ante expoliationem rerum suarum omnium seu ipsorum et penes se hucusque retentionem et ablationem ad bona sua residentiae episcopalis evectarum, incarcerationem et postea in ijsdem carceribus dictos actores retentionem, quousque sibi de fuga consuluissent. Quae omnia punctatim per libellum famosum ac articulatum in tribunali S. Nuntiaturae in termino peremptorio anni proximi praeteriti 1691, die vero 11-ma mensis Decembris, porrecta sunt et connotata ac producta et admissa ac nobis commissarijs per decretum dictae S. Nuntiaturae per remissionales transmissa et in eodem decreto contenta ut iuxta illa puncta porrecta a parte actorea iudicialiter commissio absolvatur ac testes exsaminentur ac interogentur per omnes facti circumstantias.

---

[18] Martianus Michaël Bilozor, Ep. Pinscensis ab an. 1666, et Archimandrita variarum archimandriarum et praesertim Vilnensis, dein Archiepiscopus Polocensis (1697). Vitam sat tumultuosam habuit litibus repletam cum Metropolitis et Ordine Basiliano.

Ad inquirendum igitur, die 2da mensis Junij anni currentis 1692, ad locum loci descendemus Pohostam, in districtu Pinscensi existentem, et commissionem absolvemus in hac causa ibique iurisdictionem nostram fundabimus et in ordine ad probanda contenta iuxta puncta porrecta et in decreto specificata juridice testes inductos examinabimus et admissibiles, si pars citata porrigere nobis voluerit libellum famosum articulatum testesque inducere admittemus ac dicta illorum fideliter connotabimus praestito corporali iuramento in praesentia partium de veritate dicenda terminumque partibus post peractam commissionem peremptorium assignabimus et rotulum commissionis, sigillis nostris obsignatum manibusque subscriptum, ad iudicium et tribunal S. Nuntiaturae inclusum remittemus, testes vero citati, qui a perhibenda fidelis testimonij veritate sese taliter qualiter subtrahere voluerint, Censuris ecclesiasticis compellemus et adigemus et pro absolutione ad Ill.mam et R.endissimam Nuntiaturam remittemus, dictis etiam assignando peremptorium terminum; quapropter vobis, supra scriptis executoribus, in virtute S. Obedientiae et sub excomunicationis poena mandamus et serio praecipimus, quatenus visis hisce praesentibus literis nostris innotescentialibus et requisitos testes vobis in seorsiva charta v. schedula porrectos citetis et auctoritate nostra moneatis, quos etiam nostra canonica citatione citamus et monitione trina monemus, ut coram nobis iuditioque nostro commissariali Pohoste, ad perhibendum hac in causa fidele veritatis testimonium actoribus, testes inducendos compareant ac etiam partibus copias harum nostrarum innotescentialium ad manus tradatis, inr esidentia dictorum relinquatis et etiam easdem partes de futuro termino invitetis et ad valvas ecclesiarum quorumvis tam Latini quam Graeci Ritus Uniti affigatis aut affigere et tradere curetis, assignando omnibus terminum permptorium, ad quod si testes comparere neglexerint, tunc prout contumaces poena excomunicationis fulminandos et publicandos se sciant idque autoritate S. Nuntiaturae Ill.mi et R.ndmi Domini, Domini Andreae S. Crucij, Legati Apostolici, supra memorati, nobis concessa et ex nobis cuilibet in solidum; in quorum fidem praesentes manibus nostris subscripsimus ac sigillis nostris communiri fecimus.

Datum Janova, in aedibus Parochialibus, mensis Mai die 17-ma, Anno Domini 1692.

Antonius Pius Fioravanti, Canonicus Smolescensis,
Praepositus Ianoviensis, Comissarius deputatus (mp). (L.S.)

Simeon Cyprianowicz Proto-Consultor D.B.M.,
Superior Zyrovicensis, Comissarius deputatus (mpr). (L.S.)

Procopius Mor, Superior Bialensis,
Comissarius deputatus (mpropria). (L.S.)

Ill.mo et R.ndissimo Domino Episcopo Pinscensi ad manus redditum, sine executione subscripta, die 2da mensis Maij A. 1692, quo die Actis Consistorialibus Episcopatus Viln. ingrossatum est, et per depromptum extraditum. In fidem etc. Franciscus Udaczius Peyet I.V.D., Act. Cons. Ep. Viln. Not. Publicus.

(f. 272v) NB. — Haec citatio inventa ad valvas ecclesiae Cathedralis affixa, 23 Mai, Anno praesenti 1692.

NB. — Subscribuntur tres commissarii; et duo tantum fuerunt. Patet, quia nullus executor vel quando affixa et per quem.[19]

## 53.

*Roma, 17. V. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de translatione Chelmensi et de adimpletione conditionum Peremysliensium.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 329v.

Em.mo e R.mo Signor mio Osserv.mo.

Resto favorito in questa settimana di due benignissime lettere di Vostra Em.za, dei 19 di Aprile passato, e rispondendo a ciò che contengono, dico, che non lascerò di riferire a questa S. Congregatione di Propaganda Fide ciò che si degna replicarmi in ordine alla translatione di Mons. Malakowski al Vescovado di Chelma, e se Mons. Winicki adempirà, come V. Em.za mi fà credere, quanto dalla medesima S. Congregatione gli è stato incarricato, io spero, che questo affare rimarrà terminato, come mi sono dato l'honore accennarne altre volte...

Roma, 17. V. 1692.

## 54.

*Lowicz, 20. V. 1692.*

*Card. Radziejowski Cardinali Carolo Barberini de acceptatione conditionum transmissarum Episcopi Peremysliensis In. Wynnyckyj.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 158r.

---

[19] Ex hac nota patet non omnia exequuta fuerunt ad normam iuris, unde et tempora supra indicata explicari possunt; suas litteras innotesciales, ut videtur, Episcopus iam die 2 Maii habuit, quas die 17 Maii Commissio publicas fecit ad valvas ecclesiae, unde et transmissae sunt Romam.

Spero che le risolutioni e considerationi fatte da Mons. Vinicki sopra i punti proposti dalla Sacra Congregatione, ch'io mi sono dato l'honore d'inviare a Em.za V. la settimana passata saranno valevoli per dar la fine anco a questo affare, che supplico vogli secondar con suoi autorevoli ufficii. Et io mi glorierò sempre, d'haver contribuito ad un'opera che non può essere che di grand'avantaggio alla religione et alla Chiesa di Dio, e mi consolerò che si siano rese indubitabili le mie rappresentanze, che non senza fondamento ho portate all'Em.za V. come non mancherò anco d'haver l'occhio per che in quel Vescovato tutto risulti alla maggior gloria di Dio, e per la salute di quelle anime.

Lowic, 20 di Maggio 1692.

## 55.

*Turovia, 20. V. 1692.*

*Episcopus Pinscensi M. Bilozor ad Secretarium Prop. Fidei in causa sua et oppressione in negotio Pohostensi, et transmittit appellationem ad Summum Pontificem et Cardinales Congregationis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 512, fol. 369rv.

Illustrissime, Reverendissime
Domine, Domine, Patrone Observandissime.[20]

In gravi Iurium Episcopalium concussione, Iurisdictionis Episcopalis per D. Pac, Equitem Mellitensem, oppressione, honoris et illibatae existimationis per Dioecesanos meos calumniosa dilaceratione, Decretorum R.dissimae Nunciaturae Apostolicae, in Regno Poloniae ius dicentis, aggravatione, appellationumque omnium refutatione, licet utique ad ipsum Sanctissimum Dominum Nostrum, Sanctissimum et Clementissimum, tum ad Sacram Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium de Prop. F. Congr., aliosque Eminentissimos Principes Episcoporum Protectores et Patronos recurrere; quod dum praesentibus facio Ill.mae et R.dissimae Suae Celsitudini, humilis Orator, Episcopus Pinscensis Ritus Graeci Unitorum in M. Ducatu Lithuaniae, actualiter ad suam Dioecesim residens, (f. 369v) quavis praetactarum iniuriarum singularitate lacessitus et sauciatus, usque ad illusionem virulentissimi Cosatici Schismatis, ad omnes fere Dioecesis meae Pinscensis fines venenum expuentis, imo et intra limites nonnullos grassantes, Ill.mam et R.ndissimam Suam Celsitudinem

---

[20] Ut videtur Secretario de Prop. Fide, Eduardo Cybo, ut in Congregatione referre posset.

supplex obsecro, quatenus eiusmodi causam meam afflictam, quae magis ex informationibus, tam in Jure quam facto ad Urbem missis elucescet, ipsi Sanctissimo Domino Nostro Clementissimo, tum et Eminentissimis Principibus S.R.E. Cardinalibus Sacrae de Propaganda Fide Congregationis recommendare, Epistolasque supplices ad gratiosissimas manus tradere non dedignetur, dum Orator Ill.mae et R.ndissimae Suae Celsitudinis quovis gratiarum genere convenienter mandatis Eiusdem corresponsurus, manus humillime exosculatur

Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae humillimus Servus et Exorator

Martianus Bialozor, Ep. Pinscensis (mpria).

Turoviae, 20 Maij 1692.

## 56.

*Turovia, 20. V. 1692.*

*Episcopus Pinscensis M. Bilozor Praefecto Congr. de Prop. Fide de oppressione sui in causa Pohostensi, petendo ut causa avocetur sive Romam sive ad Commissionem minus suspectam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1693, vol. 514, f. 288rv.

Eminentissime Princeps, Domine,
Domine, Patrone Gratiosissime.[21]

In tam praegrandi Iurium Episcopalium oppressione inevitabile omnibus Episcopis praeiudicium urget, recursum ad Eminentiam Vestram, Patronum Gratiosissimum, Orator Eminentiae Vestrae Episcopus Pinscensis Ritus Graeci Unitorum, libello criminali famoso, calumniis pleno a suis Popoviciis ad Iudicium Ill.mae et R.ndissimae Nunciaturae Apostolicae Varsaviam extra Dioecesim evocatus, personaliter comparere per citationem iussus, contra Sanctam Tridentinam Synodum; tum in eo maxime aggravatus, quod Decretum R.ndissimae Nunciaturae Oratorem Eminentiae Vestrae, Episcopum criminaliter (quamvis calumniose) accusatum a Popoviciis, suis Dioecesanis, nominatim procreatis Venerabilis olim Michaëlis Szemetylo, Ritus Graeci Unitorum Praesbiteri, Parochi Pohostensis, filiis Gregorio Szemetylo, Diacono ad provisionem Episcopalem Pinscensem consecrato, tanquam Principali, nomine suo et fratrum Pauli, Martini, et Petri, sororis Mariannae et matris Catharinae, quasi de invasione sub tempus Visitationis Episcopalis, spoliatione et direptione Parochiae

---

[21] Palutius Altieri, Praefectus de Prop. Fide (1671-1698).

Pohostensis, ac rerum omnium post defunctum Parochum Pohostensem derelictarum, imo exhumatione corporis defuncti Parochi, dum Orator Eminentiae Vestrae criminaliter impetitus forum R.ndissimae Nunciaturae declinaret, suffragantibus sibi iuribus et Concilio Tridentino, cuius vigore Episcopus criminaliter accusatus non nisi a Summo Pontifice aut a S. Sanctitate specialiter delegatis iudicari potest, non obstante eiusmodi Concilio ad directe respondendum Decreto R.ndissimae Nunciaturae adactus est. Cumque ab eiusmodi Decreto gravaminoso Orator Eminentiae Vestrae per Procuratorem suum appellasset ad Sanctam Sedem Apostolicam, Auditorium R.ndissimae Nunciaturae, refutata eiusmodi appellatione, ad libellum famosum criminalem, Oratorem Episcopum civiliter respondere (f. 288v), non revocato per partem querulantem nec cassato per iudicium libello criminali, secundo Decreto iussit. Unde et a secundo Decreto Oratori appellandum venit, verum et posterior ad S. Sedem Apostolicam interposita Appellatio non fuit eius efficaciae, quin Auditorium R.ndissimae Nunciaturae pluribus aliis Decretis, quorum authenticae ad Urbem copiae sunt transmissae, non aggravaret Oratorem Eminentiae Vestrae. Unica, superest Sanctitatis Suae medella, quam se assecuturum sperat Orator, si efficax Eminentiae Vestrae, quae hisce humillime supplicatur, promotio et gratia accedet, quae in eo consistet, ut Sua Sanctitas medendo huic vulneratae causae, et patrocinando S. Unioni, quae per eiusmodi processum cum Episcopo Dioecesano in prostibulum posita est virulento Cosatico Schismati, ad plerosque fines Dioecesis Pinscensis spiranti, imo Dioecesanos Oratoris Curatos, cum scandalo ad inobedientiam erga suum Pastorem invitat, eiusdem causae iudicium Commissariis ex Episcopatu Poloniarum Ritus Latini et Episcopatu Vlodomiriensi Ritus Graeci Unitorum specialiter delegandis clementissime dignetur in solidum. Gratiam eiusmodi praestitam non tantum Orator infimus Eminentiae Vestrae verum et integer Episcoporum Chorus, quorum iuribus eiusmodi processu violatis salubriter considetur deservitur us est, fimbrias vestimentorum Eminentiae Vestrae submississime exosculans.

Emin.mae et Rev.mae Domi.nis Vestrae humillimus Servus et Exorator

Martianus Bialozor, Episcopus Pinscensis.

Turoviae, 20 Maij 1692.

## 57.

*Urože, 20. V. 1692.*

*Ep. In. Wynnyckyj Card. C. Barberini de variis suspitionibus et praesertim de assumendo Coadiutore etc.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 48rv.

Eminentissime Princeps, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Inter continuas meas, circa firmandam per Dioecesim meam promulgatam a me, cum S. Romana Ecclesia Unionem, solicitudines, ex literis Emin.mae D.nis Vestrae Romae 1° Marti moderno anno datis, unicum percepi solatium cum intellexerim, quanto studio rem meam S. Congregationi de propaganda fide insinuare, et sinistras de me opiniones diluere Emin.ma Dominatio dignatur. Retribuat ille, qui me in decennario circa bonum Orthodoxae Romanae Ecclesiae labore confortat, aeterna Emin.mae D.ni Vestrae eas curas beatitudine. Ad proximas meas submissas expostulationes, tum per Rev.mum in Christo Patrem Vottam, Soc. Jesu, tum per postas praeteritas ordinatas praestolor, et avide prospitio responsorias. Anxius enim sum, scire desiderans, quid me ultro Ill.mus D.nus vult facere; iam propositas mihi a S. Congregatione de propaganda fide conditiones, tamquam filius obedientiae, me adimpleturum declaraverim, praeter unicam, in assumendo Coadiutore, difficultatem, altissimis iudiciis S. Congregationi submisi, et commendavi discutiendum, nimirum quod Equester Ordo Ritus mei liberam sibi electionem Episcopi in tribus Leopolien., Praemislien. et Luceorien. Episcopatibus, iuribus antiquis per Pacta Conventa Regum Poloniae firmatas, usurpant, et anno praeterito, circa meam declarationem, et suam per legatos Rom. professionem, eandem electionem Nobilitas, coram S.R. Maiestate (fol. 48v) praecustodierunt, unde verendum, ne Vestis Domini inconsutibilis, Divina operatione noviter in insthac Dioecesi redintegrata, in principiis, quae utique semper difficilia sunt laceretur. Qua in re etiam Em.mus Cardinalis Radzieiowski, morum Gentis et Statutorum Regni notitiam habens, sufficienter, ut opinor, informabit. Caetera quaeque mandata et ordinationes Ill.mi D.ni et S. Congregationis sacrosancte amplector, et in observationem eorumque effundo cor meum, modo me protectio Emin.mae D.V. et exoptatae post labores quietis meae promotio non destituat. Cui me interim, debita cum submissione, recommendo et prono vultu Sacram Purpuram exosculor

Eminentiae Vestrae, Domini et Patroni devotissimus Exorator et humillis Servus

Innocentius Winnicki, E.pus Prem., San. et Samb. (m.p.).

In Uroże, 20 Maii 1692.

## 58.

*Pohosta, 6. VI. 1692.*

*Ep. Smolenscensis cum Commissione citant Ep. Pinscensem in causa Pohostensi ad comparendum et inquirendum, prout prima vice die 17 Maii factum fuit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 514, fol. 273-274.

Eustachius Kotowicz, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Smolenscensis, Vilnensis Scholasticus, Praepositus Trocensis R. Latini; Joannes Malachowski, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Praemysliensis, Ritus Graeci Uniti; Nicolaus Riccioli a Catania, Abbas Horodyscenscensis, Ordinis Sancti Benedicti; Antonius Pius Fioravanti, Canonicus Smolenscensis, Praepositus Janowiensis Latini R.; Symeon Cyprianowicz Proto-Consultor, Superior Zyrovicensis; Procopius Mor, Superior Bialensis Monasteriorum Ritus Graeci Uniti, Ordinis Sancti Basilij Magni. Ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Domino Andrea Santa Crucio, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopo Seleuciensi, ad Serenissimum et Potentissimum Joannem Tertium Poloniae Regem totumque Regnum et Magnum Ducatum Lituaniae cum facultatibus Legato ac Nuntio Apostolico, Commissarij delegati et deputati. Adm. R.ndis, Venerabilibus ac Honorandis Viris Praelatis, Praepositis, Parochis, Commendarijs, Vicarijs, Altaristis, Psalteristis, Mansionarijs. Item R.ndis Patribus Rectoribus, Prioribus, Guardianis, Superioribus Religionum omnium, caeterisque Praesbyteris, quibusvis Clericis tam saecularibus, quam regularibus, ac etiam Venerabilibus Parochis, Presbyteris et Clericis Ritus Graeci Uniti, nec non scholarum Rectoribus, Baccalaureis, Organarijs, Cantoribus, Sacristianis, Campanarijs, alijsque legitimis Executoribus ac Ministris ecclesiarum quibusvis tam Latini quam Ritus Graeci Uniti; per et intra Dioeceses Vilnensem, Luceoriensem, Brestensem, Pinscensem, et Turoviensem Episcopatuum, tam Latini quam Ritus Graeci Uniti existentibus et constitutis, tenore Praesentium requirendis, salutem a Domino et nostris huiusmodi imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis.

Mandamus vobis suprascriptis Executoribus in virtute S. Obedientiae et sub Excommunicationis Poena serio praecipimus, quatenus ad (f. 273v) Instantiam Venerabilis Gregorij sive Hrehory Szemetylowicz, Diaconi Pohostensis Ritus Graeci Uniti, ingenuorum Pauli, Martini, Petri, filiorum, pudicae Mariannae, filiae Venerabilis olim Michaëlis Szemetylowicz, Presbyteri et Parochi Pohostensis, fratrum et respective sororis inter se germanorum Szemetylowicze dictorum, atque honestae Catharinae, praedicti Venerabilis olim Michaëlis Szemetylowicz, Parochi Pohostensis consortis legitimae derelictae, suprascriptorum vero filiorum matris, Actorum litigantium contra Ill.mum ac R.ndmum Dominum Michaëlem Martianum Bialozor, Episcopum Pinscensem et Turoviensem, Vilnensem ac Lauriczensem Archimandritam, Citatum. Eundem supra memoratum Citatum Ill.mum ac R.ndmum Michaëlem Martianum Bialozor, Episcopum Pinscensem et Turoviensem adeatis et citatis etc. Etiam Partem Actoream supramemoratam (si commode poteritis), alias re-

lictis Praesentium Copijs in Residentia R.ndissimi citati, vel ad valvas ecclesiarum quarumvis affixis, eundem et Actores uno edicto pro tribus ac peremptorie citetis, quem R.ndmum citatum et quos Actores etiam nos hisce praesentibus literis nostris trina Canonica citatione, authoritate nobis et cuilibet nostrum in solidum concessa a Sacra Nunciatura et delegata, uti in literis Remissorialibus ex Instrumento Commissionis Apostolicae nobis delegatae liquet, citamus. Ut coram Illustrissimo ac Reverendissimo Domino, Domino Andrea Santa Crucio, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopo Seleuciensi, SS.mi Domini Nostri, Domini Innocentij Divina Providentia Papae XII, Praelati Domestici et Assistentis, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Serenissimum Joannem Tertium Poloniae Regem Potentissimum totumque Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus Legato de latere et Nuncio Apostolico, pro die quarta mensis Iulij proxime ac immediate sequentis, anni currentis Millesimi sexcentesimi nonagesimi secundi, quem Terminum ipsis pro omnibus dilatationibus peremptorium praefigimus et assignamus hac nostra canonica trina Citatione (f. 274), ut compareant Partes ad videndum Rotulum Commissionis Nostrae Apostolicae iam peractae in Oppido dicto Pohosta, diebus primis Iunij, praesentis anni, pro parte Actorea supra specificata in contumacia Partis citatae, Sigillis Nostris illesis ac intactis munitum et manibus nostrum uti Commissariorum Apostolicorum eundem Rotulum connotatum et fideliter a Secretario nostro, assumpto ad hanc Commissionem Apostolicam, conscriptum. Et ad audiendum Rotulum eundem Commissionis Apostolicae aperiendumque dicta testium publicanda et pro publicatis habenda atque ea, quae Iuris et Sanctae Iustitiae fuerint, in Tribunali dictae Sacrae Nunciaturae in termino illo advenienti procedi et decidi etc. Non obstante Partium vel Partis alterius utrius contumacia etc. certificantes etc.

Datum in oppido dicto Pohosta, die sexta mensis Iunij, Anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo. Nostris sub sigillis.

Fr. P. Benedictus Bogdat, Scr. Theol. Doctor, Custos Grodn.,
Regens studij Pinscen. Ord. Con. S. Franc.,
Secretarius assumptus ad hanc Commissionem Apostolicam.

(f. 274v) Anno Domini 1692, die 10ma mensis Iunij, Ego Infrascriptus testor ad manus Partis Actoreae ac in Residentia R.ndissimi Episcopi Pinscensis Copias harum literarum citatorialium tradidisse et reliquisse et omnia quae intra mandantur fideliter executus sum. In quorum fidem me subscribo.

Fr. Stephanus Bylenski, Ord. Min. Conv. S. Franc.

Episcopus nec fuit Pinsci 10 Iunij, vix enim tunc Vilna versus Pinscum perrexit. Ecce executio haec patet quia falsa ac suspecta etc. tales omnes processus et executiones fuerunt horum duorum Commissariorum suspecti et in fraudem Episcopi, absentis tunc Pinsci, cum et intimatorias extradebant, et Commissionem exequebantur.[22]

## 59.

*Caiazzo, 10. VI. 1692.*

*Ep. Caiatinus, Franciscus Bonesana, de rebus eparchiae Peremysliensis, de Coadiutore dando, de Armenis Leopoliensibus, de Transilvania et Basilianis etc., ad Secretarium Congr. P.F.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 386rv, 388.

Ill.mo, e Rev.mo Signore, Padrone Col.mo,
Mons. Cybo, Patriarca di Costantinopoli, Segretario de Propaganda, Roma.

Solo dopo il mio arrivo à questa Città mi giungono le risposte da Polonia sopra l'affare di Monsignor Winnicki e precisamente del Coadiutore, che si vorrebbe da questa Sagra Congregazione fosse dal medesimo assunto. Comunemente dunque si presume in quel Prelato un'ottima disposizione a dichiararlo in persona del Padre Zolkewski, parente della Maestà del Re, quando però alla Maestà Sua fosse di compiacimento, ma si prevedono l'opposizioni maggiori dalla Nobiltà di quella Diocesi Ruttena, la quale gode la prerogativa di elegersi il proprio Pastore. Sento poi universalmente come il sudetto Monsignor Winnicki si porta molto egregiamente, e che corrispondono le sue buone operazioni alla dichiarazione fatta della sua Unione colla S. Chiesa Romana, per la quale indefessamente si affatica.

Da Transilvania vengo avvisato del grave sconcerto seguito in quella Provincia per il troppo zelo non congiunto à tutta la prudenza di Monsignor Auxentio, il quale (f. 386v) volle sforzare à ricevere l'unione certi Armeni nati, e vissuti Scismatici, contro la libertà di Religione concessa à tutti, e rigorosamente osservata in quelle parti per legge loro fondamentale; onde che essendo questi ricorsi al Supremo Governo, temo che Monsignore ne sentirà gravi disturbi. E perchè il Padre Bonalini, destinato Missionario in quella Provincia, si trattiene ancora in Leopoli, aspettando l'espedizioni, ed il suo sussidio dichiaratogli da cotesta S. Congregazione, sup-

[22] Adnotatio haec Episcopi intimati demonstrat summam resistentiam ad comparendum coram Commissione Apostolica, qui varias illegalitates Commissariis obiciebat.

plico V.S. Ill.ma di replicarne li suoi ordini, parendomi troppo necessario il di lui servizio in quella parte, massimamente sia questo principio dell'unione.

Dal Padre Accorsi, Prefetto del Collegio di Leopoli,[23] vengo ricercato di rappresentare à V.S. Ill.ma la necessità, che tiene d'un'altro soggetto capace ad insegnare la Filosofia, e Teologia, non potendo quello, che vi si trova supplire à tutto.

Trasmetto à V.S. Ill.ma gli abusi della Religione Basiliana con supposto rimedio mandatimi da un gran soggetto zelantissimo di quell'Unione, la quale mai sarà sicura (f. 388) disgiunta dalla riforma di quella nobilissima Religione. Tanto devo rappresentare à V.S. Ill.ma in esecuzione de' suoi riveritissimi comandamenti, e soggiongendole, che da Leopoli il medesimo Padre Accorsi mi significa di aver mandato diretto à V.S. Ill.ma il Catechismo nuovamente stampato da Monsignor Winnicki, per fine profondissimamente me l'inchino.

Caiazzo, 10 Giugno 1692.

Di V.S. Ill.ma, e Rev.ma, la quale supplico di protegere con la sua benignità il desiderio di Mons. Bernatowicz d'essere reintegrato di tutte l'insegne Episcopali conforme ne le presentai il memoriale, già che per questo fumo si contenterà di rinunciare al titolo di Vesc. di Cameneco, al quale è stato consecrato, e con la di lui sommissione ed obedienza ha dato veri contrasegni del suo pentimento.

Humilissimo ed oblig.mo Servitore

Francesco, Vesc. di Caiazzo

## 60.

*Radzieiovice, 17 VI. 1692.*

*Card. Radziejowski card. Barberini, de negotio Ep. Malachovskyj et Ep. Wynnyckyj.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 167.
MUH, vol. IV, pag. 207, nr. 118.

Em.mo Card. Carlo Barberini, Roma.
Em.mo e R.mo Signor mio osservandissimo.

Ho ricevuto il favoritissimo foglio di Vostra Eminenza di 17 del passato, dal quale ho conosciuto non haver ella ancor ricevuta la mia

[23] P. Sebastianus Accorsi, Theatinus, Praefectus Pont. Col. Armenorum Leopoli (1691-1704).

scrittale nell'affare di Mons. Malachowski, ne le risposte date minutamente alli punti proposti dalla Sacra Congregatione a Mons. Vinicki, ch'erano a quelle congiunte. Ma sicome suppongo, che tutto sarà arrivato a quest'hora, e che Vostra Eminenza haverà fatta conoscere la buona volontà e dispositione sincera d'esso Mons. Vinnicki alla Sacra Congregatione sudetta, così non dubbito, che questa ne sarà rimasta intieramente satisfatta, et consequentemente terminata di commune satisfatione questa facenda...

(fol. 167v) Radzieiowice, 17 Giugno 1692.

Di Vostra Eminenza humillissimo e divotissimo Servitore obligatissimo

M. card. Radzieiovski.

## 61.

*Turovia, 20. VI. 1692.*

*Ep. Pinscensis M. Bilozor Congregationi P.F. de sua causa Pohostensi et praeiudicio sibi illato petitque novam Commissionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 512, fol. 368rv, 371v.

Eminentissimi Principes, Domini, Domini Patroni Gratiosissimi.[24]

Eminentiarum Vestrarum Patronorum gratiosissimorum Orator indignus Episcopus Pinscensis in M.D. Lithuaniae Ritus Graeci Unitorum, plane in luctam positus cum virulentissimo Cosatico Schismate in plerosque Dioecesis Pinscensis fines periculose exhalanti, imo et intra eandem serpente hucusque constanter decertans, modo vero in ludibrium Schismati et in contradictionem propriis ovibus Pastor positus dum Popovicii Venerabilis olim Michaëlis Szemetilo, Ritus Graeci Unitorum Parochi Pohostensis, Dioecesani Pinscensis filii et filiae Gregorius Szemetilo, Diaconus ad provisionem Episcopalem Pinscensem ordinatus, Principalis, Paulus, Martinus et Petrus, filia Marianna una cum matre Catharina, protectione Domini Pac, Equitis Mellitensis, Tenutarii Regii Villae Pohostensis insolescentes non tantum contra Commissarios et sacerdotes ad inquirendum post fata Parochi Pohostensis ab'egatos, tumultibus insurrexerunt, eosdem concusserunt obsangionem... larunt expulerunt, verum etiam eodem ausu contra Oratorem Eminentiarum Vestrarum, Episcopum suum, et ordinarium Pastorem, ad locum loci pro visitatione ecclesiae, rebus post de-

---

[24] Cfr. alia quam plurima documenta nostri voluminis in hac causa Pohostensi contra Episcopum Pinscensem, ex. gr. nnr. 52, ubi meritum rei exponitur, 55,56,58 et dein 62,64,65 etc.

functum derelictis conscribendis, asservandis, et secundum Jura Canonica disponendis descendentem infremuerunt, eidem Oratori Episcopo, Visitatori et Iudici, postquam de tam temerariis ausibus citati contumaciter iudicio sui Ordinarii se opposuerunt, eadem protectione Domini Pac, Equitis, audentes iudicium famosum Criminale, calumniis plenum, de invasione Parochiae et ecclesiae Pohostensis, spoliatione et direptione omnium, post defunctum Parochum Pohostensem derelictorum ac exhumatione corporis derelicti coram R.endissima Nuntiatura Apostolica instituerunt, ad personaliter comparendum Episcopum suum in Dioecesi residentem evocarunt. Cum vero Orator Eminentiarum Vestrarum per suum (f. 368v) Procuratorem legitime constitutum, praecise inherens Iuribus, Conciliis antiquioribus et recentissimo Tridentino gravamina, in iudicio, praesertim vero quod ad personaliter comparendum citatus sit, proponi et forum declinari fecisset eo respectu, quod Episcopus criminaliter accusatus de tantis Criminibus (quamvis calumniose) non possit iudicari nisi ab ipso Summo Pontifice, vel a S. Sanctitate specialiter delegatis, eo nihilominus non attento Auditorium R.ndissimae Nunciaturae Oratorem ad directe respondendum primo Decreto, non admissa ulla ad Sanctissimum Nostrum Dominum appellatione, strinxit, non habito respectu Iudicis primarum instantiarum, qui est Metropolitanus-Archiepiscopus totius Russiae, et secundo Decreto, quatenus Orator criminalissime accusatus respondeat civiliter, non revocato per partem actoream calumniantem nec cassato per Iudicem libello famoso criminali, aggravavit, appellationeque denuo ad ipsum SS.mum interposita, per Auditorium R.ndissimae Nunciaturae refutata, multis aliis gravaminosis Decretis implicavit unde tantus crevit Oratoris Eminentiarum Vestrarum contemptus, ut virulentum schisma illudat et oves propriae Pastoris sint dispersae, percusso Pastore, quinimo renitentes et inobedientes, vilipendentes Episcopi authoritatem, quae tam facile a calumnianti Dioecesano lacessiri potest et lacessitur. Vos, Eminentissimi Patres de Propaganda Fide, zelosissimi Principes et Patroni gratiosissimi, gratiis vestris adeste Unioni Sanctae, vulneri lacessito medellam afferte, ne ex contempto Pastore sequatur ovium dispersio, et virulentum Schisma cristas altius attollat; hoc praestituri, si Sanctissimo Domino Nostro hanc vulneratam causam recommendaturi, eo gratia vestra rem disponetis, ut Sanctissimus iudicium huiusce causae calumniosae Commissariis specialiter delegandis, Ill.mo Domino Cypriano Zochowski, Archiepiscopo Metropolitano totius Russiae, Leoni Zalenski, Protothronio Metropoliae Chioviensis et Episcopo Vlodomiriensi, Ritus Graeci Unitorum, necnon Ill.mo Domino Godlewski, Suffraganeo Episcopatus Luceoriensis committere clementissime dignetur. Ego vero fimbrias vestimentorum Eminentiarum Vestrarum humillime exosculor

Eminentissimarum et Reverendissimarum Celsitudinum Vestrarum humillimus Servus et Exorator

Martianus Biallozor, Episcopus Pinscien.

Turoviae, 20 Iunij 1692.

(f. 371v) Die 28 Iulij 1692:

Scribatur Nuntio Apostolico pro informatione et praecipue quare a Domino Suo Auditore acta per Dominum Episcopum una cum appellatione non fuerint admissa. Scribaturque Emin.mo Radzieouschi, ut una cum eodem Domino Nuntio curet amicabiliter componi diferentias, quatenus possibile fiat, et interim nihil innovetur contra Episcopum.

O. Patriarcha Const., Secretarius.

## 62.

*Pinsk, 5. VII. 1692.*

*Episcopus Pinscensis M. Bilozor lamentatur de praeiudiciis sibi illatis in causa Pohostensi petitque provisionem, appellando ad Sedem Apostolicam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 514, fol. 286-287.

Emin.me et R.ndissime Princeps ac Domine, Domine,
Patrone et Protector Russiae Colendissime.[25]

Qua maiori afflictione primi potest Episcopus Pastor fideliter munera sua exercens, visitans ecclesiam et Parochiam propriae Dioecesis, inquirens derelicta, et procurans conservari inventa post intestatum, ut disponantur secundum praescripta Ecclesiae Universalis, et scandala ac insolentias removens in Parochia. Et ecce cum defertur ad Ill.mum Dominum Nuntium criminalissime accusatus, loco Pastoris visitantis Invasor, loco Inquirentis Violator, loco conservantis inventa post intestatum, Raptor et exhumator iudicatur, pronunciatur. Ille ego sum, Emin.me Domine, Episcopus Pinscen., accusatus taliter a Catharina, uxore Michaëlis Szemetylo, Parochi Pohostensis defuncti intestati et a filiis eiusdem, qui ut substantiam ecclesiae et Parochiae Pohostensis et derelicta post intestatum sibi solis appropriarent, imprimis ad protectionem Rev.dmi religiosi Michaëlis Pac, Equitis Melitensis, confugerunt, petendo ab eo protectionem et recommendationem ad Ill.mum Nuntium, pollicientes et

[25] Praefecto Congr. de Prop. Fide; cfr. notam 24.

magnum numerum pecuniarum, confingentes a principio quasi Episcopus accepissem ex Parochia multa centena millium, quae si invenissem utique, faterer ingenue me accepisse inventa. Et promotione impetrata apud praefatum Rev.dmum religiosum (f. 286v) Equitem Melitensem, ad Ill.mum Dominum Sanctocrucium, Nuntium Apostolicum, impetravit ex Nuntiatura, et Citationes contra me, Episcopum, uti violatorem, invasorem, raptorem et evectorem, et iam et exhumatorem, vel inquietatorem corporis defuncti Parochi intestati. Ipsemet Ill.mo Domino Nuntio exposui, quod uti Episcopus visitaverim, inquisiverim, invenerim, conservari inventa curaverim, ut disponantur secundum praescripta Ecclesiae. Iniquitatem accusantium exposui. Non fui auditus Episcopus, Decretum latum uti contra Invasorem etc., anno 1690, 18. Xbris, ut responderem ad processum criminalissimum, expresse contra Concilium Tridentinum, quod decrevit Sess. 24 de Reformatione, Capit. 5to, ne ullus audeat Episcopum citare ad Judicium quodvis, non nisi ad ipsam Sanctam Sedem Apostolicam et ne citetur alia citatione nisi ab ipsa Sancta Sede Apostolica, subscripta vel connotata haec expressa verba Concilii Tridentini. Huic Concilio Tridentino et aliis antiquioribus innixus, ego Episcopus excepi forum, protestatus sum, appellavi ad ipsam Sanctam Sedem Apostolicam. Inauditum enim hoc exemplum et iniuriosissimum esset statui Episcopi et Concilio Tridentino ac antiquioribus omnibus Conciliis. Stante hac Protestatione et Appellatione, iterum Ill.mus Dominus Nuntius mandat ut respondeam ad obiecta criminalissima, promittendo super hoc gravamine civiliter me iudicare, respondi et petii, ut stante criminali Processu non iudicer Episcopus. Iterum Decretum latum, iterum protestatum et appellatum. Stantibus Protestationibus et Appellationibus Decreta subsecuta varia in Nuntiatura, Commissiones iniunctae et executae inioriosissimo et impracticato modo in absentia mea, et sine denuntiatione convenienti, cum summo scandalo Catholicorum, Schismaticorum, plebis et gregis Uniti et conculcatione Iurisdictionis Episcopalis. Accessit insolentia Cleri, schismatico more contra Pastorem insurgens. Demum ex sex destinatis Commissariis duo tantum, infensissimi meae Personae, (f. 287) impares, quorum unus Parochus, alter Monachus Basilianus, Superior Zyrovicien. etc. appretiati instituerunt, formarunt et expediverunt Commissionem, non obstante mea Protestatione et ad Sanctam Sedem interposita Appellatione. Supplico proinde Vestrae Eminentiae, ut ex mente et mandato Sacrae Signaturae Iustitiae remittar ad Commissarios in Patria quos mihi elegi, ut appareat me innocenter ac pastoraliter egisse in hac Causa. Satis enim calamitate temporum huius Reipublicae exhausti sumus et Episcopalem honorem sustinere iam non possumus per pressuras Militum. Quod cum reverentissime Eminentiae Vestrae expono eiusque

gratiam et protectionem in hac Causa imploro, Sacram Purpuram devotissimo veneror osculo, maneoque

Eminentissimae et Reverendissimae Celsitudinis Vestrae humillimus Servus et Exorator perpetuus

Martianus Bialozor, Episcopus P. (mpr).

Datum Pinsci, die 5ta Iulii 1692.

## 63.

*Roma, 19. VII. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de responso ad puncta conditionum In. Wynnyckyj, in specie de Coadiutore.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 361v.

Em.mo e R.mo Signor mio Oss.mo.

Mi giunsero le benignissime lettere di V. Em.za concernenti l'affare di Mons. Malakowski, e le risposte date da Mons. Winnicki ai punti proposti da questa S. Congregatione di Propaganda Fide e fatto tutto haver da me a Mons. Cybo Segretario, perche per manus dei Signori Cardinali della Congregatione deputata si dovrà questa unire dentro la futura settimana, se altro impedimento non vi sarà. Il P. Vota, che si trova qui, come ben informato della materia, si è portato a parlare a Mons. Cybo, onde questa buona congiontura farà restar più accreditato quanto io ho rappresentato per facilitare la conclusione del negotio. Il punto solo della coadiutoria lascia in dubio la terminatione del negozio; e facendosi pure qualche riflessione sopra il cathechismo di Mons. Winnicki, stampato e venuto quà, dove si è bene esaminato, credo, che sarà necessario, che Mons. Winnicki faccia alcuna dichiaratione per meglio esplicare la sua intentione, in che dice il P. Vota, che non si troverà ripugnanza. Fatta la Congregatione, saprò io replicare ciò, che verrà risoluto.

Roma, 19 Luglio 1692.

## 64.

*Pinsk, 20. VII. 1692.*

*Appellatio Episcopi Pinscensis ad Summum Pontificem in causa Pohostensi et suis praeiudiciis.*

ASV, *Vescovi*, vol. 54, fol. 180-181r.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine D.ne Clementissime.[26]

Beatissimis Sanctitatis Vestrae pedibus advolutus Episcopus Pinscensis Ritus Graeci Unitorum, in gravissima afflictione et oppressione status et Iuris mei Episcopalis ad Paternam Protectionem et defensionem supplex confugio.

In Dioecesi mea, in villa dicta Pohost, mortuus est meus Parochus Michaël Szemetylo intestatus, cuius tota possessio erat glebae mansi duo et medius sine ullo subdito, et sine ullis proventibus. Post mortem eius vi officii mei visitavi eius Parochiam, derelicta inquisivi, inventa feci conservari, ut iuxta praescripta Ecclesiae Universalis disponantur et tamquam bona ecclesiastica ab Ecclesia non alienentur.

At ecce praefati Parochi intestati defuncti superstes uxor et filii eius saeculares, cupientes bona mobilia et immobilia Ecclesiae sibi appropriare, ut meam Iurisdict onem ad quam erant citati, propter tumultum factum contra Visitatorem et Presbyterum a me missum, concussum, excuterent, confugerunt ad Ill.mum Michaëlem Pac, Equitem Melitensem, Administratorem bonorum regalium, in quibus existit dicta Parochia. Hoc Promotore supranominati filii et uxor Parochi defuncti intestati citarunt me ad Ill.mum et R.mum Sancta Crucium, Nuntium Sanctitatis Suae, criminantes me esse simoniacum, violatorem, invasorem, raptorem supra centum millium florenorum, exhumatorem et inquietatorem corporis defuncti Parochi intestati. Ipsemet longo itinere, in gravissima senectute et infirmitate mea, adiens Ill.mum Nuntium, exposui quod Iure mei officii obligatus, uti Episcopus visitaverim, inquisiverim, invenerim aliqua et haec inventa conservari fecerim, ut secundum praescripta Ecclesiae disponantur. Dolorem meum et afflictionem, ob tot crimina et calumnias mihi impositas ab accusatoribus meo Iuri spirituali subjectis explicui, denique supplicavi, ut me liberum a suo (fol. 180v) Iudicio sineret frui privilegio Episcopis concesso, a Concilio Tridentino sess. 24: de Reformatione, cap. 5to, cuius tenor eiusmodi est: « Causae criminales graviores contra Episcopos, quae depositione aut privatione dignae sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur et terminentur. Quod si eiusmodi sit Causa, quae necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, a Beatissimo Papa eligendis. Haec vero Commissio et specialis sit, et manu ipsius SS.mi Pontificis signata, nec unquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant,

---

[26] Tandem causa s.d. Pohostensis ad Summum Pontificem pervenit; cfr. n. in nota 24. Tandem, ut videtur, soluta est per compositionem in loco; cfr. sub nr. 130, de dat. 22.3.1695.

quem statim ad Romanum Pontificem transmittant, reservata eidem Sanctissimo sententia definitiva ».

Hac allegatione Concilii Tridentini irritatus Auditor Ill.mi Nuntii, perrexit me criminaliter iudicare. Ego, Episcopus, innixus Privilegiis Concilii Tridentini et aliis antiquissimis, excepi forum; haec exceptio cum non admitteretur, appellavi Romam ad Suam Sanctitatem. Porro cum nec appellatio audiretur, protestatus sum contra gravamen. Interim stante hac exceptione Fori, Appellatione Romam et Protestatione, iussus sum respondere ad maxima crimina mihi obiecta, insuper comminatio facta etiam civiliter me iudicandum. Petii, ut stante Processu criminali, non iudicer Episcopus. Verum posthabitis meis repetitis appellationibus et protestationibus emanarunt varia Decreta in Nuntiatura contra me, Episcopum, Commissiones iniunctae et executioni datae, iniuriosissimo modo et impracticato, quia per personas inferiores meo Officio, videlicet per unum Parochum latinum, Canonicum titularem et per alium Graecum, Religiosum S. Basilii, Superiorem unius Monasterii, qui, meae Personae infensissimi adversarii, in absentia mea et sine convenienti denuntiatione, contemnentes nomine meo factam a Clero meo numeroso exceptionem Fori, Appellationem et Protestationem, instituerunt Commissionem, formarunt et expediverunt cum strepitu (fol. 181) magno scandaloso et manu armata cum minis compendum, catenarum, carcerum contra Clerum Pastori faventem, et libellum exemptionis porrigentem, protestantem et appellantem ad Sanctam Sedem Apostolicam. Ex tali modo peracta Commissione subsecutus est contemptus et conculcatio Iurisdictionis Episcopalis, insolentia Cleri, schismatico more contra Pastorem insurgentis, ingens scandalum Catholicorum, Schismaticorum et ipsius gregis mei Uniti.

Proinde iterum Beatissimis Sanctitatis Vestrae pedibus advolutus, humillime supplico Paternae eiusdem Sanctitatis Maiestati, dignetur iubere, ut ex mente et mandato Sacrae Signaturae Justitiae remittar ad Commissarios, quos mihi elegi, ut aequo eorum scrutinio et mea a culpa immunitas et legitimus meaeque Iurisdictioni Pastorali accomodatus appareat hac in causa Processus. Iam enim satis, calamitate temporum huius Reipublicae, et nimia militum licentia ac oppressione ita sumus exhausti, ut Episcopalem honorem aegre sustinere possumus. His reverentissime et suppliciter propositis, devotissimo Beatissimos Sanctitatis Vestrae pedes veneratus osculo, exoptatum a Clementissimo Ecclesiae Universalis Capite, afflictus et oppressus, imploro levamen, gratiam et solamen.

Me interim pedibus Sanctitatis Vestrae substernens et benedici a Sanctitate Vestra exorans scribor quod vixero

Beatissimae Sanctitatis Vestrae, Domini, D.ni mei Clementissimi humillimus servus ad pedes scabelum pedum.

Pinsci, die 20 Julii 1692.

Martianus Białozor, Ep.pus Pinscensis.

65.

*Pinsk, 20. VII. 1692.*

*Episcopus Pinscensis ad Cardinales P.F. in causa Pohostensi et in suis praeiudiciis et damnis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 514, fol. 290-291v.

Eminentissimi et R.ndmi Principes ac Domini,
Domini et Patroni Colendissimi.[27]

In gravissima afflictione et oppressione necdum audita status et Iuris Episcopalis, Episcopus Pinscensis, Ritus Graeci Unitorum, supplex recurro ad gratiam et protectionem Eminentiarum Vestrarum, Dominorum et Patronorum Russiae nostrae munificentissimorum. Cum enim Pastoralis Officii mei munera fideliter exercens, visitarem ecclesiam et Parochiam propriae Dioecesis, inquirerem derelicta, post quam meus Parochus Pohostensis Michaël Szemetylo intestatus de hac vita cessisset, et procurarem conservari inventa ac custodiri, ut disponerentur secundum praescripta Sanctae Universalis Ecclesiae, scandala etiam ac insolentias de Paroecia mea removerem, interea, ecce ipse deferor ad Ill.mum et Ren.dmum Dominum in Regno Poloniae Nuntium Apostolicum, criminalissime accusatus sum loco consecratoris Simoniacus, atque loco Pastoris visitantis Invasor, loco inquirentis relicta Violator, loco conservantis inventa post intestatum Raptor, Exhumator insuper et Inquietator corporis defuncti iudicor, pronuntior. Praefati siquidem Parochi defuncti superstes uxor et filii, cupientes Bona mobilia aeque ac immobilia ecclesiae sibi solis appropriare, imprimis confugerunt ad R.mum religiosum Michaëlem Pac, Equitem Melitensem, Administratorem Bonorum Regalium ad vitae tantum tempora, in quibus existit dicta Parochia; qui Administrator tantum est Rusticorum regalium ad vitae tantum tempora, et quam allegat in Nuntiatura Constitutionem non ipsi servit, sed Gubernatori Civitatis et Districtus Pinscensis. Hoc deinde Promotore, citarunt me ad Ill.mum et Rev.mum Dominum (f. 290v) Sancta Crucium, Nuntium

[27] Cfr. notam 24, et tandem nr. 130.

Apostolicum, criminantes me ut supra, praeterea confingentes, quasi ego Episcopus magnam pecuniarum summam, multa videlicet centena millia rapuerim ex illa Parochia, quae utique, ingenue fateor et fatebar coram Ill.mo Nuntio et eius Auditore, me invenisse et conservasse, sed in pauca admodum portione inventa, cuius tota possessio erat glebae mansi duo et medius, sine ullo subdito, et sine ullis proventibus. Ita traductus ipsemet longo itinere, in gravissima licet senectute et infirmitate mea, adiens Ill.mum Nuntium, exposui, quod jure mei Officii obligatus, uti Episcopus visitaverim, inquisiverim, invenerim aliqua, et haec inventa conservari et custodiri fecerim, ut secundum praescripta Ecclesiae disponantur; dolorem meum et afflictionem ob tot crimina, conficta, et calumnias mihi impositas ab Accusatoribus, meo Iuri Spirituali subiectis, explicui. Insuper supplicavi, ut me, liberum a suo Iudicio, sineret frui privilegio Episcopis concesso a Concilio Tridentino, quod Sess. 24, de Reformatione, Cap. 5to, sic decrevit: Causae criminales graviores contra Episcopos, quae depositione aut privatione dignae sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur et terminentur. Quod si eiusmodi sit Causa, quae necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, a Beatissimo Papa eligendis. Haec vero Commissio et specialis sit, et manu ipsius Ss.mi Pontificis signata, nec unquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant, reservata eidem Sanctissimo sententia definitiva. Hac allegatione Concilii Tridentini irritatus Auditor Ill.mi Nuntii, perrexit me criminaliter iudicare. Ego, Episcopus, innixus Privilegiis dicti Concilii et aliis antiquissimis, excepi forum; haec Exceptio cum non admitteretur, appellavi Romam ad Sanctissimum. Porro cum nec Appellatio audiretur, protestatus sum contra gravamen (f. 291). Interim stante hac exceptione Fori, Appellatione Romam et Protestatione, iussus sum respondere ad maxima crimina mihi obiecta, insuper comminatio facta etiam civiliter me iudicandum. Petii, ut stante Processu criminali, non iudicer Episcopus, vel si essem iudicandus, prima Instantia fieret apud meum Metropolitanum Russiae. Verum posthabitis meis repetitis appellationibus, et protestationibus emanarunt varia Decreta in Nuntiatura contra me, Episcopum, Commissiones iniunctae, et executioni datae, iniuriosissimo et impracticato modo, quia per personas inferiores meo Officio, videlicet per unum Parochum latinum, Canonicum titularem, et per alium Graecum, Religiosum S. Basilii, Superiorem unius Monasterii, qui, meae Personae infensissimi adversarii, in absentia mea et sine convenienti denuntiatione, contemnentes meo nomine a Clero Dioecesis meae factam exceptionem Fori, appellationem, et protestationem instituerunt Commissionem cum

armatis viris R.ndi Equitis Melitensis Pac, formarunt, et expediverunt, cum strepitu, scandalosissimo modo, cum minis compedum, catenarum, carcerum contra Clerum Pastori faventem, et libellum exemptionis porrigentem, protestantem et appellantem ad Sanctam Sedem Apostolicam. Ex tali modo peracta Commissione subsecutus est contemptus et conculcatio Iurisdictionis Episcopalis, insolentia Cleri, schismatico more contra Pastorem insurgentis, ingens scandalum Catholicorum, Schismaticorum et ipsius gregis mei Uniti. Et fremitus ingens contra Commissarios insurgentes, quia excommunicabant Clerum et Nobilitatem huius Districtus per ecclesias, cum sono campanarum et extinctione candelarum, quia non testabantur contra Episcopum. Testes congregabant et admittebant infensissimos Personae Episcopali, a quibus Bona Ecclesiae defendi, vel quia animadverti scandala et insolentias. Qui vero testes pro veritate et Episcopo testabantur, confundebant contumeliose et non connotabant (f. 291v). Et quisque rapitur in admirationem, quod tales contemptus Episcopus sustineam per Ill.mam Nuntiaturam, cum secundum praescripta Conciliorum et Summorum Pontificum visitaverim, inquisiverim, inventa conservari ac custodiri curaverim, quae demum Emmissarii Ren.dmi Equitis Pac cum Parochia et Bonis Ecclesiae diripuerunt, quae omnia et detuli Ill.mae Nuntiaturae.

Supplico proinde Eminentiis Vestris, Patronis et Protectoribus Russiae munificentissimis, id mihi efficere dignentur, ut ex mente et mandato Sanctae Sedis Apostolicae vel, si aliter fieri nequit, Sacrae Signaturae Iustitiae, remittar ad Commissarios, quos mihi elegi, unde appareat me innocenter, ac pastoralis officii mei compulsum obligatione, iuste processisse in praedicta Causa. Satis enim calamitate temporum huius Reipublicae exhausti sumus, et iam aegre Episcopalem honorem sustinere possumus propter pressuras militum. Quod cum reverentissime Eminentijs Vestris expono eorundemque gratiam et Protectionem in hac mea Causa imploro, Sacram Purpuram devotissimo veneror osculo maneoque

Eminentiarum Vestrarum, Dominorum, Dominorum meorum Clementissimorum humillimus, obligatissimus et devotissimus Servus et Exorator

Martianus Bialozor, Episcopus Pinscensis.

Pinsci, die 20 Iulii, anno 1692.

## 66.

*Romae, 22. VII. 1692.*

*Summarium provisionum de conditionibus Episcopi In. Wynnyckyj, et de translatione J. Malachovskyj Chelmam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 390rv.

Circa Puncta a Sacra Congregatione de Propaganda Fide Domino Episcopo Winnicki trasmissa, et ab eodem humiliter acceptata; Sacra eadem Congregatio statuit sub die 22 Julij 1692:

Ad Primum. — Acceptetur exhibitio Domini Winnicki subijciendi se Metropolitae, eique assistendi cum publice celebrabit in Comitijs Generalibus; et si aliud occurrerit, providebitur.

Ad 2m. — Laudandus, et approbandus; dummodo semper de praesenti, et in posterum eligat Officiales, Vicarios etc. Unitos indubitatos.

Ad 3m. — Laudandus, et approbatur.

Ad 4m. — Ut supra.

Ad 5m. — Duo Alumni admittantur, et recipiantur in hoc Collegio Urbano.

Decretum Sac. Congregationis super translatione Domini Malachowski ad Ecclesiam Chelmensem et consolidationis totius Dioecesis Praemisliensis Domino Winnicki.

Supplicandum S.mo pro translatione D. Episcopi Malachowski Graeci Uniti ab Ecclesia Praemisliensi ad Ecclesiam Chelmensem; qua sequuta, locum esse consolidationi (f. 390v) totius Regiminis Dioecesis Praemisliensis ad favorem D. Innocentij Episcopi Winnicki, pariter Graeci Uniti, iuxta Decretum huius Sacrae Congregationis, die 22 Maij 1681 emanatum. In audientia habita die 30 Julij.[28]

## 67.

*Romae, 22. VII. 1692.*

*Decretum Congregationis de Prop. Fide in causa Peremysliensi, transferendo J. Malachovskyj Chelmam et consolidando In. Wynnyckyj Peremysliae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 389.

Decretum Congregationis particularis de Propaganda Fide, habitae super rebus Ruthenorum, die 22 Iulij 1692.[29]

Eminentissimi Patres, super translatione Domini Malakouski ad Ecclesiam Chelmensem, et consolidatione totius Dioecesis Praemisliensis Domino Winicki, decreverunt, supplicandum esse SS.mo pro translatione Domini Episcopi Malakouski Graeci Uniti ab Ecclesia Premisliensi, ad

---

[28] Cfr. infra nr. 67.

[29] Cfr. quae habentur de hoc negotio in *Actis* et *Litteris* S.C. de Prop. Fide, vol. II, Romae 1954, 1955.

Ecclesiam Chelmensem, qua sequuta, locum esse consolidationi totius Regiminis Dioecesis Praemisliensis ad favorem D. Innocentij Episcopi Winicki, pariter Graeci Uniti, iuxta Decretum huius Sacrae Congregationis, die 22 Maij 1681 emanatum.

Quibus relatis per R.P.D. Odoardum Cybo, Patriarcham Constantinopolitanum, SS.mo Domino Nostro, omnia Sanctitas Sua benigne approbavit in Audientia habita die 30 Iulij 1692.

O. Patriarcha Constant., Secretarius.

## 68.

*Jaszovia, 2. VIII. 1692.*

*Episcopus Agriensis G. Fenesy forsan Nuntio Viennensi, de variis negotiis Ecclesiae Unitae, de immunitate et Alumnis.*

ARCHIV. EP. UŽHOROD., *Agriensia*, num. 14 (orig.).
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 265, pag. 344.

Rev.me et Ill.me D.ne, frater in Christo Obser.me.

Quamvis jam ante hebdomadas 2, Em. D. Cardinali[30] scriptotenus repraesentaverim ad propagandam et stabiliendam Unionem inter alia 2 puncta vel maxime suffragari posse, utpote scholarum vel Seminarii alicujus erectionem et immunitatis eccl.ticae sacerdotibus Gr. R. unitis impertiendam facultatem; nihilominus occasionem sumens ex datis Rev.mae D.nationis V. ad me recenter eorumque acclusis, die hesterna, literas Em. Cardinali sonantes una cum memoriali caesareo annectens, reiteravi eandem instantiam et simul opinionem meam et aperui hac eadem fide, mediante certo projecto, cujus par Rev.mae D.nationi V. transmitto, quae de modalitate immunitatis eccl.ticae, qua deinceps Gr. R. uniti gaudere deberent, benev. Suae M.tatis SS. mandato expresse inseri posse viderentur. Apparebit intra breve tempus, qualem spem vel successum habere possunt hisce conatus nostri. Ego certe majoris Dei gloriae intuitu et animarum illarum studio quidquid facere potero, non recusabo laborem. Scriptum P. Petronii necdum reperi, si tamen pervenerit ad manus, transmittam id Rev.mae et Ill. D.ni V., cui prosperos in apostolicis conatibus successus ac felicem longaevamque vitam exoptans maneo

Jaszoviae, 2 Aug. 1692.

...servus et frater in Christo oblig.mus

Georgius Fenesy, Epp. Agriensis.

---

[30] Ut videtur, Cardinali Leopoldo de Kollonitz: Archiep. Colocen., dein Primas Hungariae seu Strigonien. (1695), Cardinalis ab an. 1686; obiit die 20 Ianuarii 1707.

69.

*Varsavia, 13. VIII. 1692.*

*Card. Radziejowski Cardinali Carolo Barberini de causa Peremysliensi ad finem perducenda* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 183v.

Havendo tante volte rappresentato all'Em.za V. di quant'importanza sia il non esacerbare l'animo di Mons. Vinnicki, con tenerlo in tante difficoltà circa il possesso intiero di quel Vescovato di Premislia, aggiungo anco al presente che, quando viene trovato disposto a dar tutte le possibili sodisfationi ricercate dalla Sacra Congregatione, non ho dubbio che la medesima sia per rissolvere in suo favore, e non posso non approvare che la medesima cerchi le dovute precautioni.

Varsavia, 13 Agosto 1692.

70.

*Roma, 16. VIII. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de J. Malachovkyj et In. Wynnyckyj.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 377v-378r.

Em.mo e R.mo Signor mio Oss.mo.

Doppo che Mons. Winnicki mi mandò le sue repliche ai punti, che la S. Congregatione di Propaganda Fide gl'inviò, acciò havesse sopra di essi dichiarata la sua volontà, e che V. Em.za si compiacque parimente rimettermene un duplicato, ambedue firmati di propria mano di esso, io li esibii originalmente alla medesima S. Congregatione, e da quella maturamente esaminati, e riconosciuti finalmente ho havuto la somma consolatione, che la medesima habbia ricevute con approvatione e con lode le risposte del suddetto Vescovo in tutte quelle parti, ch'egli si dichiara pronto all'ubbidienza, et all'adempimento di tutto ciò che gli viene prescritto, come V. Em.za riconoscerà dall'annesso foglio, che contiene puntualmente e specialmente la risolutione presasi, con il decreto susseguentemente approvato dalla Santità di Nostro Signore, della translatione di Mons. Malakowski alla Chiesa di Chelma, e ciò seguito, della consolidatione appresso di tutta la Diocesi di Premislia al prefato Mons. Winnicki, il quale dovrà però corregere prima alcuni errori riconosciuti nel Catechismo da lui composto, e che quà ricevutosi, si è esaminato.

Spero, che il P. Vota al suo ritorno sia per portar seco (fol. 378r) le spedizioni, e ricapiti necessarii per l'adimpimento della risolutione, della quale ne ragguaglio succintamente la Maestà del Re, in adempimento delle mie riverentissime obligationi; e non lascio di darne notizia a Mons. Winnicki stesso con l'annessa che supplico Vostra Em.za farle giungere, quando lo stima opportuno, restando io in fine con baciare all'Em.za Vostra humilmente le mani.

Roma, 16 Agosto 1692.

## 71.

*Romae, 16. VIII. 1692.*

*Card. C. Barberini Ep.po Joanni Malachovskyj de satisfactione in causa Peremysliensi et de translatione Chelmam.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 379rv.

Ill.me et R.me Domine.

Cum D.nus Winnicki satisfecerit S. Congregationi de Propaganda Fide monstraveritque promptam obedientiam suam ad executionem mandandum ea puncta, quae illi ab eadem partecipata fuere, (fol. 379v) stabilitum est, ut facta ab eodem nonnulla correctione, ab eadem Congregatione existimata necessaria, cathechismi a se compositi, locus dandus sit, ut gaudeat regimine totius Dioeceseos, et hac ratione D.tio Vestra Ill.ma transferetur ad Ecclesiam Chelmensem, uti audiet ex adnexo hisce Decreto ab eadem S. Congregatione confecto, et a Sanctitate Sua approbato. Sollicitabitur interea expeditio, ut P. Vota possit illam in redditu secum ferre. Memor interea sit D.tio V. Ill.ma mei sibi inserviendi desiderii, uti hac occasione facere nisus sum sibique ex animo me exhibeo, etc.

Romae, 16 Augusti 1692

## 72.

*Roma, 16. VIII. 1692.*

*Card. C. Barberini Ep.po I. Wynnyckyj de executione conditionum acceptarum et de translatione J. Malachovskyj Chelmam.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 379v-380r.

Ill.me et R.me Domine.

Retuli S. Congregationi de Propaganda Fide D.nis V. Ill.mae responsum ad ea, quae ego ad se puncta miseram, comitatus dicta mea iis offi-

ciis, quae epistolae suae exigebant expressiones, confirmando per obedientiam stabilem suam pro istius Dioeceseos bono voluntatem. Res tota post hac relata est Summo Pontifici, necnon exhibitum Decretum translationis D.ni Malakowski ad Ecclesiam Chelmensem. Cumque a Sanctitate Sua approbatum sit, procurabitur espeditio, locum suum habitura postquam a D.ne V. Ill.ma correcti fuerint nonnulli defectus in Catechismo a se composito, et hic exacte examinato, observati, ut praescribetur in folio a P. Vota suo in reditu adferendo. Non dubito quin D.tio V. Ill.ma hic quoque commonstratura sit promptitudinem suam in eis, quae Congregatio desiderat, exequendis, uti videbit in folio hisce adnexo continente, quae captae sunt resolutiones, quae, ut adimpleantur, P. Vota, uti spero, secum feret expeditionem ceteraque necessaria, ut sub regimine spirituali D.nis V. Ill.mae Unio integram consequatur executionem. Haec replicanda habeo litteris Ill.mae D.nis V., 20 Maii elapsi ad me datis, quibus idcirco (fol. 380r) respondere distuli, ut sensus S. Congregationis ediscerem memineritque me sibi inserviendi desiderio usque teneri meque sibi ex animo exhibeo, etc.

Romae, 16 Augusti 1692.

## 73.

*Roma, 16. VIII. 1692.*

*Card. C. Barberini Ioanni III regi Poloniae de Eparchia Peremysliensi In. Wynnyckyj commissa, de translatione J. Malachovskyj Chelmam et de meritis et laudibus Regis in causa Unionis.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 380rv.

Sua Regia Maiestas.

Dignata fuit Maiestas V. iubere, ut toto pectore, totisque viribus in id incumberem, quatenus tota Dioecesis Premisliensis, Graecorum unitorum, D.ni Winnicki regimini subderetur, atque D.nus Malakowski Ecclesiam Helmensem, qua Maiestas V. eum honoraverat, obtineret. Iussis itaque Maiestatis Vestrae obsecutus, partes meas, quantum quidem poteram, tum apud Summum Pontificem, tum apud Congregationem de Propaganda Fide adimplevi. Ab hac in folio expositum fuit id, quod a D.no Winnicki declarandum erat, ut expeditae gratiae capax redderetur, ut nonnullis abhinc mensibus honorem mihi tribui Maiestatem Vestram fusius faciendi certiorem per litteras ad manus D.ni Cardinalis Radzieiowski directas. Cum vero dictus D.nus Winnicki ad praefata puncta responderit atque suam ad exequenda S. Congregationis iussa promptitudinem com-

monstraverit, ego, quae mihi notificaverat, eidem S. Congregationi retuli; resque tam feliciter gesta est, ut relatum inde sit decretum, a Sanctitate Sua approbatum, quod hisce adnexum ad Maiestatem Vestram transmittere licitum mihi facio. Curabo nunc, ut expeditio quantocius fiat, quam, ut spero, P. Vota secum in reditu feret. Patris huius in Urbem adventum necessarium iudicavi, ut in S. Congregatione ultima manus negotio imponeretur. Ipse enim cognitione et personali, ut ita dicam, totius rei notitia calorem addere, et accelerare poterat eorum, quae optantur consecutionem; quod quidem omnia summa efficacia et fervore executus est, admissus, et auditus in ipsamet S. Congregatione. Haec porro quot quantisque encomiis Maiestatem Vestram cumulaverit, (fol. 380v) pietatemque commendaverit, ob promotas per Unionem Graecorum Catholicae Religionis rationes, ipso sane narrando mihimet ipsi satisfacere ne utiquam possum. P. Vota viva voce referre poterit eadem, quas audiit expressiones, laudes, gloriamque infinito Maiestatis Vestrae zelo attributas, dignasque habitas, quae aeternam memoriam gratitudinemque commereantur ob eorum omnium, quae in felicissimo Regni sui cursu contigerunt, laudatissimum, et maxime eximium gestum, et magnae mentis Maiestatis Vestrae splendidissimum ornamentum; cui humillimam facio reverentiam, etc.

Romae, 16 Augusti 1692.

## 74.

*Vienna, 22. VIII. 1692.*

*Cardinalis L. Kollonitz de fundatione et proventibus Mukačoviensibus in favorem episcopi De Camillis.*

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 266, pag. 344.

Egr. Samueli Krasznay, provisori Munkacsiensi eiusdemque in officio provisoratus successoribus praesentibus committitur et mandatur, quatenus fundationem antiquam Theodori quondam Kiriatovics, ducis Munkacsiensis, erga monasterium s. Nicolai ep.pi Gr. R. factam omnimode effectuare continentiisque donationis ejusdem satisfacere, signanter autem contentos in eadem donatione 100 fl.nos longos i.e. Rhenenses, 100 lapides salis, 4 vasa vini, 20 cubulos tritici annuatim Ill.mo et Rev.mo D. Jo. Jos. De Camillis, Ep.po Munkacsiensi ejusdemque successoribus ep.pis vi hujus commissionis meae originaliter prae manibus dicti D. Ep.pi relicta, copialiter vero sub sigillo et chirographo ejusdem D. Ep.pi (pro moderanda officialium ratione) moderno et subsequentibus provisoribus communicata semper exsolvere et tergiversatione sine ulla quotannis




EPISCOPUS LEOPOLIENSIS: JOSEPHUS SZUMLANSKYJ
(1677-1708)

extradere et possesionem Oroszvégh ad praestandos quotannis eidem D. Ep.po 7 porcos compellere noverint. Quod ipsum authoritate nostra curatoria iisdem officialibus non secus facere injungimus.

Datum Viennae Austriae, die 22 Aug., a. D. 1692.

Leopoldus card. a Colonics, mp.

75.

*ante 23. VIII. 1692.*

*Ep. Munkačoviensis J. De Camillis Imperatori Austriae de decimis, de comitatu Maramorosiensi conservando, de privilegiis et praerogativis Cleri aliisque.*

Archiv. Primat. Hungariae, *Strigonia*, nr. 2116/12 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 267, pag. 345.

S.C. R.que Mat.tas, D.D. Clem.me.

J. Jos. De Camillis, Ep.pus Sebastiensis et Munkacziensis, Vicarius Apostolicus in Hung., humilis orator V. SS. Mat.tis, cum debita reverentia exponit, qualiter a primo anno sui in Hung. adventus resciens, quod praedicantes calvinistae in cot.tu Ugocziensi exigebant decimas a quibusdam Ruthenis, procuravit pro se habere et de facto obtinuit, favente illo supr. comite totoque illo cot.tu et decimas a suis Ruthenis dioecesanis pacifice collegit usque ad proxime elapsum annum. Ut autem haec res sit firmior et pro futuris temporibus, rogat V. Ser. tis approbationem, imo et licentiam, ut, si reperirentur in illo i. regno alii Rutheni, Rasciani et Valachi R. Gr., qui decimas eccl.ticas alienis pastoribus solvant, possit illas pro se trahere tamquam illorum legitimus pastor, cum nullam habeat ep.patus eius fundationem, licet sub eius cura sit plus quam unus millio animarum.

Praeterea supplicat hum.me idem orator V. SS. Mat.ti, quatenus dignetur non permittere, ut cot.tus Marmatiae a sua jurisdictione spirituali avellatur; ille enim cot.tus ab antiquis temporibus usque ad haec postrema recognoscebat pro suo legitimo pastore ep.pum Munkacziensem, licet non missum a Sede Apostolica et authoritate imperiali, multo ergo magis debet recognoscere oratorem a Summo Pontifice et V. SS. Mat.te missum, cum praesertim Marmatia sit pars Hung. adeoque ad V. Mat.tem, uti haereditarium regem, jure patronatus spectat collatio ep.patus. Et licet de facto cot.tus ille sit sub dominio Tran.nico, cum tamen Tran.nia principem non habeat et sit jam per arma gloriose ac juste recuperata, non tantum collatio ep.patus Marmatiae, verum et omnium ep.patuum,

qui in ipsa Tran.nia reperiuntur, ad V. Mat.tem de jure spectabit. Additur, quod cum ep.pi non se imisceant in negotiis temporalibus status, sed tantum ad ea, quae spiritualia sunt, attendant, quando V. Mat.tas dignabitur deputare in illis regionibus ep.pos bonos et saluti aeternae innumerabilium animarum consulet et sibi fideliores populos reddet et nullum praejudicium faciet D.nis ter.ribus, ex quo conqueri possint. Dignetur ergo imperare, ut orator in supradicto cot.tu Marmatiae suam curam pastoralem exercere valeat sine impedimento illorum officialium.

Tandem instantissime rogat orator Mat.tem SS., quatenus dignetur ostendere et in sua dioecesi Munkacziana summam illam pietatem ac religiositatem, quam toti mundo patefacit, declarando sacerdotes Ruthenos neounitos cum S.R.E. liberos et solum dependentes a proprio ep.po, prout ubique sunt sacerdotes Lat. Ritus et quae eccl.tica sunt, ipsi contribuant, omnibusque illis privilegiis ac praerogativis fruantur, quibus frui solent in illo Regno alii Sacerdotes latini, qua sacerdotes, sic et in Curia Rom. jam pridem declaratum est et in toto Regno Polon. observatur. Nimis enim indecorum est Eccl.ae Dei et valde impeditivum conversionis populorum videre plurimos sacerdotes sub ditione V. SS. Mat.tis summo contemptui positos et coactos a D.nis ter.ribus, tum haereticis tum catholicis, tum et a ministris V. Mat.tis in aliquibus bonis cameralibus subire omnia gravamina realia et personalia, quibus quilibet simplex rusticus subditus in illo Regno subjicitur. Verum quidem est, quod sacerdotes illi sunt nimis rudes, ac hoc provenit ex eo, quod nullus hucusque curam habuit populos instruere ac erudire in scholis et Seminariis, prout alibi fit, propter quod innumeri ad haereses misere prolapsi sunt et alii prolabentur in posterum, si pietas christiana non providebit. Quomodocunque tamen sit, vere propter ss. ordines sunt Dei ministri, altari serviunt, Sacramenta ministrant, adeoque honorandi. Haec orator exposuit pro satisfactione obligationis annexae muneri suo pastorali et sperat gratiosum responsum a V. SS. Mat.te, quam Deus etc.

V. Mat.tis SS. hum.mus, oblig.mus Serv. et Orator idem, qui supra
Jo. Jos. De Camillis, Ep.pus Seb. et Munkacs.

## 76.

*Jaroslavia, 4. IX. 1692.*

*Ep. Peremysliensis gratias agit Card. C. Barberini de favoribus et gratiis sibi et Clero procuratis in necessitatibus et oppressionibus.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 47rv.

Eminentissime ac Reverendissime Princeps, Domine, Domine Patrone et Protector Colendissime.

Ampliora haud poteram ab ineffabili Divina bonitate expectare beneficia, quam ea, quibus indignus in vinea Sua operarius satis contentus, nil plus ultra cupio: Quid enim mihi est in coelis et a Domino quid volui super terram, cum non solum meam propriam, et eorum, quos meae commisit curae, salutem, quam S. Matri Ecclesiae Romanae concrediderit, verum et Eminentissimam Celsitudinem Vestram singularissimum providerit Protectorem? Cuius plus quam Paterna sollicitudo eo magis mihi ex literis Religiosissimi Patris Votta de data Romae 26 Iulii innotuit, eo maiori studio gratissimum pectus ad Divinam ferri Majestatem obligavit: quatenus hoc totum, quidquid authoritas Eminentiae Vestrae in coadunanda Iurisdictione, tum in acceptandis circa Coadiutorem considerationibus apud S. Congregationem operari dignata est, omni penset benedictione, et incolumen Eminentissimam Celsitudinem Vestram, in emolumentum Ecclesiae, tum in validissimum Cleri mei ab ulteriori Magnatum oppressione (fol. 74v) (tantam enim vim patitur, cum non respectum, sed indignationem potius cum summo vicinorum Schismaticorum opprobrio in oculis latinorum Dominorum maiorem invenit, me illum a servili opere eximi procurante, ut nisi activitas, et protectio Eminentissimae Celsitudinis Vestrae aliquod hac in parte subsidium suppeditet, huic aggravationi subsistere non possit) praesidium, quam diutissime conservet, meam autem devinctissimam submissionem ad ulteriora tantae gratiae incrementa percipienda reddat habilem, quam ego immutabili illique Paterno respectui Eminentiae Vestrae humillime recommendans Sacrae Purpurae fimbriam, ea qua par est veneratione, exosculor,

Eminentissimae Celsitudinis Vestrae, Domini et Protectoris mei Clementissimi indignus ad Aras exorator et humillimus servus

Innocentius Winnicki, E.pus Prem., San. et Samb. unitus (m.p.).

Jaroslaviae, die 4 Septembris 1692.

## 77.

*Roma, 6. IX. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de causa Peremysliensi* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 389rv.

Mons. Winnicki restò già aggiustato, e nel ritorno, che farà costà (fol. 389v) il P. Vota, potrà ultimarsi quel interesse, dichiarando egli alcuni punti del suo catechismo.

## 78.

*Roma, 13. IX. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de soluta causa Peremysliensi* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 392v.

Per Mons. Winnicki dovrà il P. Vota portar la spedizione aggiustata, che dovrà havere esecutione, quando dal medesimo si adempia ciò, che resta per la sua parte da operare; onde sopra questo negotio crederei non dovesse incontrarsi altro impedimento che gli ritardasse l'intiera sodisfatione.

## 79.

*Roma, 13. IX. 1692.*

*Excellentissimus Secretarius P.F. transmittit Card. Praefecto scripturas pro congregatione particulari Ruthenorum et ut ulterius transmittantur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 29, fol. 652.

Emin.mo e Rev.mo Signore, Padrone Col.mo.

Facendo istanza il Re di Polonia, che Nostro Signore conferisca la Chiesa vacante di Chelma a Monsignor Malacouski, Vescovo Unito di Premislia, con oggetto di far cadere tutto questo Vescovato sotto la giurisdictione di Monsignor Winicki, ho giudicato necessario di fare l'annesso ristretto di tutte le scritture venute in tal materia; gl'originali delle quali trasmetto a V. Eminenza acciò che si compiaccia, dopo veduti, di farli passare per manus degl'altri Signori Cardinali, deputati per la Congregazione particolare de Rutheni, che sono Barberino, Casanate, e Denoff, alli quali si è già trasmesso il Sommario, con supplicarli d'intervenire Lunedì prossimo, ricercando questa sollecitudine l'importanza della materia. E qui a V. Eminenza, colla rassegnatione del mio dovuto ossequio, facio profondissimo inchino.

Dalla Propaganda, questo dì 13 Settembre 1692.

Di V. Eminenza humil.mo e dev.mo Servitore oblig.mo

O. Patriarcha di Constantinop.

## 80.

*Radziewice, 17. IX. 1692.*

*Card. Radziejowski Cardinali Carolo Barberini gratias agit pro decreto de episcopis Ruthenis et de solutione causae Peremysliensis.*

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 197rv.

Em.mo e R.mo Signor mio Osservandissimo.

Ho ricevuto con mio infinito giubilo l'ordinario passato il benignissimo foglio di V. Em.za, asieme col Decreto promulgato dalla Sacra Congregatione de Propaganda fide in favore de Vescovi Rutheni, che le è piaciuto di benignamente inviarmi, come pure la lettera per Mons. Vinnicki, la quale ho l'istesso giorno della posta spedito per espresso in Russia, perche tanto più presto possano li Vescovi sudetti rissentire la consolatione, che loro ha prodotto l'alto e potente patrocinio di V. Em.za, come non dubito che saranno ambi per darle li più distinti segni delle loro particolari obligationi. E per quello riguardo la corretione del Cathechismo che si ricerca, non è da dubitare che Mons. Vinnicki non sia per ubbidire con tutta summissione non solo in questo punto, ma in ogn'altro che gli fosse prescritto; sperando che col progresso del tempo sia per riconoscere la Sacra Congregatione il beneficio et il vantaggio che ella haveva apportato alla Chiesa di Dio con la favorevole definitione di quest'affare.

Io poi vengo a rendere all'Em.za V. le più humili e divote gratie, per la bontà ch'ha havuto dar credito alle mie riverentissime insinuationi, supplicandola a non mi negar l'honore che imploro de suoi stimatissimi commandamenti, afine che con una esatta ubbidienza possa a... l'Em.za V. dell'obligo che le professo, e della rassegnatione costante con cui le bacio in fine humilissimamente le mani.

Di Vostra Em.za humilissimo e devotissimo Servo obligatissimo

M. Card. Radzieiowski

Radziewice, 17 Settembre 1692.

## 81.

*Straszewice, 30. IX. 1692.*

*Ep. Peremysliensis In. Wynnyckyj Cardinali C. Barberini de expletis conditionibus sibi impositis, de Catechismo, de oppressione sui Cleri, de suis difficultattibus, de dispensatione a bigamia, et de alumnatibus.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 45rv-46r.

Eminentissime ac Excellentissime Domine, Domine, Patrone et Benefactor Amplissime.

Non mea in regendo Christi ovili imbecillitas, sed ipse ordo coadinationem iurisdictionis in eo Episcopatu desideravit, nam stante iurisdictionis divisione multum difficilis excessuum fuit correctio, ut potius in praecedentibus non dubito, quia ipsa Sacra Regia Maiestas, quaenam inde promanabant inconvenientiae Sacrae Congregationi exposuerit. Quod cum auspiciis authoritatis et patronatus Emin.mae D.nis Vestrae est sublatum,

et iurisdictio in suo stetit cardine, Divino gloriam nomini, Emin.mae D.ni longissimos annos et copiosam a Domino mercedem exoptando, me et eos, quos mihi dedit Dominus, tuo patronatui, respectui et paterno favori submitto et sub umbram sacrae tuae purpurae proicio. Ego vero ut anteriora Sacrae Congregationis Dominorum meorum clementissimorum sancita, eo quo salutem dicit aeternam, excepi animo, ita et residua requisita per Emin.mum Dominum Cardinalem Polonum ad me transmissa venerabundo amplector vultu, praesertim defectuum in Cathechesi correctionem admitto libenter, hoc tantummodo implicat negotium, quod in mea Dioecesi deest typus, in Leopoliensi quidem extant duo, sed per odium mei et actionum mearum sunt inaccessibiles, nam et ista libelli impressio non ex mea in fide debilitate, sed de consulto, ut facilius admitteretur et ne repentina in me ora et odia vibrarentur. Nunc defectuosa juxta Florentinam in Sacra Congregatione est iudicata, quod ut est corrig bile, ita ego meam obedientiam et promptitudinem voveo. In caeteris maiorem ex reditu Reverendi Patris Vottae prospicio informationem (fol. 45v).

Interim cleri mei sub ponderibus gemitus respectui et miserationi Sacrae Congregationis per authoritatem Emin.mae D.nis Vestrae velim insinuari, quia Nobilitas praesertim Ritus latini de oneribus, quae per despectum forte schismatis in bona ecclesiastica ingenuerunt, ne quidquam respectu Unionis velint remittere, imo sunt plurimi, qui impie et impudenter publice in conventiculis loquuntur, sunt sacerdotes, ut antea fuerunt, modo subeant onera. Qua in re auxilium et promotionem S. Congregationis ad Generalia Comitia futura implorantur, alias cura mea et continua cum exanilatione virium solicitudo vix quidpiam in duris operabitur cordibus, nisi timor censurarum Ecclesiae.

Meas quoque difficultates (sed vereor ne pluribus molestus) protectioni et promotioni Emin.mae Vestrae Dominationi humilliter recommendo, quae me inde vel maxime circumveniunt, quod de Episcopatu Leopoliensi per ecclesias et paretias adiacentes retia et hami contrariae escae ponuntur, meae institutiones et ordinationes convelluntur et zizania seminantur. Et si inimicus meus haec fecisset mihi, sustinuissem utique, ille vero homo unanimis, imo dux meus et notus meus, qui adhuc in statu saeculari existens, dulces cibos capiebat, in domo Dei... visus est ambulare, et hoc intuitu adeptus est episcopatum, at modo astus in habitaculis eorum. Haec ego altissimo iudicio et zelo in Ecclesia Emin.mae Dom.nis Vestrae recommendo (fol. 46r).

Alterum est, quod benevolentiam et interpositionem Sacrae Congregationis et Emin.tiae Vestrae ad Sanctissimum Dominum nostrum desideramus, videlicet ut dispensatio super irregularitatem ex bigamia

promanantem pro personis saecularibus ad ordines aspirantibus, tum in gradum presbiteratus ab antecessoribus meis promotis officio meo comendentur, cuique haec est necessitas, quod quaedam subiecta tam in statu saeculari quam in spirituali curae animarum et promovendae Unionis capacia inveniantur, ex quibus in his primordiis possim habere ad meos labores subsidium et auxilium. Cuius liberalitatis et indulgentiarum exempla invenio circa professionem Unionis antecessorum meorum.

Tertium, alumnorum intuitu aliorum episcopatum unitorum plures expectavimus quam duos; quamvis interea etiam eam munificentiam Sanctae Sedis Apostolicae et Sacrae Congregationis gratissimo excipimus animo, verum in post, ubi qualificata ingenia ex libero ad studia aditu in iuventute Polona ad commodum Ecclesiae et promovendam Unionem reperiantur, supplico plures ad quascunque etiam in aliis locis fundationes admitti. Quae omnia in sinu paterni favoris et patronatus Eminentissimae Dominationis Vestrae ponendo, meam in omnibus iterum atque iterum promptitudinem reccomendo et me profiteor,

Eminentissimae, Excellentissimae ac Illustrissimae D.nis Vestrae indignum exoratorem et humillimum servum,

Innocentius Winnicki, Ep.pus Prem. San. et Samb. unitus

Datum Straszewice, die 30 Septembris 1692.

## 82.

*Lovicz, 7. X. 1692.*

*Card. Radziejowski card. Barberini, de decreto S. Congr. de Prop. Fide super negotio Ep. Wynnyckyj.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 202v.
MUH, vol. IV, pag. 209, nr. 122.

...Mandai, come già scrissi all'Eminenza Vostra, a Mons. Vinnicki le lettere con il decreto della Sacra Congregatione, e ne ho di già anco ottenuto risposta con sentimenti i più vivi e sinceri d'obligatione e d'ossequio verso il merito sublime di Vostra Eminenza. Egli è rassegnatissimo in ubbidire in tutto gl'ordini della Sacra Congregatione medesima, e per far maggiormente distinta e sincera rassegnatione, va hora unendo tutti li vecchi catechismi da esso per avvanti distribuiti, per abolirli intieramente, e poi formarne un nuovo secondo la mente della Sacra Congregatione...

(fol. 203v) Lowicz, 7 Ottobre 1692.

Di Vostra Eminenza humilissimo e divotissimo Servitore obligatissimo

Il cardinale Radzieiovski.

## 83.

*Lovicz, 13. X. 1692.*

*Card. Radziejowski card. Barberini, de negotio Ep. Wynnyckyj.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6638, fol. 205v-206.
MUH, vol. IV, pag. 210, nr. 123.

...Circa a Mons. Vinnicki scrissi già l'ordinario passato, che egli era disposto d'ubbidire con tutta rassegnatione a qualsiasi cenno della Sacra (fol. 206) Congregatione, in prova di che andava positivamente raccogliendo tutti li catechismi da esso stampati prima per formare poi uno secondo la mente della medesima. Onde spero che quest'affare sia per conchiudersi con commune sodisfatione...

Lowicz, 13 Ottobre 1692.

Di Vostra Eminenza humilissimo e divotissimo Servitore obligatissimo

Il cardinale Radzieiowski.

## 84.

*Grottaferrata, 7. XI. 1692.*

*Card. C. Barberini Cardinali Radziejowski de Catechismo Peremysliensi* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 410r.

Darò parte alla S. Congregatione di Propaganda della pronta dispositione che ha mostrato Mons. Winnicki di correggere il suo Catechismo, e non ho dubbio che si darà merito alla di lui intentione, attestata da V. Em.za.

## 85.

*Cassovia, 21. XI. 1692.*

*Ep. Agriensis G. Fenesy de diplomate in favorem Unitorum, de pseudo-episcopo Maramorosiensi etc.*

Archiv. Ep. Užhorod., *Agriensia*, num. 16 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 270, pag. 351.

Ill.me etc.

Quod S.C. R.que Mat.tas semet ben. resolvere dignata sit in negotio Gr. R. unit., summam mihi consolationem affert. Omnino jam typis Tyrnaviae imprimitur speroque nos brevi ejus mandati copiam habituros.

Cum publicatione tamen praecipitandum non est, sed opportune consultandum, quomodo ea instituenda sit. Et sicut sincere collaboravi, ut obtineremus, ita studiose satagam, ut serio detur executioni; video enim, quantum exinde emolumentum sperandum sit. Quod pseudoep.pum schismaticum in Maramarusio attinet, siquidem et ille cot.tus ep.palis meae jurisdictionis esset, absolute non patiar lupum illum grassatorem. Quod ut efficacius faciam et certius suam S. Mat.tem informare valeam, siquidem cum consilio et gubernio Tran.nico immediate tractare non expedit, placuerit mihi, si praelibata D.natio V. haec praestaret: 1, ut perscribatur mihi nomen et conditio pseudoep.pi, ejus residentia, in cujus d.nio habitet; 2, ad cujus commendationem, praesentationem, petitionem intrusus sit; 3, quantum et ubi jurisdictionem sibi vendicet; 4, cui metropolitano vel patriarchae adhaereat; 5, ubi et a quo ordinatus sit; 6, quae fama de ejus vita et moribus? Singulariter cuperem testimonia fidedigna, quod tempore schismatis a Munkachiensibus calugeris dependebant, maxime vero, si etiam postquam Munkacsienses ante 30 annos uniri coeperunt, an etiam tunc ab eis dependebant? Ut gubernium Tran.nicum decreto Suae M.tatis eatenus cohibeatur et D.natio V. Rev.ma etiam eosdem sibi subjectos habeat, meum erit adlaborare. Nihilominus, siquidem idem pseudoep.pus etiam Ill.mo ac Rev.mo D. Varadiensi praejudicat, hunc quoque placeat maturae informare, ut junctis cum eo consiliis validius valeam operari. Ill.mam ac Rev.mam D.nem V. etc.

Cassoviae, 21 Nov. 1692.

Ejusdem Ill.mae ac Rev.mae D.nis V. frater in Christo ad serviendum oblig.mus

Georgius Fenesy, Ep.pus Agriensis

## 86.

*Zolkiew, 27. XI. 1692.*

*Ep. Peremysliensis In. Wynnyckyj Card. C. Barberini de protectione gratias agit et de suo Clero nec non de J. Malachovskyj et petit transmissionem documentorum de sua coadunata iurisdictione.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 55r.

Eminentissime ac Reverendissime Princeps, Domine Patrone et Protector Colendissime.

Nutui Serenissimi Principis, D.ni mei Clementissimi correspondens, suo adfui lateri, ubi cum non modo expeditionem Sacrae Congregationis per singularem Eminentiae Vestrae Protectionem in favorem mei Religiosissimo Patri Votta commissam, verum nec ipsam de suo in Regnum

reditu certitudinem temporis percipi, liceat ad Sacram Eminentiae Vestrae Domini et Protectoris mei colendissimi Purpuram recurrendum, illiusque Patrocinio supplicandum esse censui, quatenus Sua Protectio, uti me semel Paterno excipit sinu, ita in ulteriori conservare et authentica ad manus S.R. Maiestatis coadunandae Iurisdictionis documenta per postam submittere dignetur. Uti enim ego inter meos eum ad quem Iurisdictionem meam reducere intendo ordinem, ob hanc sui dismembrationem statuere, ita nec Ill.mus D.nus Malachowski in Villis collati sibi Episcopatus quidquam frumenti sperare potest, imo cum hic copiae Decreti meis super rebus lati de ea in Episcopatum Chelmensem translatione informavit, magnam timet desolationem. Proinde utique huic obviandum nomine Ill.mi D.ni Malachowski ac maiori animarum fructui consulendum, iterum iterumque debita cum submissione supplico, sicque me et iurisdictionis meae gementem sub Magnatum pondere Clerum, ulteriori reccomendo protectioni, ac maneo,

Eminentiae Vestrae, Domini Patroni et Protectoris mei indignus apud Deum exorator et humillimus servus,

Innocentius Vinnicki, E.pus Prem., San., et Samb. unitus (m.p.).

Zolkiewiae, 27 Novembris 1692.

## 87.

*Romae, 12. I. 1693.*

*Card. Nerli Metropolitae Zochovskyj, de concordia stabilienda inter ipsum Metropolitam et Ordinem Basilianum.*

APF, *Litterae S. Congr. de Prop. Fide,* vol. 82, fol. 2-3v.
MUH, vol. IV, pag. 211, nr. 125.

Lettera scritta dal Signor card. Nerli[31] a Mons. metropolita di Russia. Li 12 Gennaro 1693. Rutheni.

Alle reiterate istanze portate alla Sacra Congregatione de Prop. Fide per parte del Protoarchimandrita e de monaci Rutheni, e finalmente anco rimesse dalla Santità di Nostro Signore, perchè si corroborino con la confermatione et autorità apostolica l'ultimo Capitolo celebrato in Novogrodeco,[32] e le Costituzioni generali, che si suppongono formate in

---

[31] Franciscus Nerli, Florentinus Archiep., 12.6.1673 creatus Cardinalis S. Matthaei, dein Ep. Assisien., protector Religiosorum Basilianorum; obiit 8.4.1708, in Curia.

[32] Agitur de Capitulo generali Novogrodecensi an. 1686, in quo Constitutiones revisae sunt. Cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* Romae 1954, pag. 17-18.

esso, s'è tenuta (fol. 3) una congregatione particolare, dove essaminatasi maturamente la materia, dopo varie et importanti considerationi, benchè vi fossero lettere anco di Vostra Signoria Ill.ma con la medesima istanza, non è parso a questi Em.mi miei Signori di poter venire alla confermatione che si desidera, se prima da Vostra Signoria Ill.ma e da cotesti vescovi Rutheni non venghi deputata persona ben istrutta, la quale habbia facoltà d'assistere quì e concordare in quello, che potrà ammettersi, tanto per conservare le prerogative de vescovi, quanto per dare una fondamentale e ben aggiustata regola a tutto l'Ordine Basiliano con commune sodisfattione delle parti.

Havendo perciò questi Em.mi miei Signori rimesso a me di portarne la presente notitia a Vostra Signoria Ill.ma, io non lascio d'eccitare il suo sommo zelo, acciochè unitamente con gl'altri prelati scielga e spedisca soggetto fondatamente istrutto, che possa far (fol. 3v) qui le loro parti, non havendo altra mira la S. Congregatione che di stabilire una vera pace e concordia con la dovuta dependenza della Religione a Vostra Signoria Ill.ma, perchè unitamente possino sostenere la Santa Unione, come hanno sempre fatto per la maggior gloria del Signor Iddio.

Et a Vostra Signoria Ill.ma etc.

## 88.

*Ante 19. I. 1693.*

*Episcopus Agriensis G. Fenesy exprimit quasdam observationes de diplomate caesareo: de parochiis ruthenis, de bonis ecclesiasticis, de festis, de modo promulgationis, de professione fidei catholicae etc.*

Archiv. Ep. Užhorod., *Agriensia*, num. 15 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 272, pag. 353.

Super modalitate promulgationis diplomatis S.C. R.que Mat.tis emanati 23 Aug. 1692 reflexiones.

— 1°. In diplomate habetur: « ut habita cujusvis loci incolarum... tantundem fundorum eximatur ». Considerandum hic venit, an expediat, ut in quovis pagello, ubi Rutheni incolunt, parochiae sint, an vero consultius sit ad unam populosioris loci eccl.am parochialem plures vicinas filiales applicare, propter sequentes rationes: a) quia sic D.ni ter.res facilius inducentur, ut consentiant ad fundos eccl.arum, parochiarum etc. eximendos; b) sic ipsi parochi cum minori gravamine parochianorum providebuntur melius; c) nec cogentur ad alendum se in persona rusticitatem exercere, ob quod de facto sunt contemptui; d) nec tot educandi quondam erunt in scholis et seminariis, qui deficientibus melius erudi-

tis succedant; e) imo ipsi presbyteri facilius filios suos alent in studiis grammaticae et moralis theol.; f) presbyteris decedentibus non tot eorum uxoribus et prolibus erit prospiciendum; g) certius pauci quam tam copiosi in disciplina eccl.tica et absque scandalo conservabuntur.

— 2°. « Ut Ordinarii (quibus vigore mandati committitur) in fundorum eximendorum designatione solidius procedere possint ». — Necessarium videtur exhiberi Ordinariis signaturam locorum singulorum, ubi actualiter sint vel non sint Gr. R. parochiae, eccl.ae, scholae, coemeteria etc., quae et unde dos eccl.arum; qui et unde parochiae cujusvis proventus, quae ejus pertinentiae, quis loci d.nus ter.ris; his enim habitis appareret, ubi sine gravamine d.norum etiam ter.rium urgenda foret fundorum pro parochia etc. exemptio.

— 3°. Habetur in diplomate « ut festa... consveverunt ». An non prius explorandus foret consensus Gr. R. unitorum saltem parochorum cum assecuratione, quod etiam plebs se eatenus accommodabit, alioquin hoc punctum nec movendum esset de facto.

— 4°. Habetur in diplomate: « quodsi sanctorum... consensu ordinariorum ». Etiam hoc determinandum prius videretur, antequam in cot.tibus dioecesis hujus Agriensis ad promulgationem procedatur.

— 5°. Siquidem SS. Mat.tas jubet diploma hoc publicari per Ordinarios in cot.tibus suarum dioecesium, an (ut svavius, efficacius certiusque procedatur) non expediat prius pertentare privatim animas praecipuorum, an et quomodo se sint accommodaturi, et signanter quantum ad 11 cot.tus dioecesis Agriensis requirere: D. Directorem bonorum Rakoczianorum, D. comitissam Elizabetham Rakoczi, D.c. Franc. Barkoczy, D.c. Nicol. Bercsény, D.nos comites Sztropkov., D. Alex. Karolyj aliosque hujusmodi potentiores, quia si hi non consentiant, inutilis, imo non sine periculo tumultus futura est promulgatio in cot.tibus.

— 6°. In casu, quo D.ni terr.res, etiam facta in cot.tibus promulgatione, non consentientes protestarentur, contradicerent, qualiter tunc procedendum?

— 7°. Quoniam diploma hoc per Ordinarios promulgandum est in favorem Unitorum tantum, et expresse habetur: « nollemus autem... inob. persistunt », antequam promulgatio fiat, justum esse videtur, ut Ordinariis constet de vera et non ficta eorum Unione experimentaliter ideoque an non expediat de facto omnibus et singulis tali immunitate gaudere volentibus non tantum parochis, sed etiam singularum parochiarum plebibus professionem fidei Gr. R. unitis praescriptam a Greg. XIII, coram delegatis Ordinariorum faciendam et subscribendam atque futura

pro cautela manibus Ordinariorum assignandam et apud eos conservandam proponere?

— 8°. Siquidem Maramarusium in dioecesi quidem Agriensi est, nihilominus de facto sub directione gubernii Tran.niae existit, speciales hic occurrerent difficultates, quas antequam ibidem fiat promulgatio praevidere decet, praesertim cum totus ille cot.tus vel haereticus sit vel schismaticus et actu pseudoep.pum habeat.[33]

## 89.

*Jaszovia, 23. I. 1693.*

*Episcopus Agriensis G. Fenesy cuidam Praelato (forsan De Camillis) notificat se non accepisse nullam responsionem in negotio promulgationis diplomatis imperialis in Causa Ruthenorum.*

Archiv. Ep. Užhorod., *Agriensia*, num. 14 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 273, pag. 354.

Ill.me etc.

Die 15 Decemb. a. proxime praeterfluxi significaveram Ill. ac Rev.mae D.ni V. accepisse me SS. Suae M.tatis diploma in negotio immunitatis eccl.ticae Gr. R. unitorum, quod eadem Mat.tas mandat per Ordinarios in cot.tibus suarum dioecesium exhiberi pro publicatione. Hoc ipsum, ut in cot.tibus meae dioec. Agriensis solidius exequerer, optaveram pro conferentia praesentiam Ill. ac Rev.mae D.nis V., sicut et de facto mihi foret gratissima. Quia vero ab eo tempore neque responsum ullum accepi, suspicor literas meas Ill. ac Rev.mam D.nem V. non accepisse atque quominus ad me sese conferre valeat pro colloquio, forte gravia impedimenta occurrunt. Placeat proinde Ill. ac Rev.mae D.ni V. circa puncta praesentia opinionem mentemque suam mihi declarare, ut SS. Suae M.tis ac Em. Cardinalis intentio pientissima secundetur debitaeque detur executioni. Quod mearum partium futurum est, non intermittam. Etiam Ill. ac Rev.mus D. Varadiensis his diebus apud me existens has ipsas reflexiones habuit circaque easdem prorsus meae esset opinionis. In reliquo responsum praestolaturus eandem D.V. diu salvam etc.

Jaszoviae, de dato 23 Jan. a. 1693.

Ill.mae ac Rev.mae D.nis V. Servus et Frater in Christo oblig.mus

Georgius Fenesy, Ep.pus Agriensis.

---

[33] Agitur de Josepho Joanne Stojka, Episcopo non unito Maramorosiensi (1690-1711).

## 90.

*Roma, 25. I. 1693.*

*Card. C. Barberini Ep.po I. Wynnyckyj de expeditionibus romanis ope P. Mauritii Vota.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 426v-427r.

Ill.me et R.me Domine.

Ex litteris Ill.mae D.nis Vestrae, 29 Novembris proxime elapsi ad me datis, percipio se peroptasse, ut expeditiones in Romana hac Curia suum in favorem obtentae in Poloniam per cursores, seu Tabellarios consuetos quantocius mitterentur. Verum id fieri nequaquam potuit. Decrevit enim (fol. 427r) S. Congregatio de Propaganda Fide, ut praefatas expeditiones ipsemet P. Vota secum deferret, qui negotiorum Regiae Suae Maiestatis causa Neapolim profectus, huc redux brevi expectatur iterque in Poloniam mox arrepturus, secumque dictas expeditiones perlaturus, quas dum Ill.mae D.ni Vestrae consignabit, aperiet pariter mentem S. Congregationis circa catechismum, et circa alia, quae eidem commissa fuere. Plenius oretenus similiter enarrabit quam ipse, quam ego operam impenderimus, ut et expeditiones haberentur, et totum id negotii ad speratum finem perduceretur. Interea felicia quaeque Ill.mae D.ni V. optans comprecansque, eiusdem manus deosculor.

Dominationis Vestrae Ill.mae.

Romae, 25 Januarii 1693.

## 91.

*Grodno, 21. II. 1693.*

*Episcopus Peremysliensi In. Wynnyckyj cardinali C. Barberini petit, ut procuret sibi facultatem consecrandi bigamos ob necessitatem eparchiae.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 53rv.

Eminentissime ac Illustrissime D.ne, D.ne et Patrone Colendissime.

Praeter negotia Ecclesiae Praemislien., Dei et Sedis Apostolicae gratia imbecillitati meae commissae, in Comitiis Regni Generalibus promovenda, haec praecipue adesse me Comitiis, in magna distantia loci ab Episcopatu meo celebratis, adegit ratio, ut conditionem assistendi Ill.mo D.no Metropolitae adimplerem, qui me paterno excepit affectu; et si quae alia ad commodum, et ordinem Ecclesiae Dei, ex sensu S. Congregationis, in me desiderari videantur, meam omnimodam et alacrem ad

exequenda offero promptitudinem. Restat mihi Emin.mae ac Ill.mae D.ni suae supplicandum, ut mea studia et conatus circa plantationem S. Unionis, gratiae et favoribus SS. et Clementissimi D.ni, nec non Sacrae Congregationis protectioni, per authoritatem Emin.mae ac Rev.mae D.nis suae recommendentur. Et quia desunt mihi alia firmandae Unionis media, nisi per lenitatem spiritus non videntur mihi illi Presbiteri Parochi, qui adhuc ante meum officium Episcopale ad secunda vota matrimonii evolarunt amovendi, quoniam non habentes alios subsistendi et prolis educandae modos, nec vicarios ob egestatem substituere valentes, per alias Dioeceses Disunitorum errando, nomen meum, et S. Unionis execrari praesumerent, et sic aliorum animos in duritiem agere possent. Quapropter ausim pro illis coram SS.ma Sede Apostolica, et D.no meo Clementissimo supplex procumbere, quatenus praesentes Ecclesiarum possessores bigami per indulgentiam, et dispensationem SS.mi D.ni conserventur, praeciso in posterum ausu. Si tamen arduum hoc meum desiderium Sacrae Congregationi videretur, ergo saltem pro certo numero personarum, videlicet plusminus viginti, qui ex scientia, et activitate firmandae Unioni profuturi iudicari possint humiliter, exemplo aliorum Episcoporum ad S. Unionem accedentium, qui indulgentiis in similibus per favorem, et gratiam singularem S. Sedis Apostolicae promanantibus gloriabantur, supplex ad scabellum pedum SS.mi D.ni (fol. 53v) procumbo. De obitu Ill.mi D.ni Malachowski non dubito per literas Ill.mi D.ni Metropolitae certiorem reddi Emin.mam D.nem Suam, de cuius translatione et mea circa totum Episcopatum conservatione conclusum esse praeter Emin.mam D.nem scribit Reverendissimus P. Votta, sed nil transmisit; velim scire numquid adhuc impedire videatur. Plurimis onerando veniam peto, et me ulteriori gratiae et patrocinio Emin.mae ac Ill.mae D.nis, cum mea Dioecesi recommendo.

Eminentissimae Dominationis Vestrae, Domini et Patroni mei Colen. continuus exorator ad Aras et humillimus servus,

Innocentius Winnicki, Ep.pus, Prem., San. et Samb. unitus (m.p.).

Grodnae, 21 Februarii 1693.

## 92.

*Roma, 18. IV. 1693.*

*Card. C. Barberini Ep.po I. Wynnyckyj scribit de instantia eius ad impetrandam facultatem ordinandi bigamos et de expeditionibus romanis ope P.M. Vota, S.J.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6651, fol. 447v.

Ill.me et Rev.me Domine.

Cum arduum sane sit negotium de Parochis bigamis unitis, ut ipsa D.tio V. Ill.ma agnoscit per litteras 21 Februarii ad me datas, explorare, tamen suo tempore curabo, qualis esse possit sensus S. Congregationis de Propaganda Fide et num faciliorem redditura sint, quam expetit D.tio V. Ill.ma gratiam, aliorum episcoporum alias ad unionem accedentium exempla, qui si, ut asserit, similes dispensationes impetrarent, proniores easdem D.ni V. Ill.mae reddere possent. At vero nihil certi polliceri ausim, antequam supradicta dignoscantur. Habet P. Vota expeditiones omnes quas D.tio V. Ill.ma exoptat, et cum ante aestivos calores sit ex Urbe discessurus, eas iussu expresso S. Congregationis secum delaturus mittendas merito non censuit; quandoquidem voce ipsa mentem illius D.ni V. Ill.mae sit fuse explanaturus. Caeterum pro certo habeat D.tio V. Ill.ma a me pro viribus praestitum iri, quae in suum commodum cessura esse dignovero; sibique cuncta prosperrima ex animo comprecor.

Amantissimus et studiosissimus ad inserviendum.

Romae, 18 Aprilis 1693.

D.nis Vestrae Ill.mae.

## 93.

*Peremyslia, 17. IV. 1693.*

*Statuta eparchiae Peremysliensis de rebus ecclesiasticis, cleri eparchialis et religiosi, ex lingua polona in latinam translata, et Romam missa; sunt sat minuta et totam vitam eparchiae ordinant. Omnes partem habentes Statuta haec subscripserunt, praeeunte episcopo Innocentio Wynnyckyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 3, fol. 167-181.

STATUTA

Ordinis Spiritualis, in Ritu Graeco Unito, DIOECESIS PREMISLIENSIS, in Congregatione Generali sancita.[34]

Praefatio ad Lectorem.

Cum animadverterimus meridiano Sole clarius, Sacros Religionis Sacrae in hac Dioecesi Premisliensi per abusum, vel maxime propter bipartitam inter duos Episcopus, Unitum et Disunitum, Iurisdictionem Spiritualem Ritus deviasse, quemadmodum Venerabile Capitulum Ec-

---

[34] Statuta haec exarata fuerunt in lingua polona, in qua et edita sunt; translatio eorundem locum habuit aestate an. 1693, ut Romam translitterentur; exinde proveniunt quaedam incohaerentiae chronologicae, quae in *Praefatione* notantur.




EPISCOPUS PEREMYSLIENSIS: INNOCENTIUS WYNNYCKYJ
(1680-1700)

clesiae Cathedralis Premisliensis emortuum, e Cineribus plane resuscitari, et ad pristinam reduci formam allaboravimus, ita et hanc Regulam morum, et meliorem in Spiritualibus ordinem, cum consensu totius Dioecesis, pro re justa censuimus, quae ut publica luce facilius innotescat, quandoquidem advenit persuasio Illustrissimi et R.ndissimi Domini Metropolitae Kijoviensis totius Russiae, etc., per literas de data 20 Septembris 1693,[35] quarum literarum Illustrissimi et Reverendissimi Domini Metropolitae summa porigitur in haec formalia: — Sicut per Reverendum Dominum Officialem meum, admodum Reverendum Patrem Kulczycki, in Generali sub dispositione Ill. D.V. Congregatione, sancita ortodoxa praxi, non tantum laude digna judicavi, sed etiam typo imprimenda commendavi, ita etiam hisce praesentibus, cum eas habeam mihi a Ill. D.V. traditas, hanc ipsam meam renovo sententiam, ea spe nutritus, quod etiam vicinae Dioeceses, in odorem Unguentorum Domini, Te, Mecaenatum dilectissimo Duce, current. Insuper et ipsa aequitas ob perennitatem memoriae monet, haec Congregationis nostrae concordibus votis et vocibus Statuta sancita, pro usu et praxi spirituali ipsius tantum Dioecesis Premisliensis, typo tradidimus. Utriusque Cleri, pastorali curae nostrae a Deo et Sede Sancta Apostolica commissi, meliori ordini, et emolumento cedat hoc opus nostrum, et labor.

(f. 167v) IN NOMINE DOMINI AMEN. AD PERPETUAM REI MEMORIAM. INNOCENTIUS WINNICKI, DEI ET SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE GRATIA PREMISLIENSIS, SANOCENSIS, ET SAMBORIENSIS, RITUS GRAECI, EPISCOPUS.

Nos Episcopus, cum Reverendis PP. Hegumenis in Regulari, in Saeculari vero Statu cum omnibus totius Episcopatus nostri Premisliensis, Sanocensis, Samboriensis RR.DD. Decanis, praevijs innotescentialibus litteris, pro die decima septima Aprilis, Anno Millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, ad Cathedralem ecclesiam Premisliensem convocatis, omni conatu allaboravimus, Divina adjuti ope, hunc Episcopatum in meliori ordine, ad augendam Dei Gloriam, firmiorem charitatis nexum instaurandum, in una Sacrae Sedis Apostolicae obedientia, et in Unione Sancta cum Romana Ecclesia stabilire; etiam inconvenientia, quae per

---

[35] Statuta exarata fuerunt in Congregatione Generali in Aprili 1693, et fuerunt probatae et commendatae pro editione, quae tardius evenit; interea in Septembri Metropolita etiam traductionem latinam revisit et probavit, quod notatur in *Praefatione ad Lectorem* sub dat. 20 Septembris 1693, etsi ipse textus est de mense Aprili, et ut talis hic ponitur a nobis.

bipartitam elapsis temporibus Iurisdictionem irrepsererit, in melius, juxta praescriptos Canones Sacros, reparare, haec puncta sancita, ad Aeternam Rei Memoriam, in secuturas Aetates, Monasterijs et Decanatibus tradimus.

In primis, quandoquidem Capitulum Cathedralis ecclesiae nostrae, per vicissitudines temporum, et divisionem imperij episcopalis, in ruinam delapsum ipsum tantum sibi vendicans Nomen, plane e cineribus resuscitavimus, et ad canonicam, in Cathedra Premisliensi, ad aedes Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, secundum vetus Calendarium, decima Octava Octobris, Millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo anno, reduximus formam, quod cum Serenissima Sacra Regia Majestas, Dominus noster Clementissimus, Varsaviae, post Generalia Regni Comitia, die quinta Maij, Millesimo sexcentesimo octogesimo nono, subscriptione manus suae et sigillo Regni munire dignatus est, nec etiam Illustrissimo, et Reverendissimo Domino Cypriano Zochowski, totius Russiae Metropolitae, in Comitijs Grodnensibus, anno praesenti, rationi dissonum, nec fidei catholicae contrarium, imo ordini meliori conducibile visum est. Sperandum etiam, quia Sedes Sancta Apostolica, sicut alia nostra omnia in bonis desideria (f. 168) adimplere dignatur, etiam hunc ordinem Capituli, clementia Sua sancire non dedignabitur. Etsi quidem in praesenti Congregatione, tam modico temporis intervallo, quantinam sit aliquis subjecti! subito penetrare non potuimus, igitur ad sequentem Congregationem, praevijs Innotescentialibus literis, incidentem, declarationem, promulgationemque Officiorum suspendimus. Interim ut hoc tempore competens ordo, qui est anima rerum, in Clero tam Religioso, quam in Saeculari servetur, anticipative Reverendis Patribus Hegumenis, e medio eorum Praepositorum, Provincialem supra omnia Caenobia, demum Reverendis Decanis, Praepositum Generalem, ad normam Officialis, eligendi campus datur.

Et quandoquidem Reverendi Patres Hegumeni, in Admodum Reverendum Dominum, Patrem Martinianum Winnicki, Nominatum Abbatiae Milcensis; demum Reverendi Decani, in Admodum Reverendum D. Joannem Rewkiewicz, in eadem Sessione consenserunt, igitur utriusque hujus Officij, quaenam sint obligationes, circumscribuntur.

Et quidem supra praefatus *Admodum Reverendus Praepositus Provincialis* anticipative tenetur, saltem semel in anno omnia Caenobia, quotquot sunt in hac Dioecesi, revisere, omnes illorum Fundationes, Iuris negotia, et omnes dispositiones examinare, et in uno volumine connotata habere.

De omnibus proventibus cujusvis Caenobij, a Reverendis Patribus Hegumenis rationem exigere.

Excessivos, pro demerito, jure, et juste punire.

Iniurias Caenobiorum, si quae fuerint factae ab aliquo, tam in bonis mobilibus, quam in immobilibus, conscriptas, Reverendo Domino Procuratori Generali Causarum Juris totius Dioecesis deferre.

Ornamenta ecclesiae, in auro et argento, apparatus, libros ecclesiasticos, et omnes obventiones caenobij, jumenta, fructus terrae, et quaevis utensilia, in scriptis tenere.

Fratrum in Christo obedientium, quot Personae, ex annuis et obventionalibus Monasterij proventibus, victum et amictum habere poterunt, numerus considerandus est.

Ne absque obedientia Admodum Reverendi Domini Provincialis in scriptis, de Caenobio in Caenobium se transferant, advertendum vel maxime. Quae obedientia nemini dari debet sine causa legitima, in Sacris Canonibus praescripta, vi cuius Monachus in illo Claustro, in quo habitum assumpsit, permanere non posset; tales itaque Reverendus Pater Hegumenus, cum (f. 168v) aliis Patribus Principalioribus, Admodum Reverendo Domino Provinciali sub conscientia deferre tenebitur.

Vagabundos, et ubicumque, quovis praetextu, extra suum scitum, et extra Claustrum, fundatione authentica formatum, degentes, et existentes, pro arbitrio et exigentia Religiosae Institutionis, ad Monasteria principaliora remittere.

Consequenter, Reverendi Patres Hegumeni ex illis Caenobijs religiosos Fratres, etiamsi ob justissimam Superiorum suorum facultatem demissi fuerint, suscipere, neque Fratres, quamvis maxime fuerint excessivi, de Monasterijs ejicere, absque scitu Admodum Reverendi Domini Provincialis, potestatem habere possunt.

Quandoquidem in particularibus Monasterijs Reverendi Patres Hegumeni praesumunt sibi religiosis induere vestimentis eos, qui ad Religionem aspirant, quam ob causam multi vagabundi inveniuntur, igitur, donec Divina Providentia aliquod in erectionem unius formalis Noviciatus porrexerit subsidium, ne et Monasterium unum ex istis, ob non recusatum Religionis ingressum, gravetur, et ad Religionem aspirantibus arduus videatur ingressus, in his tantum, in Szczeplocensi, Lauroviensi, Dobromilensi investitura non negatur, si autem aliquis in particulari Monasterio ad Religionem aspiraverit, tunc ejusdem Monasterij Reverendus Pater Hegumenus tenetur eum Admodum Reverendo Patri Provinciali praesentare, et Admodum Reverendus Pater Provincialis, quam primum animadverterit intentiones illius et proposita, ad Monasterium aliquod ex praedictis promovebit eum, ut ibi ad normam Noviciatus, non tantum investituram, verum etiam vitae religiosae institutionem imbibat, ubi, si Divina clementia suffragante profecerit, Superior ejusdem Monasterij

debebit illum iterum ad Reverendum Dominum Provincialem remittere, et dare de illo, quaenam vitae religiosae principia imbibit, testimonium. Tandem per Admodum Reverendum Patrem Provincialem ad Monasterium, in quo vovit, sub obedientiam Superioris remittatur.

Ex monasteriis etiam religiosos Fratres ad suos Benefactores non debent dimittere absque legitima admodum Reverendi Patris Provincialis obedientia, idque ideo, quia multi Religiosi vagabundi advolant ex alijs Dioecesibus, qui fictis sibi ex aliquo notabili Monasterio (f. 169) Testimonialibus, pios nomines decipiunt, ubi eleemosinam cum contribuerint, ad illicitos usus dissipant, nimirum ad compotationem, et alias dissolutiones, cum scandalo Christi fidelium, et aliorum dissidentium.

Si quidem, ob nimium defectum praedictorum Caenobiorum, quae ex sola eleemosina, et labore manuum suarum miserrime vivunt, contingit pro victu Fratrum religiosorum aliqua de ecclesiasticis ornamentis in auro oppignorare, aliquando vendere, igitur nec minimum aliquid de Bonis ecclesiasticis qualicunque modo alienare, neque alia bona oppignorare, multo magis vendere, etiam in ardua quacunque necessitate, Reverendus Pater Hegumenus, sine scitu admodum Reverendi Patris Provincialis, audeat. Ille autem non tantum in hoc, sed etiam in omnibus munijs suis obeundis, ad sensum et dispositionem loci Ordinarij referre se tenetur; quandoquidem non tantum antiquus mos, statuta Juris Canonici Ecclesiae Graecae, sed et mediatia (:ut authenticum obloquitur Instrumentum:) in Comicijs Varsaviensibus, Millesimo sexcentesimo octogesimo primo anno, die decima octava Martij, in Causa Religionis, ratione concordis et liberae Ill. et Reverend. Dominorum, Leopolien. et quidem primum locum hac in parte praeseferentis, et huius Cathedrae loci Ordinarij, Episcoporum ad Unionem accessionis, per Illustrissimos Dominos Stanislaum Witwicki, Episcopum pro tunc Kijoviensem, nunc vero Posnaniensem, Stanislaum Iablonowski, olim Palatinum et Generalem Terrarum Russiae, nunc autem Castellanum Cracoviensem, Supremum Exercituum Regni Ducem, Andream Potocki, Palatinum Cracoviensem, Stephanum in Czerniehow Niemierzyc, olim Palatinum Terrarum Kijoviensium, Franciscum Sigismundum Galecki, Supremum Culinae Regiae Praefectum, et alios complurimos Magnificos Dominos, e Palatio Regni ad hoc pium opus a Serenissima Sacra Regia Majestate ordinatos Commissarios, stante pro tunc Sacrae Nunciaturae, Illustrissimi Opitij Pallavicini, ad praesens vero Eminentissimi Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Officio, sub felicissimo Sanctissimi Domini Nostri Innocentij XI Pontificatu, tam Saeculari, quam Spirituali Clero immediate Jurisdictioni loci Ordinariorum advenit.

Etiam saepe saepius id evenire solet, quod inconsiderata in suis Pa-

rochijs, et impia in suos Presbyteros, animarum suarum a Christo Salvatore nostro, in Testamento Sacratissimo Ejus Sanguine (f. 169v) subscriptos tutores Ordinatos insaeviat malitia, minima enim adinventa occasione, proprio Sacerdoti (:eum aspernati:) nolunt sua confiteri peccata, ad Monasteria se conferunt absque scitu ejusdem, propter Sacramenta Paenitentiae, Eucharistiae Sanctae, et alia quaevis, contra Christum peccantes, quando Illius Vicarios, per manus Episcopales in Pastores sibi ordinatos, postponunt, Corpus Illius et Sanguinem Sacratissimum ore sacrilego tractare audent, inpostremum rudis religiosorum Patrum nonnullorum simplicitas, non considerando haec quod manducans indigne et bibens, Iudicium sibi manducat et bibit, hoc admirabile Sacramentum, quod ipsi Angeli attingere non audent, ut agit Sanctus Chrisostomus, impiis hominibus conferunt, et loco remissionis peccatorum, hoc salubre ab omni peccati labe antidotum, in venenum damnationis convertunt. Quapropter sub gravissimis censuris ecclesiasticis prohibetur, ne in Monasterijs ad Confessionem, Sacrosanctam Synaxim, et alia quaevis Sacramenta salutis ullus Parochianus, absque facultate Parochialis Presbyteri, et manu scriptis admittatur. Etiam post peractam Confessionem, sine testimonio in literis a Confessario religioso, utrum illi fuerit confessus vel non ille paenitens? cum fuerit reversus, a Presbytero Parochiali ad beneficia spiritualia non debet admitti. Hoc tamen debet intelligi de sola Paschali Confessione; nam si quis ex pietate sua, aliis diebus Festivitatis, in Monasterijs voluerit confiteri, et Sacram Communionem suscipere, non recusatur illi, imo commendatur.

Monialium etiam duo Claustra in hoc Episcopatu nostro inveniuntur, unum in Monasterio Smolnicensi, alterum in Javoroviensi, quae Claustra Monialium non tantum religiosis et saecularibus Spiritualibus, multo magis saecularibus mere Personis, absque scitu spiritualis Personae, legitimam facultatem habentis pro hoc, sub paena excommunicationis SS. Pontificum nullatenus introire licebit.

Et uti Dedicatio Virginum, juxta praescriptum Canonum, ipsius muneris est Episcopi, ita etiam Electio Abbatissae, ab arbitrio Illius pendere debebit, sine cujus facultate, ne Moniales extra suum Claustrum, quocunque praetextu eggrediantur, et vagentur, praecavetur.

Demum *Admodum Reverendi Domini Praepositi Officialis Generalis* officii erit:

(f. 170) Siquidem Cleri saecularis superintendentia, practicato, elapsis temporibus, in hoc et in aliis Episcopatibus exemplo, committitur Generali Praeposito Officiali, igitur idem ipse praefatus Admodum Reverendus Dominus Praepositus Generalis, ut inter Clerum saecularem ordo servetur, invigilare tenebitur, et illius id erit muneris, revisere ec-

clesias omnes saltem semel in anno in Episcopatu Premisliensi, inquantum ipsi Episcopo, juxta obloquentiam Sacrorum Canonum, majoris importantiae legalitates delegaverint, ubi potest per se ipsum, cum delegato sibi ab Episcopo socio, et ubi per Subdelegatos vel maxime propter meliorem scitum, utrum necessarius ordo in Ecclesiasticis servatur.

Idem Admodum Reverendus Dominus Praepositus Generalis, non tantum Fundationes in quavis ecclesia, et omnia Juris negotia, dispositiones, si aliqua supervenerint Decreta, omnia haec connotata in unum volumen inducere. Etiam hoc vel maxime curandum, ne ullus Parochus, cum praejudicio Juris Canonici, duo beneficia curata teneat. Similiter Bona ecclesiastica ab incompetentibus Possessoribus occupata, injurias Spiritualibus Personis factas conscribere, et Reverendo Domino Procuratori, in eadem Congregatione electo, ad vindicandam Iure injuriam deferre, ne abhinc Bona ecclesiastica ullis debitis et dotibus graventur, serio praecavere. Notata excessuum quam inter Spirituales, tam inter Saeculares in eadem Parochia, qui tantum subsunt censurae ecclesiasticae adinvenientium, a Reverendis Dominis Decanis recipere, et in Consistorio (salva ad loci Ordinarium appellationis via) Iure vindicare tenetur.

Quibus temporibus Iudicia tractari debent?

Post Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae, feria secunda, Premisliae.

Post Festum Exaltationis Sanctae Crucis, Jaroslaviae, post septimanam elapsam.

Post Festum Purificationis Beatissimae Virginis, Samboriae.

Item post Dominicam tertiam Resurrectionis Domini, Premisliae.

Tandem post Festum Sanctorum Apostolorum Bartholomaei et Barnabae, in Monasterio Transfigurationis Domini.

(f. 170v) Quibus temporibus, ad locum consuetum Iudiciorum, quemadmodum Reverendi Domini Decani particulares nulla sibi in suis Decanatibus Iudicia arrogare praesumendo, intervenientia negocia Iuris connotata tenentur expedire. Similiter Admodum R.ndus Dominus Praepositus Generalis sua Persona convenire semper, simul cum aliis Electis, ad locum Iudiciorum, de brachio episcopali, ex Religiosis, ad latus loci Ordinarij existentibus, pro libitu, ex aliis Reverendis Dominis Decanis idoneum sibi eligendo subjectum, tenebitur Causis Iudiciorum adhaerere.

Id etiam saepe contingit, quod Actores cujuscunque status et conditionis, supra citatos, a se non oportuno tempore, aut etiam non praevia Citatione, supra inoebedientes opinatos non tantum Monitoria, verum etiam Excommunicationes exquirunt. Quapropter, ut abhinc Actores, per existentes Personas in Clero, primo mittant Citationes, hi autem il-

larum editionis, in ipsis authenticis ad subscriptionem nominis sui, relationem faciant, vigore praesentis Congregationis statuitur.

Quoniam ab initio inconvenientia, quae in bipartita Jurisdictione irruerunt, incorrecta manserunt, corrigere proposuimus, igitur, ut commodius et exactius id possit fieri, Reverendi Domini Decani coram Generali Praeposito, ille coram Iudicio nostro Episcopali exponet, quoties aliquis spiritualis Parochus, alterius Parochiae, absque promulgatione, non observatis alijs solennitatibus Canonicis, ultra gradus prohibitos, conjugium per vim, ex coactu aliorum ad Sacramentum Matrimonij admisit, haec eadem conjugia non juxta Sacros Canones formata, de nomine, cognomine, et statu, de quavis Parochia, in manuscriptis praesentare tenetur, sub privatione Officij et Beneficij, si aliunde tales excessus in Decanatu illius delati et probati fuerint.

Quandoquidem Sacerdotes circa Sanum, superius et inferius, in Decanatibus montanis, ad quam ipsi volebant Iurisdictionem, subterfugiendo rigorem Iustitiae, ad communitatem, in re autem ipsa non referebant, se, et pro libitu suo Parochianis non tantum suis, verum etiam alienis male dispositis, exinde perniciem animarum et se ipsos causabant, igitur tales actiones, quae illegitimitatem Sacramenti involvunt, quam fidelissime, sub onere conscientiae connotabunt, et Admodum Reverendo Domino Praeposito Generali ad manus dabunt.

(f. 171) Eadem occasione, et quidem sedulam quam citissime Reverendi Domini Decani adhibeant operam, ut Bigami, si aliqui in suis Decanatibus inveniuntur, qui sub diviso Episcopali Officio partim delitescebant, partim dissimulabantur, aut si per aliquem indebite, et illegitime, cum praejudicio Sacrae Sedis Apostolicae sunt dispensati, fidelissime species Bigamiarum conscriptas deferant, et terminum Bigamis, iis etiam, a quibus ad Matrimonium fuerunt admissi, ad praescriptos Iudiciorum terminos assignent peremptorium, sub privatione beneficij, et excommunicationis paena, si aliquis Bigamus non comparuerit, et Sacramenta administrare fuerit ausus.

Ad postremum, quandoquidem inter inconvenientias etiam hoc posset connotari, quod spirituales Personae, sub tempus solennitatum dedicationis ecclesiae, ad epulas invitati, extra suam Sacerdotalem vocationem de sobrietatis servando voto, ita inebriantur, ut non tantum ad Sacrosanctum Missae Officium celebrandum, verum etiam ad dispositionem infirmi, incidente casu, sint inepti, imo aliquando nec sui recordari possint, quapropter etiam ipsi Sacratissimum Corpus et Sanguinem Christi, sine competenti praeparatione administrantes, in damnationem accipiunt, secundum verba Apostoli: non dijudicans corpus et sanguinem Domini, judicium sibi manducat, et bibit, et plurimos in discrimen aeter-

nae damnationis deducunt, quando non tantum infirmi conscientiam excutere, et actus Fidei, Spei Charitatis, remissionis simul proximo, tolerantiam in dolore mortifero, et gratitudinem cum gratiarum actione Domino Deo pro omnibus sibi praestitis consequenter legitimam, in voluntatem ejus resignationem, licet aut vivere aut mori permiserit, in infirmitate excitare, et in eadem illum ad ultimam vitae periodum confirmare deberent, secundum suam sacerdotalem obligationem, sed nec confessionem expedite audire, nec realiter absolutionis formam proferre possunt. Igitur reassumendo rigorem Sacrorum Canonum Apostolorum Sanctorum, quadragesimum secundum, in haec formalia: Sacerdos inebrians se, aut vomitus faciens, aut fenerator, vel abstineat, vel rejiciatur, etc. etc., vigore praesentis Conventus statuitur, ut in quolibet Decanatu suus habeatur Instigator Spiritualis, qui sub onere conscientiae, in quovis, praesertim in publico loco, spiritualium Personarum sobrietatem, vestitum ijsdem competentem observet, et tam temulentos, quam etiam non competentem sibi vestitum praesumentes notet, R.do Domino Decano in manuscriptis haec omnia ostendat, urgeatque ut pro demerito facti puniatur. Si autem aliquis post censuras (f. 171v) ecclesiasticas postea inveniatur incorrigibilis, instabunt Reverendi Domini Decani, ut a nobis, Episcopo, talis officio et beneficio ecclesiastico in perpetuum privetur, pro exemplo eorum, qui sunt excessivi.

Etiam hoc innuitur, ut Spiritualium quilibet viciniori in Decanatu suo Vicario (quos sibi ipsi Patres Spirituales in quavis decade, in praesentia Decani eligere debent) peccata sua singulis mensibus confiteatur, et ab eodem etiam tot vicibus, quot fuerit confessus, testimoniales literas acceptas, ad revisionem Synodalem teneat; Vicarius vero sibi viciniori Decano, aut alicui alij pro libitu, tantummodo attestationem ostendendam in promptu habeat.

Ad id non tantum Patres Parochiales obligantur, verum etiam alios Christi fideles, omnibus modis, ut si non frequentius, saltem quatuor vicibus in anno confiteantur peccata sua, et ad Sacrosanctae Eucharistiae Sacramentum reverenter accedant, exemplari vita, doctrina hortari, non minus necessitatem, et fructum spiritualem Sacrae Communionis commendare tenentur.

Insuper Patres Parochiales tenentur diebus Dominicis, et diebus Festis Sacrosanctum Missae Officium celebrare, et oves suas Christi fideles ad audiendum illud monere.

Ut autem quilibet Parochus eo facilius et securius in expediendis paenitentibus suae satisfaciat vocationi, ante omnia absolutionis formam, quae porrigitur in haec formalia:

« Dominus noster JESUS CHRISTUS te absolvat, et ego authoritate

ipsius te absolvo, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, et interdicti, inquantum possum, et tu indiges; Deinde ego te absolvo a peccatis tuis, et restituo te Communioni fidelium, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen ».

« Passio Domini Nostri Jesu Christi, merita Beatae Virginis, et omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sit tibi in remedium peccatorum, augmentum gloriae, et praecium vitae aeternae. Amen ».

« Vade in pace et amplius noli peccare ».
memoriter unusquisque, sub irremissibili officij et beneficij privatione, scire tenebitur.

Hoc tamen unicuique Parocho Presbytero observandum erit, ne in talibus casibus, qui tantum ipsis reservantur Episcopis, si non habuerit legitimam potestatem, absolutionem dare audeant, sed confitentes sibi talia peccata, cum ijsdem, aut ad loci Ordinarium, aut ad eum, quem supponeret plenaria in hoc fungi potestate, sub sigillo Confessionis remittat. Tales itaque casus sunt: haeresis, apostasia, non tantum a fide, verum etiam a voto Religionis, homicidium (f. 172) voluntarium publicum, percussio ex malitia Sacerdotis, aut Parentum, cura intentus in matrimoniali statu, quando uxor suum maritum interficere conatur, veneficium, praesagium ope Daemonis, perversus Sacrae Scripturae usus, perditio faetus, afflictio prolis, violatio virginis, matrimonium in consanguinitate, aut postquam voverit votum Religionis, vel castitatis; periurium, seu testimonium falsum coram Iudicio, blasphemia in Deum, et Sanctos, Sanctuarii Dei, aut aliarum rerum alienarum combustio, Bonorum spiritualium illicita appropriatio. — Interim tamen, in mortis imminentis periculo, talis paenitens potest a quovis sacerdote absolvi.

Ad postremum, Reverendi Domini Decani tam per se ipsos, quam per suos subdelegatos, ut Parochus, facto salutis ordine, saepe infirmum visitare non negligat, imo ubi periculum mortis animadverit, usque ad ultimum vitae suspirium sit illi praesens, et ut actus Fidei, Spei, Charitatis insinuet, eundem ad actum contritionis eliciendum urgeat, omnibus viribus advigilare tenentur.

Infantibus etiam timorem Dei, et fidei articulos proponere debent omnino, et quam primum usum rationis fuerint assecuti, ad confessionem eos cogere tenentur.

Id etiam est muneris Vicarij cujusvis Decani, ut singulis anni partibus, Parochos suae curae commissos visitet, ordinem ecclesiae videat, utrum in Corporali aliquae Particulae Sacratissimi Corporis non remanserunt? utrum Calix pulvere inspersus non est? utrum purificatoria servantur munda? quibus calix abstergitur, utrum servatur mundicies in

Altari? utrum species Eucharistiae Sanctae, sub quibus latet verus Deus et Homo, cum Sacratissimo Corpore suo et Anima, non sunt corruptae? Igitur quavis septimana Sacrosanctae Eucharistiae renovatio fiat, sub paena interdicti, specialiter monendus est quilibet sacerdos. Vinum ad Sacrosanctum Missae Officium celebrandum, etiam sanctum et venerabile Chrisma utrum non est corruptum? et utrum quolibet anno accipitur? Utrum est septum cementerium? utrum est reparata ecclesia? ne pluvia decidat, utrum libri legitimi ortus habentur? etiam sponsalium, quam exactissime revidere, panis triticeus pro veneranda Hostia utrum est talis?, qualem sacri Ritus requirunt, cum expressa Crucis Sanctae figura, vel maxime advertendum, utrum Christiani Iudeis non serviunt? utrum in aliqua Parochia non sunt publicani? penitus omnia haec, et quaevis inhonesta observanda, notanda quam diligentissime ad administrationem Reverendo Domino Praeposito Generali deferenda, sub paena pro qualitate, et quantitate delicti arbitraria.

(f. 172v) Quandoquidem in praesenti nostra Congregatione Generali nomine exorbitantium etiam hoc illatum est, quod in aliquibus locis inveniuntur in nostro Episcopatu concionatores, ignari Scripturae Sacrae, concionari audent ex Cathedra, igitur nemo abhinc audeat praedicare Verbum Dei, donec prius capacitas illius ad exsequenda haec munia a loci Ordinario, aut a brachio illius intelligatur. Interim Parochialibus Sacerdotibus incumbit vel maxime, ut diebus Festis, ne semen salutis Evangelicae sine fructu habeatur, concionentur; possunt aut Cathechismum per capita (ad normam Florentini, ut infra patebit), aut ex libris typo impressis, per censuram ecclesiasticam approbatis, conciones typo exaratas ex Cathedra, clara voce legere, sine addito, absque ulla interpretatione, de verbo ad verbum sub gravibus censuris ecclesiasticis in contradicentes huic Statuto, loci ordinario reservatis.

Siquidem inter alias multas considerationes necessarias, etiam hoc ad mentem venit, quod literarum scientia Hierarchiae Ecclesiasticae vel maxime sit necessaria, donec Seminarium aliquod clementia Sedis Sacrae Apostolicae (quod imploramus supplices) erectum fuerit, aut modus sustentationis supervenerit, nihil certius (dum solum ex dispositione Sacrae Regiae Majestatis, et nostra circumspectione Personae in Spiritualibus Bonis complures inveniuntur), quam ut Reverendi Domini Decani huic etiam invigilent, ut Sacerdotes filios suos literarum studiis applicent, incapacitate, posteaque non admissibilitate ad Ordines interposita.

Nullus etiam Acolitus sine praesentibus Collatoris, et testimonialibus literis vitae et morum, a Reverendo Domino Decano datis, ad Consecrationem audeat accedere, sub non admissione ad eosdem Sacros Ordines.

Neo-consecrati, donec, debite examinati, admissi, et legitime approbati

fuerint, sine peculari capacitatis suae, per Reverendos Dominos Decanos, dignoscentia, ne audeant audire confessionem.

Quod etiam sacerdotes in Cerimoniis ecclesiasticis, multis id observantibus, non concordare videntur, quapropter ne amplius hac in parte dissonum videatur, ex re praesenti Conventui visum, ut omnes Sacerdotes per unam septimanam, singulis annis, in propria ecclesia relicto alio in suo loco Sacerdote, proprio victu in ecclesia Decanali celebrent, quibus R.ndus D. Decanus, aut ipse persona sua, aut illius substitutus, sub tempus Sacrosanctae Missae assistat, et tam in cerimoniis, quam in confessione Symboli Apostolici, ut addatur etiam a Filio, instruat, sub onere conscientiae, et gravibus censuris.

(f. 175) Et quemadmodum haec professio[36] non minus Religiosis, quam secularibus personis incumbit, pariter cum Reverendis Dominis Decanatus id exsequentibus, etiam Reverendus Dominus Provincialis per Monasteria, non tantum in toto Sacrae Florentinae Synodo, juxta obloquentiam *Colloquij Lublinensis*,[37] folio 55 et 58, conformare se, sed etiam, ut Festum Beati Josaphat debite celebretur, sub apposito superius vadio tenebuntur.

Qualis haec Professio, quamvis in supra citato *Colloquij* loco ex latino in sclavonicum est versa idioma, nihilominus tamen, quia nonnulli sclavonici termini, maxime in Theologicis, majorem adhuc, quam in latino involvunt obscuritatem, ut eam vix ipsi Rutheni possint interpraetari, igitur propter faciliorem, non tantum ipsis Ruthenis, ne popularitati videatur aliqua alia esse, et non illa quae in primitiva Ecclesia Graeca fides fuerat, sed propter Populum Ritus Romani, visa aliquomodo identitate fidei, a Ritu Graeco, quae authoritate Sacrae Sedis Apostolicae, maxime Clementis VIII, est approbata, non abhorreant, intelligentiam ejus simplicissimo solo vernaculo idiomate ponere, operae pretium praesenti consultationi fuit visum.

PROFESSIO ORTHODOXAE FIDEI ab Orientalibus facienda.

Jussu Sanctissimi Domini Nostri URBANI PP. octavi edita Romae, Typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo anno. Deinde

iussu Illustrissimi et Reverendissimi Domini Francisci Martelli, Ar-

---

[36] Agitur hic de professione «et Filio», ut patet ex passu textus praecedentis.

[37] *Colloquium s.d. Lublinense* a metropolita Cypriano Zochovskyj an. 1680 exaratum est et dein in lingua polona editum, in quo omnia acta collecta sunt quae ad unionem instaurandam cum non Unitis inserviebant, et pertractata sunt. Cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 268-269.

chiepiscopi Corinthi, ad Serenissimum et Potentissimum Joannem Tertium Regem Poloniae etc. Nuntij Apostolici, Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo, Leopoli, recussa.

I. In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen. Ego NN. firma fide credo, et profiteor omnia, et singula, quae continentur in Symbolo, quo Sacra Romana Ecclesia utitur. Videlicet: Credo in unum Deum Patrem etc. etc.

II. Veneror etiam et suscipio Universales Synodos, prout sequitur, videlicet: Nicaenam Primam, et profiteor quod in ea contra Arium, damnatae memoriae, definitum est; Dominum JESUM CHRISTUM esse Filium Dei, ex Patre natum, Unigenitum, idest ex substantia Patris natum, non factum, consubstantialem Patri. Atque impias illas voces, recte in eadem Synodo damnatas esse, quod aliquando non (f. 175v) fuerit, aut quod factus est ex ijs, quae non sunt, aut ex alia substantia vel essentia, aut quod sit mutabilis vel convertibilis Filius Dei.

III. Constantinopolitanam Primam, secundam in ordine, et profiteor quod in ea contra Macedonium, damnatae memoriae, definitum est: Spiritum Sanctum non esse Servum, sed Dominum, non Creaturam sed Deum, ac unam habentem cum Patre et Filio Deitatem.

IV. Ephesinam Primam, tertiam in ordine, et profiteor quod in ea contra Nestorium, damnatae memoriae, definitum est: Divinitatem et Humanitatem, ineffabili, et incomprehensibili unione, in una Persona Filij Dei, unum nobis JESUM Christum constituisse, eaque de causa Beatissimam Virginem, vere esse Dei Genitricem.

V. Chalcedonensem, quartam in ordine, et profiteor quod in ea contra Eutychen, et Dioscorum, ambos damnatae memoriae, definitum est: Unum Eundemque Filium Dei, Dominum Nostrum Jesum Christum perfectum esse in Deitate, et perfectum in Humanitate, Deum verum et Hominem verum, ex Anima rationali et Corpore, consubstantialem Patri secundum Deitatem, Eundem consubstantialem nobis secundum Humanitatem, per omnia nobis similem, absque peccato, ante saecula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus Eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine, Dei Genitrice, secundum Humanitatem; unum Eundemque Christum Filium Dei Unigenitum, in duabus naturis, inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata differentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam Personam, atque subsistentiam concurrere, non in duas Personas partitum, aut divisum, sed unum eundemque Filium et Unigenitum, Deum verum Dominum Jesum Christum.

VI. Item ejusdem Domini Nostri Jesu Christi Divinitatem, secundum quam consubstantialis est Patri, et Spiritui Sancto, impassibilem esse, et Immortalem; Eundem autem Crucifixum, et mortuum tantummodo secundum Carnem, ut pariter definitum est in dicta Synodo et in Epistola Sancti Leonis, Romani Pontificis, ad beatum Flavianum Constantinopolitanum episcopum, cuius ore, Beatum Petrum Apostolum locutum esse, Patres in eadem Synodo acclamaverunt. Per quam definitionem damnatur impia haeresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, et in praefata Chalcedonensi Synodo decantato, Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miserere nobis, addebant: Qui crucifixus est pro Nobis; atque adeo Divinam Naturam Trium Personarum passibilem asserebant, et mortalem.

VII. Constantinopolitanam Secundam, quintam in ordine, in qua praefatae Chalcedonensis Synodi definitio renovata est.

VIII. (f. 176) Constantinopolitanam tertiam, sextam in ordine, et profiteor quod in ea contra Monothelitas definitum est: In uno Eodemque Jesu Christo Domino Nostro duas esse naturales voluntates, et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, et humanam Ejus voluntatem non contrariam, sed subjectam Divinae, Ejus atque Omnipotenti Voluntati.

IX. Nicaenam Secundam, septimam in ordine, et profiteor, quod in ea contra Iconoclastas definitum est: Imagines Christi, ac Deiparae Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, et retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

X. Constantinopolitanam Quartam, octavam in ordine, et profiteor in ea Photium merito fuisse damnatum, et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum.

XI. Veneror etiam et suscipio omnes alias Universales Synodos, authoritate Romani Pontificis legitime celebratas, et confirmatas, et praesertim Florentinam Synodum, et profiteor quae in ea definita sunt, videlicet:

XII. Quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio, et ex Utroque aeternaliter est, et Essentiam Suam, suumque Esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter, tanquam ab uno Principio, et Unica Spiratione procedit.

XIII. Item dictionem illam (Filioque) veritatis declarandae gratia et imminente necessitate, licite ad rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

XIV. Item in azymo, sive fermentato, pane triticeo, Corpus Christi

veraciter confici, sacerdotesque, in alterutro ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta Suae Ecclesiae, sive Orientalis, sive Occidentalis consuetudinem.

XV. Item si vere paenitentes in Dei Charitate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, et omissis, eorum animas paenis purgatorijs post mo_tem purgari, et ut a paenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum Suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, Orationes, et Eleemosinas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiae instituta; Illorumque animas, qui post Baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutae, sunt purgatae, in Caelum mox recipi, et intueri clare Ipsum Deum Trinum et Unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius; Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, paenis tamen disparibus puniendas.

XVI. Item Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in Universum Orbem tenere Primatum, et ipsum Pontificem Romanum Successorem esse Beati Petri, Principis Apostolorum, (f. 176v) et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae Caput, et Omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere; et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi Universalem Ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam, ut eadem Florentina Synodus asserit, in gestis Oecumenicorum Conciliorum, et in Sacris Canonibus continetur.

XVII. Item legalia Veteris Testamenti, seu Mosaicae Legis Ceremonias, Sacra Sacrificia, et Sacramenta, Domino Nostro Jesu Christo adveniente, cessasse, et post promulgationem Evangelij sine peccato observari non posse. Ejusdem etiam legis veteris, ciborum mundorum, et immundorum differentiam, ad Ceremonialia pertinere, quae, surgente Evangelio, transierunt.

XVIII. Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Judaeos et Gentiles dissensionis materia tolleretur, cuius Apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus.

XIX. Pariter veneror, et suscipio Tridentinam Synodum, et profiteor, quae in ea definita et declarata sunt, et praesertim: offerri Deo in Missa verum, proprium, et propitiatorium Sacrificium pro vivis, et defunctis, atque in Sanctissimae Eucharistiae Sacramento (:iuxta fidem

quae semper in Ecclesia Dei fuit:) contineri vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum Anima et Divinitate Domini Nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, fierique conversionem totius substantiae Panis in Corpus, et totius substantiae Vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat, et sub unaquaque specie et singulis ejusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri.

XX. Item septem esse Novae Legis Sacramenta, a Christo Domino Nostro instituta ad salutem Humani Generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Paenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem iterari non posse.

XX. Item Baptismum esse necessarium ad salutem, ac proinde si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse, et a quocunque et quandocunque sub debita materia, forma, et intentione collatum esse validum.

XXII. (f. 177) Item Sacramenti Matrimonij vinculum indissolubile esse, et quamvis propter adulterium, haeresim, aut alias causas possit inter Conjuges thori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas esse.

XXIII. Item Apostolicas et Ecclesiasticas Traditiones suscipiendas esse et venerandas.

XXIV. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano Populo maxime salutarem esse.

XXV. Pariter, quae de peccato originali, de justificatione, de Sacrorum Librorum tam veteris quam novi Testamenti indice, et interpretatione, in praedicta Tridentina Synodo definita sunt, suscipio et profiteor.

XXVI. Caetera iterum omnia suscipio, et profiteor, quae recipit et profitetur Sancta Romana Ecclesia, simulque contraria omnia et Schismata, et Haereses ab eadem Ecclesia damnatas, rejectas, et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio et anathematizo.

XXVII. Insuper Romano Pontifici, Beati Petri, Principis Apostolorum Successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro.

XXVIII. Hanc fidem Catholicae Ecclesiae, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam, usque ad extremum vitae spiritum,

constantissime, Deo adjuvante, retinere, et confiteri atque a meis subditis, vel illis quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri, et praedicari, quantum in me erit, me curaturum. Ego idem...

Spondeo, Voveo, et Juro.
Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

Etiam in Confraternitatibus spectare licet ordinem, quandoquidem et saecularis Respublica, cum illi desit certa sufficientia, alterius Reipublicae sublevatur subsidio. Quapropter id, quod a recto ordine per vicissitudines temporum discrepare videtur, reinducere incumbit nobis, ut Confraternitates omnes particulares in Civitatibus, Oppidis et Pagis, a Generali Confratre Cathedrae Premisliensis, in omnibus suis, vel maxime in gravibus dispositionibus, habeant dependentiam.

Requiritur ergo omnino, ut Generales Confraternitates inter (f. 177v) se tres, secundum tres Episcopatus, scilicet Cathedrae Premisliensis, Sanocensis, et Samboriensis, eligant viros idoneos huic Officio de qualibet Ecclesia Cathedrali per unum Confratrem, qui Privilegia, Iuris negotia, et omnes, si aliquaecunque et quomodocunque occurrere poterunt, dispositiones revideant, connotent, et in uno volumine conscripta teneant, atque Generali totius Dioecesis Procuratori ad manus mittant; de omnibus proventibus, etiam expensis, in praesentia Reverendi Domini Decani sui, singulis annis calculationem faciant, et ordinem debitum, solita methodo in *Praxi Episcopali*, parte 2da, capite tertio, folio ducentesimo trigesimo sexto expressa, non obstantibus quibusvis Privilegijs in contrarium emanatis, et ad exemplum aliarum Confraternitatum, Ecclesiasticae Confraternitatis conservent.

Etiam illorum erit officij, longa dissuetudine totaliter eum, qui jam evanuit, reinducere ordinem, praesertim hunc, ut a Matricibus Ecclesiis, quae de possessionibus cujuscunque civitatis et Pagi fundatae sunt, deinde aliae erectae Basilicae, ut ab illa tanquam a Matrice ordinatae, habeant tanquam a Superiori Capite dependentiam, tam in decantandis Deo laudibus, quam etiam in aliis Cerimonijs, sub tempus Processionum diebus solennitatis, in locum Dei dicatum, et in quavis alia coordinatione, qui, absque scitu Reverendi Domini Decani, ne minimam quidem bonorum ecclesiasticorum glebam amovere, apparatus vendere, nec ornamenta quaevis in auro oppignorare audeant, sed in omnibus juxta obloquentiam Privilegij, die decima Iunii, Millesimo sexcentesimo octogesimo septimo emanati, regere se debent.

Quoniam Procurator Causarum Generalis, de quo supra facta est mentio, in Episcopatu Premisliensi, qui tam in Civilibus, quam in Criminalibus, de injuriis Bonorum et Personarum pleno ageret Iure, vel maxime

est necessarius, igitur in praesenti sessione creare illum est visum. Et sic, cum animadverterimus sufficientem Reverendum Dominum Constantinum Drapski, Presbyterum et Decanum Tarnogrodensem, hujus functionis capacem, quandoquidem omnes Reverendi Domini Decani in eum consenserunt, cui propter promovendas Causas Juris, etiam pro labore annuam colligunt provisionem, de quovis Poponatu quindecim asses, quoniam singulae singulis (f. 178) Iure agendi occurrunt occasiones, et contribuunt cum studio; quam provisionem pro Reverendo Domino Procuratore, Reverendi Domini Decani collectam, ad Reverendum Dominum Decanum, et Confraternitatis Superiorem Ecclesiae Cathedralis, proventum pro festo Sancti Michaëlis quotannis referre, iidem sub regestro, pro solatio Reverendi Domini Procuratoris, et expensis Iuris erogare debebunt. De qua collectione floreni polonicales trecenti, in vim gratitudinis et laboris, et residuitas ad promovenda Juris negotia cedere debent. De quibus omnibus expensis ad tractanda negotia Iuris, Reverendus Dominus Procurator ad calculationem coram loci Ordinario, vicissim etiam R.ndus Dominus Decanus, et Confraternitatis Superior Confrater, perceptionis ex tota Dioecesi rationem dare tenebuntur.

Si autem aliqua negotia Juris Caenobiorum intervenerint, et viderentur Religiosis Patribus etiam per Reverendum Dominum Procuratorem haec promoveri posse, tunc separatim pro exigentia status Causae, propter tractanda Iuris negotia, etiam pro labore Reverendo Domino Decano Tarnogrodensi, Procuratori Generali, ipsi Patres Religiosi contribuant et provideant, sub dispositione Admodum Reverendi Patris Provincialis.

Hoc etiam in praesenti Congregatione statuitur, ut quovis Triennio elapso, similis Congregatio, jam absque Universalibus loci Ordinarij, in praxim et usum deveniat, secunda septimana post Resurrectionem Domini; in qua aut approbatio, aut mutatio Officiorum, omnibus Reverendis Dominis Decanis salva, reservatur.

Interim, quemadmodum elapso anno, ex Congregatione Samboriensi, Nos Clerus, in Persona loci Ordinarij et Dominorum Praelatorum lateri adhaerentium, Equester vero Ordo per Magnificum Dominum Eustachium Szeptycki, Venatorem Buscensem, et Magnificum Dominum Petrum Blazowski, Ensiferum Mielnicensem, unanimi sensuum et affectuum combinatione, animas nostras Benedictrici Sanctae Sedis Apostolicae Dexterae subjecimus, ita etiam hos nostros (f. 178v) praesentes, circa meliorem Ordinem, et firmanda mutuae charitatis principia, conatus, Benedictionum Plenitudini, et Scabello ejusdem Sacrae Sedis Apostolicae subjicimus. Cedant omnia ad majorem Dei Gloriam atque aeternam reliquiarum Israël salutem.

Haec omnia Actuum Dioecesanae Congregationis Sancita, propter

valorem majorem et certitudinem, Nos Episcopus, cum omnibus Praepositis Spiritualibus, manu propria subscribimus.

Innocentius Winnicki,
Episcopus Premisliensis, Sanocensis, et Samboriensis (mpp.).

Martianus Winnicki, Ordinis Sancti Basilij Magni, Dioecesis Premisliensis Praepositus Provincialis (mpp.).

Hieromonachus Vitalius Baraniecki, Hegumenus Lauroviensis (mpp.).

Dementianus Chodzkiewicz, ordinarius Ecclesiae Cathedralis Premisliensis Concionator (mpp.).

Eliseus Koropczak, Hegumenus Monasterii Dobromiliensis (mpp.).

Hieromonachus Metrophanus Radziminski, Hegumenus Monasterij Lisznensis, Oeconomus Episcopatus Premisliensis (mpp.).

Hieromonachus Hieronymus Panasewicz, Hegumenus Derazycensis, Decanus Drohobycen. (mpp.).

Hieromonachus Terentius, Hegumenus Monasterij Szczeplocensis (mpp.).

Hieromonachus Sylvester, nomine Hegumeni, et totius Conventus Czernilaviensis (mpp.).

Hieromonachus Theophilus, Hegumenus Ulicensis (mpp.).

Joannes Rewkiewicz, Praepositus Officialis Generalis Premisliensis (mpp.).

Basilius Borecki, Decanus Premisliensis (mpp.).

Joannes Narolski, Vicarius in Spiritualibus et Decanus Jaroslaviensis, suo et Vice Decani Oleszycensis nomine (mpp.).

Constantinus Drapski, Vicarius et Decanus Tarnogrodensis, Notarius Publicus Sanctae Sedis Apostolicae (mpp.).

Joannes Strzelbicki, Decanus Antiquae Sambor. (mpp.).

Joannes Balinski, Decanus Strijensis (mpp.).

Joannes Komarnicki, Decanus Lezayscensis (mpp.).

Basilius Lopuszanski, Decanus Wysoczanensis (mpp.).

Stephanus Wolczanski, Decanus Zukotynensis (mpp.).

Ignatius Podluski, Decanus Javoroviensis (mpp.).

Joannes Zubcewicz, Decanus Birecensis (mpp.).

Petrus Wolanski, Decanus Jasliscensis (mpp.).

(f. 181) Stephanus Wislocki, Decanus Miscioviensis (mpp.).

Joannes Zahutynski, Decanus Sanocensis (mpp.).

Gregorius Holubowski, Decanus Liscensis (mpp.).

Gregorius Pellecki, Decanus Pellecensis (mpp.).

Joannes Komaniecki, Decanus Crosnensis (mpp.).

Andreas Telesznicki, Decanus Pruchnicensis (mpp.).

Nicolaus, Decanus Mosciecensis (mpp.).

Michaël Gielewicz, Decanus Mokrzanensis (mpp.).
Basilius Semionowicz, Decanus Grodecensis (mpp.).
Theodorus Janowski, Decanus Visnensis (mpp.).
Nicolaus Skotynski, Decanus Lubaczoviensis (mpp.).

## 94.

*Vienna, 6. VI. 1693.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis refert, ut videtur, Praefecto Congregationis de Prop. Fide de suo statu et statu eparchiae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 516, fol. 79rv.

Emin.mo Signore.

Ritrovandomi in Vienna per certi affari della mia Diocesi, tra le memorie che ho di Roma, è singolare quella di V.E., mio Patrono gratiosissimo, in segno della quale con la presente riverentemente la saluto, e gli desidero perfetta sanità, e lunga vita. Io con tutto che mi sia più volte amalato, da che entrai nell'Ungaria, di presente però me la passo con sanità competentemente bona, e spicciati che havrò gl'affari me ne ritornerò à Munkacz. Ivi con la gratia di Dio si è già radicata la S. Unione e felicemente distesa in quasi tutta la Diocesi, di modo che nell'Ungaria superiore, cioè dal Danubio fino alla Polonia, la maggior parte delle Chiese Rutene, fin a quattrocento in circa, sono già unite, e spero che col tempo tutte si uniranno. Adesso vò cercando il modo per la conservatione, e propagatione della S. Fede e l'unico è l'erettione in queste parti di qualche Seminario, o scuola, di dove si possano havere soggetti per applicar alle Chiese, mentre v'è da per tutto una somma ignoranza. E se ben per la scarsezza delle mie rendite non potrò subito far un'opera compita, al men darò io il principio, e Dio darà l'accrescimento, e già comincio à vederne gl'effetti, mentre questi giorni l'Eminentissimo Signor Cardinale de Kolonicz, per sua carità e zelo, ha applicato del proprio più di cinque milla fiorini renensi per compra di qualche stabile, et un gentilhomo greco offerisce tre mila fiorini, se gl'otterò da Sua Maestà una gratia, la quale è fattibile, e spero d'haverla. Ho anche composto un Catechismo secondo il bisogno di queste genti, che lo fò tradurre in lingua Rutena per darlo alle stampe, e spargerlo per la Diocesi, mentre i libri che hanno, essendo stampati dalli Scismatici, son pieni d'errori. Molte particolarità vi sarebbero da scrivere intorno agl'andamenti, e progressi da che io son venuto in queste parti, ma perchè sò che chi scrive di se dà più presto qualche ombra, che credito, però mi sono ritenuto, tanto più che continuando la Segretaria nel modo che l'ho lasciata, (f. 79v) le mie lettere pervenendo colà non

havrebbero visto mai luce; però mi son contentato di corrisponder solo col suddetto Signore Cardinale de Kolonicz, che per esser uno della S. Congregatione de Propaganda, basta per sodisfatione del mio dovere. In tanto sia pur certa V.E. che se fin'hora non gl'ho scritto più volte, ciò non è stato per diffetto di memoria, ma perchè la posta per quelle nostre parti non corre, et anco per non tediarla. E con la dovuta riverenza gli baccio le sante mani.

Vienna, 6 Giugno 1693.

Di V.E. humilissimo, obligatissimo Servitore

Gio. Giuseppe de Camillis, Vescovo di Sebaste, e Munkacz (mpr.).

## 95.

*Ante 15. VI. 1693.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis instat apud Imperatorem de quadam causa in comitatu Satmariensi.*

HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 280, pag. 364.

Sacr.ma C. R.que Mat.tas, D.D. Col.me.

Hum.me Mat.ti V.SS. repraesentare volui, qualiter anno praeterito proxime elapso certus Graecus mercator in oppido Gyarmat in cot.tu Zathmar sito insperate, repentina morte, sine consolatione haeredum extinctus esset, cujus substantiolam ejusdem oppidi iudex, non scitur quo instinctu quave ex ratione, pro se et suis occupasset. Quia vero secundum iustitiam et ritum nostrum talis substantia non alio, quam ad eccl.am devolveretur, ideo Mat.ti V.SS. hum.me supplico, dignetur sua ex innata clementia i. cot.tui Zathmar clem.me demandare, quatenus eundem judicem oppidi ejusdem Gyarmat superius specificati ad restituendas res tales ab intestato ad se receptas compellere vellet ac debeat. Quam gratiam hum.mis servitiis meis promereri adnitor.

SS. Mat.tis V. hum.mus capellanus

Jo. Jos. De Camillis, Ep.pus Munkacziensis.

## 96.

*Lelesz, (17. VII.) 1693.*

*Episcopus Varadiensis Augustinus Benkovits attestat quamdam scripturam Comitum Aspermont de bonis ecclesiasticis, in favorem eparchiae Mukačoviensis datam.*

ARCHIV. CONVENT. LELESZ, *Protocolli*, vol. 106-07, fol. 198.
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 283, pag. 367.

Nos Augustinus Benkovich, Ep.pus Varadiensis etc. memoriae commendamus etc. quod Ill.mus et Rev.mus D. Jos. De Camillis Gr. R. unit. Ruthenorum ep.pus Munkacsiensis nostram personaliter veniens in praesentiam exhibuit et praesentavit nobis quasdam literas recognitionales cels.morum principis Francisci Ràkòczy, D. Julianae Barbarae, comitissae ab Aspermont, natae principissae Ràkòczy et D. comitis Ferdinandi Goberti, comitis Aspermontis de et super 5483 flor. Rhen. apud eosdem in restantiis haerentibus, Eminent. Principi ac D.D. Leopoldo S.R.E. presb. Card. a Collonich debentibus, per eundem D. Cardinalem justum ejusdem summae interesse 5% annuatim pendendum pro ep.patu Munkacsiensi ex pia ordinatione deputatis, dictorum Dominorum et Dominae manuum subscriptionis et sigillorum appressionibus, ex consensu D. comitis Adami de Bottyan, constituti eorundem curatoris, Viennae, die 16 m. Apr. a. infrascripti emanatis et corroboratis tenoris infrascripti, petens nos debita cum instantia, quatenus nos easdem literas de verbo ad verbum transsumi praesentibusque literis nostris inseri et inscribi facere juriumque ejusdem D. Ep.pi futura pro cautela necessariis sub sigillo nostro usuali et authentico extradere dignaremur. Quarum tenor sequitur hoc modo: Nos infrascripti... Unde nos hujusmodi petitioni praememorati D. exhibentis tamquam juste et legitime nobis factae annuentes et acquiescentes, praescriptas illas literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte variatas aut suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes de verbo ad verbum sine diminutione et augmento varationeque aliquali transsumi praesentibusque literis nostris patentibus inseri et inscribi facientes in transsumptoque praesentium literarum nostrarum sub sigillo nostro conventuali usitato et authentico jurium ejusdem D. Ep.pi futuram uberioremque ad cautelam necessarias, communi suadente aequitate, dandas esse duximus et concedendas.

Datum in festo b. Alexii confes., A.D. 1693.

## 97.

*Premislia, 9. IX. 1693.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj de progressu Unionis in sua eparchia refert ad Cardinalem C. Barberini.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 450rv.
MUH, vol. IV, pag. 220, nr. 130.

Ex literis Domini Innocentij Winnicki, Episcopi Premisliensis Uniti, Domino Cardinali Carolo Barberino conscriptis, sub datum Praemisliae, die 9. 7bris 1693.

Debito Eminentissimam Dominationem Vestram adoraturus cultu, gratum fore existimavi, nova S. Unionis incrementa Eminentiae Vestrae deferre patrocinioque suo recommendare. Cum Pastoris oscitantia Divinae resistens voluntati, a salutari pascua, et ab ovili Christi concreditum sibi gregem frustratum esse velit, ipsa Spiritus Sancti cooperatio, uti in mea Dioecesi Magnalia cum Populo suo fecit, ita iam et in Leopoliensem salutifero caepit influere effectu, Magnifico Domino Andrea Zurakowski, Tribuno Haliciensi, mirabili quondam Schismatis Propagatore sapientia, opibus, et virtute pariter instructissimo, a me multoties Apostolicis monitis in publicis Comitiorum consultationibus, pro antiqua confidentia perstricto, convicto, et prostrato, viam veritatis recognoscente, sinumque matris Sacrae Romanae Ecclesiae amplectente, et monasterium PP. Basilianorum de nova radice in bonis suis erectum Sacrae Sedi Apostolicae subijciente. Quem ego roborando in praeconcepto (f. 450v) zelo, ordinavi missionarios meos cum plenitudine potestatis, quatenus omni spiritualis obsequij officio, praedicatione verbi Dei, celebratione, ac Sacramentorum administratione perpetuam iurisdictionem, et residentiam fundarent, consequenter ex tam insigni conversione auream animarum messem in horreum magni Patris familias, Summi Pontificis Romani deportarent. Et quidem Pastoralis sollicitudinis meae ipso die Assumptionis Gloriosissimae Virginis, frendente, et tabescente mercenario Pastore, Superi annuere. Faxint iidem, ut etiam Pastor R.ndissimus Dominus Sumlanski et ante me, et una mecum aliquoties super amplectendam S. Unionem iuratus, lumen veritatis, et fulgorem S. Romanae Ecclesiae videat. Mihi quidem (centies cum Apostolo repeto) absit gloriari, nisi de infirmitate mea, ast pro tenuitate mea ad augendum commune Ecclesiae bonum possibilia non desino scrutari media. Coadunata iam Dioecesis Iurisdictione notabiliores congregavi Praelatos, ut S. Unionem salutaribus firmarem consilijs, Fidei professionem, iuxta Orientalium consvetudinem, a SS.DD. Urb. VIII, Pontifice Maximo, ordinatam, exequendam omnibus mandarem. Et quidem ipso Ill.mo Domino (f. 451) Metropolitano meo approbante, omnino necessarium induxi ordinem, quatenus etiam collaterales currant in odorem unguentorum Domini.

## 98.

*Chelma, 15. IX. 1693.*

*Episcopus Chelmensis G. Oranskyj Secretario P.F. gratias agit de alumnatibus pontificiis mittitque novum ex eparchia Chelmensi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 452.

Ill.me et R.dme Domine, Domine et Patrone Col.me.

Innixus gratiae Dioecesi huic, et Pastoribus illius benigne a S. Congregatione olim, sub piae memoriae Praedecessore meo, Jacobo Susza, concessae,[38] ut duo Iuvenes Religiosi Basiliani in Collegio eiusdem S. Congregationis suscipi et severioribus disciplinis imbui possint, qui deinde digni evaderent operarij in hac parva vinea Domini, licet capacissima laborum Apostolicorum et propagandae Religionis Catholicae, utpote undique obsita spinis et verticis Schismatis.

Mitto de facto unum Juvenem Religiosum Professum, Fratrem Basilium Procewicz,[39] supplexque oro Ill.mam Dominationem Vestram, uti Secretarium S. Congregationis, quatenus eum benigne suscipere dignetur et Cathalogo Alumnorum praedictae S. Congregationis, in Collegio eiusdem accensere; ut una cum alijs ad Apostolicos labores aptari possit, uberemque suo tempore frugem in Hortum Ecclesiae Catholicae, conversionis maxime Schismaticorum afferre; Missurus brevi et alium, ut completa fiat gratia S. Congregationis (qua non uti ingratitudo quaedam esset), dummodo aliquantum, ex tot sumptibus, quos (f. 452v) feci, tum pro consecratione mea, tum pro alijs necessitatibus huius Dioecesis respirem. Interim me gratijs Ill.mae D.nis Vestrae humillime comendans maneo.

Ill.mae et R.dmae D.nis Vestrae humillimus servus

Gedeon Oranski, Episcopus Chelmensis Ruthenus (mp.).

Datum Chelmae, 15. 7bris 1693.

(f. 453v): Ill.mo et R.mo D.no D.no S. Congr. de Prop. Fide Secretario D.no et Patrono Col.mo.

## 99.

*Mukačevo, 6. X. 1693.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis perficit assignationem fundorum ecclesiasticorum in comitatu Bereghiensi, iuxta tenorem diplomatis imperatorii; enumeratio valde minuta et utilis.*

Archiv. Ep. Užhorod., *Litt. privil.*, nr. 20 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 286, pag. 370.

---

[38] Jacobo Susza, Episcopo Chelmensi (1652-1686); cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. II, pag. 54, nr. 31 et vol. III, pag. 209, nr. 137 etc.

[39] Basilius Procewycz, nat. an. 1673, Alumnus Coll. de Prop. Fide (1693-1699); anno 1713 electus Protoarchimandrita Basilianorum (1713-1717). Obiit die 5 Maii 1726. Cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 276-7.

Cot.tus Bereghiensis. Assignatio fundorum ecclesiasticorum pro parochis et magistris, facta diebus 5 et 6 Octobr. 1693, in ven. monasterio Munkacz. s. Nicolai, ab infrascriptis juxta ben. Suae SS. Mat.tis diploma, emanatum die 23 Aug. 1692.[40]

Ven. *eccl.a cathedralis s. Nicolai* prope oppidum Munkacz prout fuit semper mater, sic et inposterum. Filiales sint Orozvegensis et Munkacz. eccl.ae. — *Lohow*, quae habet fundum parochialem cum suis pertinentiis, sit materna. Filiales sint Leniowtse et Lawka cum suo fundo parochiali assignato cum pertinentiis ab Ill.mo Ep.po Munkacs. ter.ri D.no, qui fundus sit pro magistro. — *Bobowiszcze*, quae similiter habet pro parocho et magistro assignatum fundum ab eodem D. Ep.po ter.ri illius D.no, sit mater, filiales vero sint Hribowtse et Szerenczowtse. — *Iwanowtse*, quae habet fundum jam assignatum a DD. ter.ribus parocho cum terris arabilibus et pratis, sit mater, filiales vero sint Ruske et Kleczanow cum omnibus pertinentiis. — *Rakosin*, quae habet fundum cum pertinentiis assignatum a DD. ter.ribus, sit mater, filiales vero Dawidhaz et Kaidanow. — *Czerleniow*, quae habet fundum assignatum a DD. ter.ribus, sed quia est destructus ab aqua, loco illius assignatur alius fundus desertus, qui est a parte meridionali cum suis pertinentiis. Filialis sit Zniacow, quae habet fundum cum pertinentiis, et hic sit pro magistro. Verum homines habitant in silva. — *Kuzmino*, hic fundus pro habitatione parochi, et magistro assignatur ille desertus, qui est prope eccl.am. Terras arabiles assignent DD. ter.res infra 2 quindenas, postquam fuerint admoniti a D. Ep.po Munkacz., alias assignabitur ab ipso D. Ep.po. Filialis sit Kucziawa. — *Paganiow*, ibi cum nullus sit fundus, suspensus est sacerdos sub poena excommunicationis, quousque DD. ter.res non assignent fundum cum terris arabilibus pro parocho et magistro. — *Kopiniowtse*, haec habet fundum tantum pro parochi habitatione, ideo additur ipsi alius fundus desertus, qui est prope illum cum suis pertinentiis, ut sit pro eodem parocho et pro magistro. Filiales sint Nikolowtse et Medwedowtse. — *Czopowtse*, habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur fundus proximus desertus a superiore parte fundi parochialis. Filiales sint Zukowo et Kalnik. — *Pozniakowtse*, habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi proximi deserti. Filiales sint Fedelesowtse et Herczowtse. — *Goronda*, habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi proximi deserti. Filialis sit Zniatin. — *Strabiczow*,

[40] Prout patet ex ipso facto praesentis assignationis bonorum diploma hoc revera prodiit anno 1692 et non an. 1694, prout in plurimis locis nostri voluminis notant fontes, forsan non attente descripti. Hanc diem et annum hic expresse sublineamus maioris evidentiae gratia.

habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi proximi deserti. — *Luczka*, habet fundum cum pertinentiis, ibi habitat rusticus et expellatur. Magistro assignetur medietas fundi proximi deserti. — *Wiznica superior*, assignatur fundus cum pertinentiis ille, in quo de facto manet P. Basilius. Magistro sit medietas fundi, quem jam assignaverat principissa Bathori Sophia. Filiales sint Kloczki cum fundo eccl.tico jam assignato a DD. ter.ribus et Sidorowtse. — *Wiznica inferior*, habet fundum assignatum a DD. ter.ribus. Magistro assignatur medietas fundi deserti vocati Zubkow. Filialis sit Kosino cum suo fundo et pertinentiis. — *Dunkofalva*, fundus assignatur ille desertus, qui ab antiquo fuit parochialis, cum suis pertinentiis. Magistro vero assignatur fundus, in quo de facto habitat P. Gregorius, qui fundus est medius. Filiales sint Dubina et Hlinianec. — *Selestow*, habet fundum assignatum a DD. ter.ribus cum pertinentiis, et quia habitat rusticus, expellatur. Filialis sit Kolczin cum fundo eccl.tico, qui fundus sit pro magistro. — *Brestow*, habet fundum ab antiquo cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope eccl.am. Filiales sint Lecowitsa et Ploskenowitsa. — *Bistra*, habet fundum assignatum a D. ter.ri pro sola habitatione, terras vero arabiles assignent pagenses, cum omnes illas vel emerint vel proprio labore exstirpaverint. Et hoc faciant infra terminum assignandum a D. Ep.po Munkacz. sub poena suspensionis et interdicti. Magistro assignatur fundus, in quo habitat P. Demetrius, qui est medius. — *Stroino*, assignatur fundus desertus cum suis pertinentiis, qui ab antiquo fuit eccl.ticus, magistro vero assignatur medietas fundi deserti, qui est illi proximus. Filialis sit Brustrow. — *Dusino*, habet fundum cum pertinentiis ab antiquo. Magistro assignatur medietas fundi olim sacerdotis Gregorii Mikowicz. Filialis sit Rososi. — *Plawia*, habet fundum assignatum a DD. ter.ribus cum suis pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi prope parochiam, a superiori parte. — *Martin*, habet fundum assignatum a DD. ter.ribus cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope parochialem. Filialis Tibowa. — *Sasowka*, habet fundum assignatum a DD. ter.ribus cum pertinentiis. Magistro assignatur fundus in quo habitat P. Basilius. — *Soloczin*, habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignetur a pagensibus medietas fundi ad intimationem D. Ep.pi Munkacz. — *Ploska*, habet fundum cum suis pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope parochialem. Filiales sint Zwor, Oleniow et Pawlowo. — *Swalawa*, habet ab antiquo fundum cum suis pertinentiis omnibus. Et pro magistro est fundus. — *Nelipino*, habet ab antiquo fundum cum suis pertinentiis. Est et pro magistro fundus. Filialis sit Hankowitsa. — *Semiklos*, habet ab antiquo fundum cum suis pertinentiis. Magistro assignetur fundus a pagensibus ad intimationem D. Ep.pi Munkàcz., cum omnes sessiones

sint ab illis occupatae. — *Holubinno*, habet ab antiquo fundum cum suis pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope parochialem. — *Polana*, habet fundum cum pertinentiis. Filiales sint Diskowitsa et Uklin, hujus eccl.ae fundus parochialis sit pro magistro. — *Suskowo*, aliter dicta *Iowbowitsa*, habet ab antiquo fundum cum pertinentiis. Filialis sit Passika, hujus eccl.ae fundus parochialis pro magistro. — *Repede*, habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur fundi medietas deserti prope templum. Filiales sint Dubrowitsa, Olchowitsa et Bukowinka. — *Podhoran*, habet ab antiquo fundum cum pertinentiis. Est et pro magistro fundus. Filiales sint Kenderes et Kustanowitsa. — *Negrowo*, habet fundum parochialem cum omnibus pertinentiis. Magistro assignetur fundus a DD. ter.ribus, cum sint multi, ad intimationem D. Ep.pi, sub poena suspensionis et interdicti. Filiales sint Almas et Zaluzie. — *Lalowo*, assignatur fundus cum suis pertinentiis pro parocho, ille, in quo de facto manet sacerdos, et magistro assignatur medietas fundi deserti prope illum. Filiales sint Berezowa et Fogaras. — *Barbow*, habet fundum cum omnibus suis pertinentiis. Filiales sint Pistralow cum suo fundo parochiali et pertinentiis, qui nunc est desertus, et Makhrow cum suo fundo parochiali et pertinentiis, et hic sit pro magistro. — *Sarkad*, habet suum fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur fundi medietas deserti prope parochialem. Filiales sint Dunkowica et Remeta. — *Ardanowo*, habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope parochialem. Filialis sit Midianitsa. — *Dorobratow*, assignatur parocho fundus cum suis pertinentiis, in quo de facto sacerdos habitat, magistro vero assignatur medietas fundi deserti prope templum. — *Zawidow*, assignatur parocho fundus desertus vocatus Hermanowic cum suis pertinentiis. Filiales sint Nawoselitsa et Stanowo, et medietas fundi deserti cum suis pertinentiis, qui est prope hanc eccl.am assignatur magistro. — *Babiczi*, assignatur parocho fundus desertus cum suis pertinentiis, qui est prope eccl.am, et medietas alterius proximi pro magistro. Filiales sint Dilok et Pokutia. — *Zahatia*, assignatur parocho fundus cum suis pertinentiis, in quo P. Pantaleon manet. Filialis sit Kolodnoie, hic assignatur pro magistro medietas fundi deserti prope eccl.am. — *Deskowitsa*, habet fundum cum suis pertinentiis assignatum a DD. ter.ribus. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope eccl.am. Filialis sit Bröd. — *Czornopatak*, habet fundum cum suis pertinentiis assignatum a DD. ter.ribus. Filiales sint Nowoselitsa, Martinskoie et Woloskoie. Magistro assignatur medietas fundi deserti, qui est prope eccl.am Woloskensem. — *Iwaskowitsa*, fundus assignatur parocho ille, in quo manebat sacerdos, cum suis pertinentiis, magistro vero assignatur medietas fundi proximi deserti. Filiales sint Nagyabramka et Kobalewitsa. — *Tisow*,

habet fundum cum suis pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope illum. Filiales sint Medwezia, Kotilnitsa, Kisbistre et Sutowitsa. — *Latorka,* habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi proximi eccl.ae. Filiales sint Nagybistra et Borsuczini. — *Zawadka,* habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope eccl.am. — *Podpoloz,* habet ab antiquo fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope parochialem. Filialis sit Abramka cum suo fundo parochiali et pertinentiis. — *Zdeniow,* habet fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope illum. Filiales sint Zbina et Serbowets cum suo fundo parochiali. — *Wereckie superior,* habet ab antiquo fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope eccl.am. Filialis sit Lazi. — *Wereckie inferior,* habet ab antiquo fundum cum pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope templum. — *Huklowo,* ibi sunt 2 eccl.ae cum fundis parochialibus et pertinentiis. Superior, dicata s. Michaëli, habeat pro filiali Wereteczow. Inferior, dicata s. Nicolao, habeat pro filiali Tomolas. Magistris assignatur fundus desertus, qui est prope eccl.am s. Michaelis, medietas cuilibet. — *Skotarskie,* habet fundum cum suis pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti, ubi habitabat sacerdos senex. — *Kanora,* habet fundum cum pertinentiis. Filialis sit Wolowec cum suo fundo parochiali deserto, iste fundus sit pro magistro. — *Rostoka Keminciowa,* habet fundum cum suis pertinentiis, qui potest sufficere et pro magistro. — *Werbiaz,* habet fundum cum pertinentiis et prope illum fundus est pro magistro. — *Klimowa Rostoka,* habet fundum cum suis pertinentiis. Magistro assignatur medietas fundi deserti prope illum. Filialis sit Keczërne. — *Bukowec,* habet fundum cum pertinentiis. Filiales sint Paskowec et Perechrest cum suo fundo parochiali et pertinentiis, iste sit pro magistro. Monasterium Msticzowiense sit eccl.a materna, filiales vero sint Msticzow et Lukowo. — *Bilka,* ubi duae sunt eccl.ae. — *Dubrowka* sit materna, filialis vero Irsava, Oszoi. — *Ilnica,* ubi sunt duo templa utrumque maternum. Filialis superioris Olhaczertéz, filialis vero inferioris Brod. — *Kewiazd,* materna. Filialis Bogorowitsa.

Omnes sacerdotes, qui habitant in fundis eccl.ticis, qui ab ipsis vel ab eorum antecessoribus fuerunt in partim empti ibique expensas fecerunt aedificando, reficiendo, bonificando, cesserunt omni jure praetensionis, ut ipsis vel suis haeredibus refundantur expensae a parochis subsequentibus, hoc est, ut nec praesentes nec eorum haeredes possint quidquam praetendere.

Constitutiones. In hoc toto cot.tu Beregh. cum sint aliquot pagi, in quibus nulli sunt fundi pro parochis et magistris et in uno pago nulli

sunt DD. ter.res, propter quod difficile fuit assignare fundos, ne praejudicetur alicui, decretum fuit, quod illi fundi, in quibus de facto habitant parochi, sint exempti quousque a DD. ter.ribus concorditer assignabuntur alii, prout in congregatione cot.tensi promissum fuit. — Nullus fundus eccl.ticus sit haereditarius in familia sacerdotis possidentis, sed cadat a parocho ad parochum ita, ut parochus, qui actualiter erit in oppido vel pago, possideat illum cum domo et omnibus pertinentiis quousque manebit in off.o parochiali. Illo vero demoto vel defuncto, statim ejus consanguinei relinquant totum pro successore. Et ex istis fundis nihil teneatur parochus praestare D. ter.ri et multo minus pro illo laborare. Hoc idem intelligatur et de cantoribus sive magistris scholarum. — Nullus parochus possit apud se praeter servos necessarios retinere colonos alienos, ut sub ejus umbra subterfugiant labores et contributiones debitas suis DD. ter.ribus vel cot.tui, et si retinebit, licet pro suo successo servitio, nullum tamen ex hoc coloni possesionati privilegium immunitatis et exemptionis praetendere possint. — Nullus sacerdos praeter fundum eccl.ticum possideat nec arendat alium fundum colonicalem, sed si vult terras colonicales colere, illas conducat de anno ad annum cum hac unica conditione, solvendi pretium secundum conventionem faciendam. Hoc idem mandatur et cantoribus sive magistris. — Sacerdotes Rutheni cum S.R.E. uniti debebunt iisdem privilegiis immunitatis et libertatis frui, quibus de jure fruuntur sacerdotes catholici Ritus Latini, prout mandat Sua M.tas SS. ita, ut si isti erunt liberi a publicis contributionibus, sint et illi, si autem isti contribuere debebunt, debebunt et illi, quilibet tamen tamquam unus Nobilis unius sessionis non habens subditos. Et ut melius servetur discretio, debebit fieri distributio sive impositio contributionum per Ill. et Rev.mum D. Ep.pum Agriensem sive Munkàcz, et per hujus officiales exigi, non vero per officiales DD. ter.rium sive cot.tus. Hoc idem intelligatur et de cantoribus sive magistris scholarum, si alium fundum non possidebunt praeter eccl.ticum. Et quia cantorum fundus est medius, tenebitur quilibet ad mediam tantum contributionem exigendam pariter ab officialibus D. Ep.pi. — Tandem non intelligatur, quod propter assignationem fundorum factam sacerdotibus et magistris pagenses sint liberi a solutione annua ipsis debita, sed declaramus, quod illi, qui solebant annuatim dare suis parochis certam contributionem, continuent in posterum dare, qui vero non dabant, dent sicut coeteri alii et similiter praestent id, quod est solitum praestari pro stola.

Jo. Jos. De Camillis, Ep.pus Sebast. (mp.) —
Nicolaus Kruczay, Cap.li Agriensis canonicus et custos, mp.

## 100.

*Varsavia, 17. XI. 1693.*

*Nuntius Sanctacroce card. Altieri, de obitu Metr. Zochovskyj et de electione Metr. successoris.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 454.

Em.mo e R.mo Signor Padrone Colendissimo.

Son quì a dar parte all'Eminenza Vostra della morte seguita ultimamente di Mons. Metropolita della Russia greco unito, soggetto invero di molto zelo, e che nella cura della sua vasta diocesi non ha lasciato che desiderare, nè ai miei predecessori, nè a me stesso. Io faccio tutte le diligenze possibili, perchè la Maestà del Re elegga soggetto degno, dal quale con l'esempio e con l'opere resti terminato una volta l'affare importantissimo della Santa Unione, che tanto deve desiderarsi, e quì riportandomi agl'ulteriori ragguagli che darò a Vostra Eminenza nel progresso del maneggio, resto con farle un'umilissimo inchino.

Varsavia, 17 Novembre 1693.

Di Vostra Eminenza humilissimo, devotissimo et obligatissimo Servitore

A. Arcivescovo di Seleucia.

## 101.

*Jaszovia, 5. II. 1694.*

*Episcopus Agriensis G. Fenesy de difficili executione diplomatis imperialis circa immunitatem Ruthenorum.*

ARCHIV. PRIMAT. HUNGARIAE, *Strigonia*, num. 2116/8 (orig.).
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 288, pag. 378.

Em.me et Rev.me Princeps, D.D. et Patr. Col.me.[41]

Hum.mam serv. ac precum mearum oblationem. Requisiveram superioribus diebus E.V. omni cum submissione in causa defendendae immunitatis eccl.ticae Gr. R. unitorum, cujus consilio et opinioni per censuras eccl.ticas caute procedendi acquiesco. Cogor interim hum.me aperire paucularum pravo exemplo non remediato horrenda esse, quae in contemptum

---

[41] Cardinalis Leopoldus de Kollonitz, Archiep. Colocen., dein Primas Hungariae Strigoniensis (1695-1701), et Cardinalis iam ab an. 1686. Obiit an. 1707. Cfr. supra nota 30.

ben. mandati et diplomatis Suae Mat.tis SS. perpetrantur, uti ex annexa genuina copia literarum D. Vicarii Rev.mi D. Ep.pi De Camellis clare apparet. Quae cum non sint toleranda, habito cum viris et zelum Dei et jurium patriorum notitiam habentibus consilio, hoc remedium omni absque periculo et desiderato cum eventu practicabile (committo nihilominus idipsum sano E.V. judicio et approbationi) occurrit, ut quoniam ea, quae fiunt, in contemptum mandati regii pergunt, quod imp. camera Scepus. advertens, jam etiam legales protestationes adhibuit, quatenus imp. eadem camera efficacius procedat, mandatum ex cancellaria Ung. expediatur ad cameram eandem juxta acclusae minutae tenorem. Decutiet camera cornua duobus, tribus, non erit amplius, qui mutire audeat. De reliquo S. Sedes absque fatigio camerae sine prostitutione suae authoritatis facere poterit sibi incumbentia. Quod dum iterato sapientissimae E.V. discussioni et determinationi reverent.me subjicio, maneo cum hum.ma mei recommendatione.

Jaszoviae, 5 Febr. 1694.

E.V. servus et capell. hum.

Geor. Fenesy, Ep.pus Agr., mp.

102.

*Roma, 4. III. 1694.*

*Card. C. Barberini Episcopo Innocentio Wynnyckyj congratulatur de optimo progressu rerum ecclesiasticarum in eparchia Peremysliensi.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 33v-34r.

Ill.me et R.me Domine.

Per litteras Dominationis Vestrae Illustrissimae IX Septembris ad me datas, non sine eximio animi gaudio intellexi quanto studio et opere toto incumbat pectore, ut schismaticorum cum Sancta Romana Ecclesia Unionis opus maius continenter incrementum capiat et prosperiori in dies passu progrediatur. Laetorque summopere viros tam insignis notae aut eandem Unionem opera sua amplexos esse, aut ad amplectendam paratos evadere. Id omne quoniam post Deum D.ni Vestrae Illustrissimae zelo et pastorali sollicitudini (fol. 34r) acceptum referre equum et par esse existimo non omissurus sum quin Em.mis meis S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui Sacram Propagandae Fidei Congregationem componunt, opportune participem, quibus nonnisi gratissimum videre potest nosse quam industrius in isthac Domini Vinea operarius sit D.tio Vestra Ill.ma, quae sane optimo et saluberrimo consilio fecerit, si quae ad me scribit, et quae ulterius operabitur Domino Nuntio communica-

verit persuaseritque, ut et ipse calculo suo eadem attestetur et comprobet, necnon praefatam Congregationem per litteras certiorem reddat. Iuverit porro plurimum si D.tio Vestra Ill.ma eiusdem Nuntii opem operamque procuret, quatenus cum Maiestate Serenissimi Regis et cum Dominis Senatoribus Comitiis interventuris sedulo agat, ut sacerdotes uniti optata suis in Dioecesibus libertate perfruantur. Quod quoniam a Dominatione V. Ill.ma praestitum iri confido, non est quod addam aliud, quam ut sibi persuadeat me sui studiosissimum esse, sibique interea ex animo me offero.

Dominationis Vestrae Illustrissimae.

Romae, 4 Martii 1694.

## 103.

*Zolkiev, 16. III. 1694.*

*Episcopus Premisliensis Ruthenus catholicus Pontificem de laeto Sacrae Unionis progressu certiorem reddit.*

ASV, *Litterae diversorum*, vol. 83, fol. 101.
Theiner A., *Vetera monumenta Poloniae*, vol. III.

Beatissime Pater.

Post sacratissimorum pedum oscula, ac demisissimam supremae Sanctitatis Vestrae authoritati submissionem humillime rogo, dignetur gratiarum actiones a me debitas, quas intimo animi sensu meis hisce literis defero, paterna qua solet clementia excipere, ob sacrae Congregationis de Propaganda Decretum approbatione ac iussu Sanctitatis Vestrae ad me missum, ac a Patre Carolo Mauritio Vota, Soc. Iesu, delatum, pro unione integri E.patus Premisliensis, prorsus opportuna ad bonum regimen populosissimae dioecesis, ac ad praecavendas in posterum dissensiones et scandala omnia, quae hactenus oriebantur. Audeo etiam gratulari Sanctitatis V. nomini ac gloriosissimo Pontificatui acquisitionem plus quam octingentarum ecclesiarum, et plus quam trium millium Nobilium praeter aliquot centena millia animarum, quae ex tenebris et umbra mortis ad lumen verae et orthodoxae fidei, adnitente Ser.mi Regis pietate, in mea Provincia accesserunt. Unde progressus ampliores in Dioecesi Leopoliensi ac Luceoriensi merito polliceri poterit, Deo, Sanctitate V. ac Rege auspice, zelus noster, collaborante Patris Vota indefessa industria. Sospitet Ecclesiae suae incremento ac ornamento Sanctitatem Vestram diutissime Deus ter Optimus Maximus. Interea provolutus paternam benedictionem etiam atque etiam imploro

Zolkieviae, die 16 Martii 1694.

Sanctitatis Vestrae humillimus, addictissimus, obsequentissimus ac fidelissimus servus

Innocentius Winnicki,
Episcopus Premisliensis cum S.R. Ecclesia Unitus.

## 104.

*Zolkiev, 16. III. 1694.*

*Episcopus In. Wynnyckyj de eodem argumento Cardinalem C. Barberini certiorem reddit.*

ASV, *Litterae diversorum*, vol. 83, fol. 101.
Theiner A., *Vetera monumenta Poloniae*, vol. III.

Eminentissime et R.me Princeps, D.ne, D.ne et Patrone Colendissime.

Placuit Sacrae Congregationi de Propaganda, iussu ac approbatione Sanctissimi, expeditiones pro unione integri Episcopatus Premisliensis ad me per R.mum Patrem Carolum Mauritium Vota, Regium Ablegatum mittere, has ut debita reverentia, submissione ac gratissimi animi sensu accepi, ita satisfaciendo muneri meo censui non solum ad pedes Sanctissimi Domini Nostri, sed etiam ad Eminentiam V., cuius gratiae ac protectioni Pontificiam beneficentiam merito adscribo, gratias demississimas hisce meis literis transmittendas. Dignetur Eminentia V. pro ea, qua pollet et per totum orbem potissimum vero a R.mo Patre Vota celebratur, pietate ac humanitate amplissimae ac numerosissimae Dioecesis meae nuper ad Sanctam Unionem adductae, mihique immerito Pastori apud Summum Pontificem opitulari; unde non modicum ad Divinam gloriam ac Sanctissimae Sedis honorem additamentum secuturum confido. Spesque mihi est haud dubia, si mediante Eminentia V. Sanctissimi Pontificis dextera Regi piissimo ac Religionis propagandae cupidissimo, adlaborante Rev.mo Patre Vota, porrigatur, reliquos Schismaticos per amplissimas Regni Provincias adducendos. Interea pro Eminentiae V. incolumitate diutissima Deum impensissime precabor

Eminentiae ac Reverentiae Vestrae humillimus, addictissimus et obsequentissimus Servus

Innocentius Vinnicki, Episcopus Premisliensis, Samboriensis et
Sanocensis cum S.R. Ecclesia Unitus.

## 105.

*Zolkiev, 16. III. 1694.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj de eadem materia etiam Cardinali Praefecto de Prop. Fide scribit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 518, fol. 101.

Eminentissime et Reverendissime Princeps, Domine, Domine Patrone Colendissime.

Diuturnus Sacrae Regiae Maiestatis morbus, eodemque tempore mea perquam molesta invalitudo, hucusque ab Aula Regia me arcuit, ac impedimento fuit ne optato R.ndissimi Patris Vota in Poloniam reducis complexu fruerer. Ab hoc nuper Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda accepi circa Unionem integri Episcopatus mei, literasque humanissimas, quibus me dignata est Eminentia Vestra, simul cum conditionibus a Sacra Congregatione benigne impositis. Debitas vero Eminentiae Vestrae R.dissimae protectioni favorique quas possum maximas hisce meis humillimis defero gratias, Sacraeque toti Congregationi, ad cuius pedes obsequia mea provolvo, integramque obedientiam, ac omnimodam executionem praescriptorum sancte polliceor. Sicut oretenus exposui eidem Patri Vota, cuius industriae zeloque in promovenda Catholica Fide ac Dei ac Sanctae Sedis gloria totis viribus adstipulabor. Servet Deus Optimus Maximus Ecclesiae Suae universae Eminentiam Vestram, cui suprema omnia ac felicissima auguror.

Zolkiewiae, die 16 Martij 1694.

Eminentiae Vestrae R.ndissimae humillimus, addictissimus et obseq.mus Servus

Innocentius Winnicki,

Episcopus Premisl., Samb. et Sanocen. cum S.R. Eccl. Unitus.

## 106.

*Zolkiev, 16. III. 1694.*

*Eiusdem argumenti Secretario Prop. Fide Episcopus Peremysliensis dat litteras.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 518, fol. 100rv.

Ill.me ac R.ndissime Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Diuturna Sacrae Regiae Maiestatis, ac mea aegritudo hucusque me ab Aula abesse, coëgit, ac R.dmi Patris Caroli Mauritij Vota, Regij Ablegati, felicissime reducis, amplexu. Nunc, acceptis ab eo Sacrae Congregationis de Propaganda Expeditionibus, quam demississimas eidem Sacrae Congregationi ac Vestrae Ill.mae ac R.ndissimae Dominationi, cuius pristinae ac efficacissimae operae omnia debeo, gratias ac nutus quas possum maximas ago. Rogo etiam humillime Ill.mam Dominationem Vestram, ut pro ea qua pollet humanitate ac zelo animarum, quae dictus R.ndus Pater Vota celebrare non desinit, dignetur Dioecesi meae amplissimae ad veram fidem recenter adductae potenter opitulari, meoque no-

mine Eminentissimis Optimis Patribus Sacrae Congregationis, in primis vero ad pedes Sanctissimi ac Gloriosissimi Pontificis grates reddere meumque irrevocabile propositum testari, non solum exactissime servandarum conditionum omnium, quas mihi imposuit sapientissime Sacra Congregatio et R.ndus Pater Vota significavit, speciatim in correctione Cathechismi iuxta mentem Sacrae Congregationis et formulam ab eodem Patre tradendam, verum etiam omni studio curaturum, ut annuente S. Sanctitate Regeque optimo et religionis studiosissimo protegente, ac adstipulante zelo, et dexteritate R.ndi Patris Vota, vicinae... (f. 100v) Provinciae Leopoliensis, ac Dioecesis Luceoriensis unio Sanctae Romanae Ecclesiae ad exitum perducatur, nullo relicto Schismatis in vastissimo hoc Regno vestigio. Quod nutu, directione auspicijsque Sacrae Congregationis ac Ill.mae Domi.nis Vestrae obtinendum, Deo auspice, non diffido.

Zolkieviae, die 16 Martij 1694.

Ill.mae ac R.ndissimae D.nis Vestrae humillimus, addictissimus et obseq.mus Servus

Innocentius Winicki,
Episcopus Prem., Samb. et Sanoc. cum S.R. Ecclesia unitus (mpr.).

## 107.

*Zolkiev, 16. III. 1694.*

*Episcopus Peremysliensis ad Secretarium Prop. Fide de quodam sacerdote dat informationes et promittit provisiones.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 461rv.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Reverendissimus Pater Carolus Mauritius Vota communicavit mihi literas Illustrissimae Dominationis Vestrae, Romae, die 10 Septembris datas, quibus de Patre Stephano Siemieszowski, uti se asserit (:quia non modo non novi verum etiam nec vidi hominem:), Parocho quondam Kanczuzensi exauthorato mentionem facit, remque iuxta mentem ac sensum Illustrissimae Dominationis Vestrae, interposita etiam Regia auctoritate, mihi impense commendavit. Quapropter meis hisce submississimis literis Illustrissimam Dominationem Vestram, atque si expedire arbitrabitur Sanctissimum etiam, ac Sacram Congregationem informandam breviter duxi. Hic stante adhuc Iurisdictione Illustrissimi et Reverendissimi Malachovij, pie defuncti, pro tunc Premisliensis Episcopi, excessivus ad Judicia Episcopalia Inquisitionibus, quibus se expurgare promiserat iudiciose subsecutis, non solummodo in negligenti Sacramentorum celebra-

tione, verum etiam in criminalibus obiectis convictus, et redargutus per Venerabilem Patrem (f. 461v) Porphirium Kulczycki,[42] pro tunc dicti piae memoriae Praedecessoris mei Officialem Premisliensem, Decreto ex serijs Partium controversijs lato condemnatus, et beneficio ecclesiastico privatus. Licet igitur nec scio qua fronte non modo Parochum adhuc ab Illustrissimo Domino Malachovski ordinatum exemplarem, et quidem professum sat a Pastore quondam suo, imo et Patribus Societatis Jesu recommendatum pro schismatico traduceret; quia ipsa constantia, et oculis subiecta in celebrandis Missis audiendisque in Basilica Patrum Societatis Jaroslaviensium confessionibus devotis catholicissimum probat, verum tantorum criminum conscius compareret coram Illustrissima Dominatione Vestra, nihilominus inquantum etiam de nova radice promittet se expurgaturum Inquisitionem in causa per Decretum praetactum, a pie defuncto pro tunc loci Ordinario approbatum, sopita permittam, et in integro iustitiae correspondebo; modo autem debita ulteriori Illustrissimae Dominationis Vestrae gratiae obsequia recommendo et maneo.

Zulkieviae, die 16 Martij A.D. 1694.

Illustrissimae ac Rev.mae Dominationis Vestrae humillimus, addictissimus et obsequentissimus Servus

Innocentius Winnicki,
Ep. Prem., Samb. et San. cum S.R.E. Unitus.

## 108.

*Roma, 10. IV. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri Vota, S.J. de sua opera in unione Episcopi Peremysliensis* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 41r.

Ho veduto ciò, che mi rappresenta circa il decreto della S. Congregatione di Propaganda manifestato a Mons. Winnicki, et havendo già resa al Signor Card. Altieri la di lei lettera, non lascerò di renderle anche giustizia presso la medesima S. Congregatione, la quale potrà ben riconoscere quanto habbia accertato il servitio di Dio, coll'appoggiare a lei il pensiero di persuadere a Mons. Winnicki di adempire quanto dalla S.

---

[42] Porphyrius Kulczyckyj, Basilianus, candidatus in Episcopum Mukačoviensem inde ab ann. 1684-1685, ob meritum suae familiae durante obsidione civitatis Vindobonensis an. 1683, demum Episcopus Pinscensis (1703-1716).

Congregatione fu risoluto et autenticandolo la promessa dell'autorità Regia, non si ha punto a dubitare, che sarà per adempirsi quanto vien desiderato.

Roma, X Aprile 1694.

## 109.

*Premislia, 30. V. 1694.*

*Episcopus Peremysliensis Secretario, ut videtur, de Prop. Fide de Catechismo corrigendo et noviter edendo.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 2, fol. 470rv.
MUH, vol. IV, pag. 225, nr. 137.

Excell.me, Ill.me, ac R.ndme Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Post expeditas literas meas Zolkievia 15 Martij anno praesenti ad Ill.mam et R.dmam Dominationem Vestram, protinus ex quo ad Cathedram redij inivi consilium cum meis officialibus super correctione Cathechismi typo immediate ante promulgationem Sacrae Unionis impressi; in qua Consultatione propositae sunt difficultates: Primo, quia illi libelli per universam Dioecesim videlicet, tam per partem quae fuit in disunione, quam quae fuit in Unione, stante vita et officio piae memoriae Domini Malachovij, cujus permissu imo iussu non solum Clerus, sed etiam saeculares accipiebant, cum scirent antiquiores Uniti totam illam fidei catholicae doctrinam ex Horto Pastorum, Authore Jacobo Marchantio, probatissimo, transsumptam viderunt, in qua si quid implicite, non expresse ratione Processionis Spiritus Sancti, et Primatus positum, hoc communi consilio et intentione factum, quatenus Populus Graecorum pertinatiae inhaerens facilius leniora media ad assensum identitate fidei collectus arriperet, sicut divina opera eventus docuit. Secundo, quia ego cum iisdem Officialibus meis et tota Dioecesi anno proxime elapso convocata, hunc eundem defectum seu obscuritatem, novum Dioecesis ordinem, cursum Iudiciorum, et quidquid Iurisdictionis exercitium, et scandalorum eradicationis studium eigere videbatur, formando et statuendo, correximus, speciali posito articulo, ut Primatus Summi Pontificis Romani omnino agnoscatur, et Iuramento a toto Clero comprobetur. Sicut et factum est, et in Credo iuxta Florentinam: et a Filio intra missas et ubique legatur. Quae statuta Polono idiomate impressa, Ill.mae ac R.ndmae Dominationi Vestrae totique Sacrae Congregationis Eminentissimorum Dominorum meorum consessui transmittenda censui, uti transmitto arbitrioque, an Episcopi pure Catholici muneri sit satisfactum submitto. Tertio, quia

omnes libellos recuperare ob multitudinem varij status Populi, et sane difficile et videtur impossibile. Quarto, quia alias Cathechismus sclavonicus sclavonico idiomate imprimi non potest, quoniam typum nostrum non habemus. Disuniti vero non permittent imprimi, et hoc anterius non permisissent, si explicite positum (de quo agitur) fuisset. Sicut et Actum Congregationis (f. 470v) praedictum cum tentaverim non permiserunt Jam vero Polonico idiomate excussum opusculum minorem adferet fructum, quoniam plures sunt homines, etiam in Clero nonnulli, qui tantum sclavonicum callent stylum, eodemque orant et sua obeunt munera. Caeteri rudiores aversantur idioma Polonicum, suspicantes Ritum Graecum immutatum vel sensim immutandum, et exinde non nisi propter Officiales et magis peritos etiam praesentibus adnexum Congregationis actum imprimi curavi. Potius igitur pro mea imbecillitate sentirem caeteris Episcopis Lithuanis unitis, quatenus in Vilnensi Typografia in imprimendo illo Cathechismo menti Sacrae Congregationis correspondere procurent, proponendum. Quanquam et ipse aliquantulum hac in materia Ill.mum piae memoriae Metropolitanum conveniebam, sed ad communicatum suae censurae exemplar, ipsum nonnisi Congregationis Actum adnexa sibi, in supplementum defectus Cathechistici Fidei professione, typo imprimi suadebat. Haec tamen ego omnia sensui et arbitrio Sacrae Congregationis submitto, et meam omnem voluntati et dispositioni Sanctissimi mei et Clementissimi Domini, Cuius sacros demississima animi submissione exosculor pedes, facilitatem et promptitudinem recommendo.

Premisliae, 1694, die 30 Maii.

Excell.mae, Ill.mae, R.dmae D.nis Vestrae, D.ni et Patroni mei continuus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki, Ep. Prem., Samb. et San. S.R.E.U.

## 110.

*Roma, 12. VI. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. de negotiis Peremysliensibus* (postscriptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 54v.

*P.S. di pugno di Sua Em.za*: Non lascerò al mio ritorno di cavare le risposte, che giudicherò di dare alle lettere di S.R. inviatemi dell'affare del Vescovato di Premislia Unito, che io stesso porterò in Congregatione di Propaganda, havendomi necessitato alla dilatione la mia urgente partenza, ne volle arisicarle a mandarle.

## 111.

*Radzieiowice, 21. VI. 1694.*

*Cardinalis M. Radziejowski Praefecto S.C. de Prop. Fide de negotio et causa Pohostensi contra Ep. Pinscensem M. Bilozor.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 2, fol. 480rv.

Em.mo e Rev.mo Signor mio Oss.mo, Em.mo Signor Cardinal P. Altieri (Roma).

Niuna cosa mi è più a cuore di quella d'ubbidir sempre ai comandamenti riveriti della Sacra Congregazione de Propaganda Fide. Onde in esecuzione di quelli portatimi dall'Eminenza Vostra a nome della medesima, con suo benignissimo foglio dei 13 Febraro passato, mi trovo in debito di rappresentarle, essersi nel mio Tribunale in virtù della Comissione della Sacra Congregazione sudetta agitata la Causa [43] che riguarda Monsignor Vescovo di Pinsco, Ruteno unito, in cui si è riconosciuto per essame esatissimo da me fatto, che detto Vescovo ha male informata la Sacra Congregazione contro alla Nunziatura, come se l'Auditore della medesima lo dovesse giudicare criminalmente contra jura exemptionis dei Vescovi, li quali nelle Cause criminali pretendono non haver a rispondere, che direttamente alla S. Sede. Ma essendo dal processo rissultato il contrario, cioè che l'Auditore, separato il Criminale ubi de jure venerit, giudicò solamente il Civile, già che il Vescovo non ricusò per Giudice Monsignor Nuntio, se non nel settimo atto del processo, all'hora che fu promulgato il decreto respondente, nel qual mentre il Vescovo ricusò il Giudice et appellò alla S. Sede con un'irreale informatione, come di sopra ho detto, riconobbi giustissima la sentenza della Nunciatura e malfondata l'appelatione; perciò rimandai con mio Decreto la Causa alla Nunciatura medesima, acciò ivi sia continuata sino alla difinitiva, il che ho fatto perche essendo la parte che aggisce contro al Vescovo sommamente povera, quando detta Causa dovesse ritornare a Roma, questa si renderebbe affatto incapace di poter ulteriormente vendicare le pretese oppressioni. Con tutto ciò conoscendo io di quanto pregiuditio la (f. 480v) continuatione di questa litte possa riuscire alle parti, ho pensato voler concertare con Monsignor Nuntio medesimo per indurlo unitamente con esso ad un'amichevole componimento. Per quello concerne poi le pretensioni di detto Vescovo con il Signor Pac, Cavalliere di Malta, nulla si è trattato nel mio Tribunale per non essermissi data ne Brevi commissione positiva sopra questo

---

[43] Cfr. de hac causa diu agitata nnr. 52,55,56,58,62,64,65, et tandem nr. 130.

particolare, che riguarda direttamente la persona del sudetto Cavalliere; Intanto supplico divotamente l'Eminenza Vostra a voler rappresentare tutto ciò alla Sacra Congregazione medesima et ad esercitar anche colla frequenza de suoi stimatissimi cenni il dominio ch'ella tiene sopra di me, ond'io sia riconosciuto nell'esecutione di essi quale hora mi professo, baciando all'Eminenza Vostra humilissimamente le mani.

Radzieiowice, 21 Giugno 1694.

Di V. Eminenza humil.mo e divot.mo Servitore vero

Il Cardinale Radzieiowski

## 112.

*Roma, 10. VII. 1694.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J. de causa Peremysliensi* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 63v.

La causa di Mons. Vescovo Unito di Premislia si dovrà portare nella prossima Congregatione di Propaganda, che si terrà avanti Nostro Signore e di essa sarò io il relatore, havendolo differito a questo effetto per il tempo della mia assenza dalla Città; onde non mancherò appresso di darle relationi di quello che sucederà.

## 113.

*Vysocko, 10. VII. 1694.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj inivit concordiam et pacificationem cum quibusdam Nobilibus suae eparchiae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 518, fol. 272rv.

Copia initae transactionis, inter R.ndissimum Innocentium Winnicki, Episcopum Ritus Graeci Unitum Praemislien., et Generosos in ipsius Dioecesi existentes incolas Nobiles, antehac Disunitos, nunc Unioni aggregatos.[44]

Nos infrascripti, per expressum mandatum Sacrae Regiae Maiestatis

[44] Occasione unionis eparchiae Peremysliensis quidam Nobiles Unionem respuerunt et sese Episcopo Leopoliensi nondum unito subdiderunt; tandem duo post annos Wynnyckyj ipsos cum quibusdam sacerdotibus sibi recuperavit et adiunxit, et tandem Unionem eparchiae perfecit.

Domini nostri Clementissimi, et sub eiusdem praesentia designati Commissarij et mediatores, ad componendas certas differentias inter R.ndissimum Innocentium Winnicki, Episcopum Ritus Graeci Unitum Praemysliensem, ab una, et Generosos Czaykowskie, Pohoreckie, Nobiles, aliosque Incolas villarum Czaykovice et Kolbaiovice, Haeredes, et quocunque Iuris titulo Possessores, parte ab altera interventas, idque ex hac occasione infrascripta statuimus.

Quod postquam R.ndissimus Winnicki, Episcopus Praemysliensis, Divina gratia cooperante, cum tota sua Dioecesi ad Ovile Christi, et sinum sanctae Matris Romanae Ecclesiae accedens obedientiam Sanctae Sedi Apostolicae coram Ill.mo et R.endissimo eiusdem Nuntio Varsaviae, sub praesentia Sacrae Regiae Maiestatis praestiterit, ex tunc Generosi Czaykowscy, Pohoreccy, Nobiles alijque supradictorum bonorum Haeredes, et Possessores, proprio ausu, et illicita contra Pastorem suum renitentia, a communi et plenario totius Nobilitatis in Provincia et Dioecesi Praemysliensi existentis arbitrio et consensu, contra Unionem Sanctam, et obedientiam Sanctae Sedi Apostolicae in Generali Congregatione Samboriensi, per unanimem omnium concordiam factam, conclusam, et praestitam, etiam diverso sensu aliorum eiusdem cognominis ac familiae Nobilium, sese avellere, et ad indebitam Iurisdictionem suscipiendamque in Spiritualibus obedientiam convolare praesumpserunt, ubi ad importunam sui instantiam alios sibi Presbyteros cum ornatu ecclesiastico adsciverunt, et ad templa sua superius specificatorum bonorum illegitime applicarunt, Parochos eorundem templorum Unitos et legitimos abegerunt et repudiarunt; quos R.endissimus Winnicki, Episcopus Praemysliensis, pro munere suo Pastorali conservando tanquam Vicarios ad praedictas ecclesias, sub titulo Epiphaniae Christi Domini existentes, ipsa die praedictae solennitatis pro devotione submiserat. Iidem disuniti Presbyteri praeiudiciose publica sua praedicatione Unionem Sanctam, et integritatem Ecclesiae Catholicae summopere laedente, et improbante, populum congregatum ad tumultum concitarunt, Presbyterosque Unitos seu Vicarios eiusdem R.ndissimi Episcopi Praemyslien. contumelijs ac iniurijs affecerunt. Pro quibus violentijs perpetratis, Divinique honoris laesione, et Iurium Ecclesiae ac Immunitatis eiusdem nec non authoritatis loci Ordinarij convulsione, detrimentum animabus importante, cum idem R.ndissimus Episcopus Praemysliensis in Iudicijs Tribunalitijs Regni Generalibus serias urgeret vindicias, inquisitionemque ex Decreto eorundem Iudiciorum Tribunalitiorum iniunctam, in loco Iudiciorum particularium Palatinatus Russiae Districtus Leopoliensis educeret, Sacra Regia Maiestas, Dominus Noster Clementissimus pro suo innato zelo et amore erga Sanctam Unionem, vocatis in praesentiam sui Venerabili Iosepho Szumlanski, Vladica

seu Episcopo Leopoliensi nondum Unito, ad quem praedicti Nobiles in rationibus fidei suae recursum fecerant, et R.ndissimo Innocentio Winnicki, Episcopo Praemysliensi Unito, per nostra charitativa cum praefatis Episcopis interlocutoria processum Iuridicum superius specificatum, et in Iudicijs Tribunalis Regni Generalibus evictum, sistere et abolere clementer persuasit; his tamen conditionibus, ut Generosi Czaykowscy, Pohoreccy alijque in processu causae specificati Nobiles, prout nunc coram Sacra Regia Maiestate, Domino Nostro Clementissimo, R.ndissimum Episcopum (f. 272v) Praemysliensem ad Unionem Sanctam in vera fide accedentes, pro suo vero et legitimo Pastore recognoscunt, eique soli, nec ulli alij in Spiritualibus obedientiam praestare sese obligant et submittunt, ita et in posterum nullum alium Pastorem adire, recolere, neque populum ad id concitare, neque ab obedientia Pastori suo debita retrahere, neque alios non Unitos Presbyteros in administrationem Sacramentorum assumere audeant et praesumant, sub onere et revivificatione specificati processus.

Vicissim R.ndissimus Episcopus Praemysliensis, amore suo Pastorali, Generosos Czaykowskich, Pohoreckich, aliosque in processu specificatos Nobiles amplectendo, omnes suas laesiones ex animo remittit et condonat, processusque quosvis iuridicos abolet ex nunc et abrogat ipsosque in sinum Sanctae Unionis paterne recipit. Venerabilis vero Vladica seu Episcopus Leopoliensis nondum Unitus, ut eosdem Presbyteros, quos ad instantiam Nobilitatis pro tunc dissidentis, ad praedicta templa unita Dioecesis Praemysliensis illicite submiserat, tanquam intrusos amoveat, nec amplius ullas instantias in similibus, a quavis hominum Rutheno-Graecorum Unitorum confraternitate factas admittat, ex mutuo partis utriusque consensu decernimus et iniungimus.

In quorum fidem et maiorem authoritatem, siquidem utraeque partes plenariam sibi satisfactionem ex hac mediatione nostra fieri fatebantur, praesens Instrumentum manibus proprijs subscripsimus, et sigillis communiri fecimus.

Datum in Villa regali Wysock nuncupata, ad Jaroslaviam, die 10 Iulij, Anno 1694.

Innocentius Winnicki, Episcopus Praemyslien., Sanocensis et Samboriensis, Unitus.

Josephus Szumlanski Leopolien. et Haliciensis Episcopus necdum Unitus.

Adamus Sienawski, Comes in Szklow et Mysz, Palatinus Belzensis, Commissarius et Mediator, a S.R.M. destinatus.

Hieronymus Kuropatnicki, Castellanus Kijoviensis, a S.R.M. destinatus mediator.

Woiakowski, Castellanus Praemyslien., a S.R.M. Commissarius et Mediator.

Stawski, Vexillifer Districtus Laticzeviensis, a S.M.R. destinatus Mediator.

Constantinus Pohorecki, suo et fratrum suorum Nobilium nomine.
Georgius Czaykowski, suo et fratrum suorum Nobilium nomine.
Nicolaus Czaykowski, suo et fratrum suorum Nobilium nomine.
Daskievicz, suo et fratrum suorum Nobilium nomine.

## 114.

*Roma, 17. VII. 1694.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., de causa Peremysliensi et impedimentis in ea pertractanda* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 66r.

Si tenne avanti S. Beatitudine la Congregatione di Propaganda fide, et io riferì la causa di Mons. Vescovo di Premislia, il di cui successo dovendolo io stesso stendere, non sò se mi resterà tempo di farlo in questa settimana, così per l'oppressione di molti negotii, come per esser necessitato a prender qualche medicamento per riparo della mia abbattuta sanità.

## 115.

*Roma, 17. VII. 1694.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., reassumit negotia unionis eparchiae Peremysliensis et praesertim de catechismo.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 66v-67v.

Molto Reverendo Padre.

Nella prossima passata Congregatione di Propaganda Fide, tenutasi in questa settimana avanti la Santità di Nostro Signore, feci io una piena relatione delle lettere, tanto di V. Riverenza concernente l'Unione, et l'affare della medesima nella persona di Mons. Winicki, Vescovo di Premislia, quanto di quelle, che dal medesimo Prelato sono state parimente scritte, e da V. Riverenza inviate. E perche dal tenore di esse attestava, et assicurava V.R. la sincera sommissione e perfettissima ubbidienza a tutti gli ordini inviati da Sua Beatitudine a detto Monsignore contenuti nel decreto della stessa S. Congregatione a lei consegnato, e poi da lei medesimo ricapitato a Mons. Vescovo, il quale nelle proprie lettere

confermava e prometteva lo stesso con ogni più riverente testificatione e volontà, Sua Santità ne dimostrò benignamente consolatione e contento per la conveniente rassegnatione, et obedienza dovuta agli ordini della Santità Sua, e della S. Sede. Ma perchè in tutte le parti dei punti e condizioni imposte a Mons. Winnicki col prefato decreto rimane che segua l'effettuazione di lui puntuale (fol. 67r) e compita e precisamente con vera sollecitudine e pronta esecutione, quanto al punto dell'abolitione generale del Catechismo, che Monsignore publicò, et all'incontro della confettione, et evulgatione del nuovo, in conformità di quelli, o del Cardinale Belarmino di pia memoria o del Canisio, la Santità Sua ha incaricato al Signor Card. Spada, Segretario di Stato, di commettere con sua lettera a cotesto Mons. Nuntio Santa Croce di manifestare i prefati sentimenti di suo ordine al medesimo Prelato, acciò riconosca gli effetti della clemenza di Sua Santità, e quanto maggiormente si accresceranno sempre nel vedere perfettionate colle opere reali, et esecutive la sua obedienza, e pronta effetuatione; incaricando all'istesso Mons. Nunzio l'invigilare per l'adempimento di ciascheduno dei predetti punti, e di tenerne ragguagliata la Santità Sua, massime nel trasmettere quà quanto prima possa i documenti dell'abolito Catechismo, e della confettione, e publicatione del nuovo nella forma prescritta, et un esemplare di questo alla S. Congregatione.

Devo poi io, come dissi a S. Beatitudine, che haurei fatto, scrivere a V. Paternità, che inculchi a Mons. Winicki questa sollecita, e puntuale obedienza del nuovo Catechismo con la trasmissione del documento e della copia, et esemplare dello stesso, che sarà publicato. Questo sarà il compimento di tale opera così gloriosa alla pietà e zelo della Maestà del Re sommamente commendata, et applaudita (fol. 67v) della paterna benevolenza della Santità Sua e che ridonda, e ridonderà sempre più in merito di Mons. Winnicki unito, principalmente se Dio benedirà le sue fatighe efficaci, come le promesse per la riunione delle Chiese di Leopoli e di Luceoria.

È dovuta parimente a V. Riverenza tutta la lode per l'applicatione, che con tanto affetto, sollecitudine e fatighe insieme ha incessantemente impiegata, et impiegarà senza dubio anche in avenire in questo santo affare. La prego in fine istantissimamente di cooperare, che si ottenga il sudetto documento del nuovo Cathechismo publicato con ogni più attenta e possibile prontezza, colla trasmissione dell'esemplare del medesimo per avverare le sue e le mie promesse in sodisfatione compita del animo piissimo di Sua Beatitudine e contentamento incontroversibile dei Signori Cardinali della S. Congregatione, e che lo stesso Mons. Winnicki comprovi a Mons. Nuntio le sue pienissime e lodevoli operationi in tutte le cose per meritarne colla attestatione di Sua Signoria Ill.ma la più efficace

di ogni altra (assicurazione di) Sua Beatitudine e la Sacra Congregatione le corrispondenti dimostrationi. Ne attendo da Vostra Riverenza gli adequati riscontri, mentre resto con offerirmele con tutto l'animo.

Di Vostra Riverenza affettissimo.

Roma, 17 Luglio 1694.

## 116.

*Roma, 28. VII. 1694.*

*Card. C. Barberini Ep.po Innocentio Wynnyckyj refert de sua opera in pertractandis negotiis Peremysliensibus et praesertim in causa catechismi corrigendi.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 71r-72r.

Ill.me et R.me Domine.

In S. Congregatione di Propaganda fide, hebdomada praeterita, coram Ss.mo D.no Nostro Pontifice Maximo habita, assistentibus Em.mis D.nis Cardinalibus, collegis meis, illam componentibus, accurate retuli, et quae D.V. Ill.ma significaverat mihi in suis litteris, ad me datis, die 16 Martii praeteriti, et quae pariter ad R.P. Vota in eundem sensum conscripserat die pariter praefata. Adiunxi insuper (fol. 71v) quae similiter continebantur in aliis ab utrisque directis, tum Em.mo Card. de Alteriis, Praefecto eiusdem S. Congregationis, tum Ill.mo D. Cybo, Patriarchae Constantinopolitano, illius Secretario, et praecipue narravi quam humillime, quamque prompte D.V. Ill.ma in epistola ad ipsummet Em.mum exarata, suam debitam et promptam, paratamque obedientiam profitebatur, pro exequendis iussis et mandatis S. Sanctitatis, iuxta decretum ab eodemmet P. Vota, in suo istuc reditu sibi exhibitum; qui Pater non omisit idipsum commendatione virtutis et testimonio sincerae unionis, et voluntatis V. Ill.mae D.nis.

Excepit cuncta Sanctitas Sua cum animi solatio, uti intelliget D.V. Ill.ma ex voce D.ni istius Apostolici Nuncii, cui Em.mus D.nus Card. Spada, Status a Secretis idipsum significabit; verum quod praecipuum sane est, et ipse SS.mus D.N. et Em.mi Cardinales S. Congregationis longe maiori gaudio, et voluptate, cum re ipsa expleta fuisse, ac executioni omnino demandata certissime cognoverint, singula quae nunc D.tio V. Ill.ma praestituram se sancte spondet, et firmissime pollicetur, idque quam primum, maxime quod attinet ad abolitionem sui pridem evulgati Catechismi, quem non probavit Sancta Sedes; ac celerrimam simul impressionem et mox evulgationem alterius, iuxta literalem tenorem, et sensum conscriptorum a piae mem. Card. Bellarmino, vel a P. Canisio,

Societatis Jesu. Omni igitur studio, et cura hoc ipsum implere satagat quantocius V. Ill.ma D.tio, quo constet plenissime de sua constantissima fide in unione cum Sancta Catholica, Apostolica et Romana Ecclesia, et de implemento pariter caeterorum omnium sibi praescriptorum. Nec clarius et evidentius testimonium dare poterit Suae (fol. 72r) Sanctitati, et huic S. Sedi, quam si haec ipsa ita comprobabit re et factis Ill.mo isti D.no Nuncio, ut suis literis irrefragabile testimonium suae Beatitudini et S. Sedi perhibeat, et de secura respective praefata abolitione Cathechismi et successive alterius publica editione, authenticum documentum, una cum exemplari iam impresso, transmittat.

Haec sane sunt, quae uti suae gloriae, et meritorum indies maiorum augumenti percupidus apud Deum, et apud S. Sedem, ita expleri ab Ill.ma D. Vestra, et perfici non modo oro, et exopto, sed enixe suadeo, ut simul alacriter expleturam non ambigam, quo talem se praeclarissimo sui exemplo caeteris ad S. Unionem amplectendam praebeat, qualis optabat Apostolus dicens: « erant enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate ». Quod dum a Divina bonitate animitus apprecor, D.V. Ill.ma et ipsa duce, obtenturos nos de Praesidibus magnarum adiacentium Dioecesium Leopoliensis et Luceoriensis confido; eidem me ex corde semper futurum profiteor.

Romae, 28 Julii 1694.

D.ni V. Ill.mae

Scripsi pariter haec ipsa eidem Patri Vota, a quo D.V. Ill.mae communicata etiam fuisse iam puto.

## 117.

*Roma, 7. VIII. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri Vota, S.J. de variis gradibus negotii Peremysliensis.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 73r.

Molto Riverendissimo Padre.

La lettera di Vostra Riverenza dei 13 del passato, che mi ha portato il plico per Mons. Patriarca di Costantinopoli, Segretario della S. Congregatione di Propaganda, concernente l'affare di Mons. Vescovo Winnicki, m'incarica di doverlo prima leggere, e poi ricapitarlo, supponendo, che fosse a sigillo volante; ma essendo stato chiuso forse per errore, l'ho io subito mandato a rendere al predetto Prelato, al quale farò hora istanza perchè me ne communichi il contenuto e sentito, che havrò, per esso ciò che si desidera dalla S. Congregatione, non mancherò di far le parti, che mi convengono per avvalorare il fatto, secondo il ricordo, che ella me ne

da. In tanto havrà Vostra Riverenza sentito dalla mia e da quella, che le inviai aperta per il medesimo Monsignor Vescovo la propositione, che io feci della causa, et il gradimento, con cui fù da Nostro Signore tutto udito, non lasciando io di ricordare quanto è necessario per compimento dell'opera così santa, tanto vantaggiosa per la Religione Cattolica, e di accrescimento di merito alle glorie di Sua Maestà i di lui reali sensi, così ben si coltivano dal zelo di lei...

Roma, 7 Agosto 1694.

## 118.

*Premislia, 8. IX. 1694.*

*Episcopus Peremysliensis Cardinali C. Barberini de suis negotiis gratias agit et expectat ulteriores dispositiones Sedis Apostolicae.*

ASV, *Vescovi*, vol. 84, fol. 314r.

Eminentissime, Ill.me ac Rev.me Princeps, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Quanto ex acceptis de data Romae vigesima quarta Julii Anno currenti Eminentissimae Dominationis Vestrae litteris perfundor gaudio! Calamo exprimere non potente, nisi praemissa Sanctissimi Domini mei pedum intima per authoritatem Suae Eminentiae exosculatione et demississima magni Eminentissimae Dominationis Vestrae nominis adoratione, Divinae, quatenus etiam meae perfectionis intuitu, ut scilicet plus ultra Suae Sanctitatis Benedictione concomitante, in promovendo communi Ecclesiae bono, et firmandis novellae in mea Dioecesi Unionis principiis, progredi valeam, tam Sanctissimum Dominum Sua conservet quam diutissime incolumen clementia, quam etiam ipsammet Eminentissimam, Illustrissimam ac Reverendissimam Celsitudinem Vestram omni felicitatum genere in utraque beare vita dignetur, cum toto, quem meae imbecillitatis curae commisit, Clero supplicavi Majestati. Plenius quidem ex appromisso Apostolici Nuntii, Domini mei Observandissimi sermone, nihil adhuc cognoscere licuit; sed quidquid Domini intimabit Authoritas, solita servi submissio punctualissime exsequetur. Quam Sanctitatis Suae clementiae et Paterno Sacrae Congregationis respectui per activitatem Eminentiae Vestrae affero et me totum ulteriori eiusdem Patrocinio et Protectioni insinuaturus, sacrae Purpurae fimbriam exosculor.

Eminentissimae, Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae, D.ni et Patroni mei Colendissimi continuus ad Aras Exorator et humillimus Servus,

Innocentius Winnicki, Ep.pus Prem., San., Samb., cum R.E. unitus.

Praemisliae, 8va Septembris 1694.

119.

*Roma, 11. IX. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Vota, S.J. de sensu Regis in causa Peremysliensi* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 85r.

Valeranno i replicati ricordi dati da Sua Maestà a Mons. Winicki per infervorar il di lui zelo ad eseguire ciò, che desidera la S. Congregatione; et io gli ho insinuato con mia lettera, che V.R. havrà ricevuta e fatta ricapitare.

120.

*Roma, 18. IX. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J., de executione conditionum adpromissorum Episcopi Peremysliensis* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 88v.

Particeperò alla S. Congregatione quello che V.R. scrive di haver eccitato Mons. Wynnicki all'adempimento delle conditioni da lui promesse, e se ne sentirò l'effetuatione, molto mi consolerò di poterne dare la certezza alla medesima S. Congregatione.

121.

*Valavia, 21. IX. 1694.*

*Episcopus In. Wynnyckyj Cardinali C. Barberini de s.d. Catechismo Peremysliensi corrigendo et imprimendo.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 56r-57r.

Eminentissime, Illustrissime ac Reverendissime Princeps,
Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Plenas gratiae et favoris in me ab Eminentissima Celsitudine Vestra accepi literas, easdemque submississimo et gratissimo osculatus animo, Divinae supplicavi Majestati protinus, quatenus Sanctam Sedem Apostolicam, et Eminentissimam Celsitudinem Vestram servet incolumem, et omni in utraque vita circumdet beatitudine. Hortari me dignatur Emi-

nentissima Celsitudo Vestra ad excudendam Cathechisim Belarmini sive Canisii; at ego paulo antea studium meum et diligentiam hac in parte literis meis Illustrissimo Patriarchae Constantinopolitano obtuli, et quaedam obstacula et difficultates exposui; nempe quod in mea Dioecesi, et aliis Unitorum Episcopatibus, typus sclavonicus non invenitur. In Leopolensi vero disunito, ubi meum ante promulgationem Unionis scriptum impresseram, correcto et addito Primatu Summo Pontifici Romano debito, processioneque Spiritus Sancti et a Filio apposita, non permittetur typus. Polonico vero impressa idiomate doctrina minorem, et fere nullum adferet fructum, quoniam Clerus maiori ex parte Sclavonico tantum idiomate suo fungitur officio, polonice nec scit legere. Ad hoc populus supponeret, ex doctrina polonice proposita, mutandum esse Ritum Graecum, et sic fastidiret Unionem. In meo vero Cathechismo impresso, sola Processio et a Filio, et Primatus non appositus ex consilio, ut populus facilius ad Unionem amplectendam alliceretur. Quod post promulgationem, Statutis pro faciliori Iurisdictionis Episcopalis administratione synodaliter formatis, et typo mandatis compensare studui, singulari articulo Primatum Summi Pontificis Romani praecustodito, et Processionem a Filio Spiritus Sancti publice circa Missas legi, ut factum est, curavi. Atque haec omnia ego, videlicet et opusculum meum ante promulgationem Unionis Sanctae impressum, et Ordinem pro faciliori et meliori Iurisdictionis administratione, post promulgationem Unionis S. synodaliter formatum transmisi, (fol. 56v) nonnullaque pro mei ulteriori instructione, et fructu animarum resolvenda submississime proposui; quae necdum suppono esse resoluta, quod nullam eorum mentionem in praesentibus literis habeam. Et hoc est in causa, quod excussio dicti Cathechismi non est accelerata. Modo vero typum quidem Sclavonicum spero mihi fore ac... bilem, si Divina Bonitas, Unum Ovile et Unum Pastorem providens, juvare dignetur Leopoliensem Episcopum, qui in Iulio proximo, facilitando negotium quorundam Nobilium, qui meae Iurisdictioni recalcitrantes duas ecclesias ab Episcopatu meo abripere, sibique Leopoliensi subdere, uti jam suos sacerdotes cum portatilibus immiserat, praesumpserant, meisque sacerdotibus, fidem Catholicam blasphemantes, manus violentas intulerant, pro quo impio ausu, in Iudiciis Tribunalis Regni, justo Decreto ad instantiam mei, cum suo praetenso Pastore adacti, ad Serenissimam Majestatem Regiam refugientes, veniam sibi, per interpositionem Serenissimae Majestatis, et Ill.morum Antistitum impetrarunt, ibidemque obedientiam Sanctae Sedi Apostolicae, et meae Iurisdictioni voverunt, et scripto firmarunt. Hos, inquam, igitur Nobiles, et se ipsum evincens Episcopus, promisit non ultra sese tergiversationibus et diffugiis laboraturum, sed in autumno post expeditionem bellicam, et reditum Nobilium,

praesertim, uti ad me recentissime scribit, in Novembri facienda, facturum, suam Dioecesim exemplo mei convocaturum, meaque vestigia, Deo ipso cordium Scrutatore, si cum Deo cor eius est, iuvante secuturum. Circa quod negotium meae etiam imbecillitatis operam me navaturum, omnemque circa promo(fol. 57r)vendam et firmandam S. Unionem diligentiam, Benedictionibus Sanctae Sedis Apostolicae, et ulterioribus Eminentissimae Celsitudinis Vestrae favoribus me adiuvantibus, adhibiturum voveo, appromitto, et subscribo.

Eminentiae Vestrae, Domini et Patroni mei Colendissimi continuus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki, E.pus Prem., Sambor. et San. (m.p.).

Valaviae, 21. IX. 1694.

## 122.

*Grotta Ferrata, 27. X. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri Vota, S.J., in causa Peremysliensi* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 96v.

Mons. Winnicki non ha ancora risposto alla mia lettera; ma assicurandomi V. Riverenza della di lui costante intentione in eseguire ciò, che desidera la S. Congregatione di Propaganda da lui, io ne attenderò i riscontri, per potergli dare il merito, che gli è dovuto presso la medesima.

## 123.

*Grotta Ferrata, 6. XI. 1694.*

*Card. C. Barberini P. Mauritio Vota, S.J., ulterius certioratur de causa Peremysliensi et de traductione Catechismi in linguam latinam* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 100r.

Ho ricevuto la lettera, che Vostra Riverenza mi ha rimessa di Mons. Winnicki, e molto mi chiamo sodisfatto dei di lui zelanti sentimenti, che da me saranno riferiti alla S. Congregatione di Propaganda, la quale già ha ordinato, che si traduca in lingua Schiavona il Cathechismo, e che si stampi qui, già che riusciva difficile di poterlo fare in cotesti parti, si che spero, che questo negozio habbia da essere terminato come si desidera.

Grotta Ferrata, 6 Novembre 1694.

## 124.

*Varsavia, 9. XI. 1694.*

*Nicolaus Swiencicki, Ep.pus Chioviensis, Cardinali C. Barberini de progressibus bellicis cosaccorum* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 90rv.

Post victoriam tartarorum et turcarum a nostro exercitu obtentam, de qua iam Eminentiae Vestrae uti fuerit veraciter detuli, nunc aliam actionem laudabilem et gloriosam quam Cosaci fecerunt in Budziak, id est in tartarica regione, ita prout factum est, cum meo venerationis cultu defero eo fine, ut iterum laetitiam sumat. Postquam resciverat Pali, Cosacorum nostrorum Colonelus, tartaros a nostris profligatos, congregavit Cosacos ad quattuor millia, inopinatissimam in Budziak, scilicet in regionem tartaricam, partem illius regionis extinxit, pecora, oves, equos abstulit, magnam promiscui sexus multitudinem prostravit, quo facto in Ukrainam ad sua, praeda onustus, reversus.

Audita hac fama secundus Cosacorum nostrorum Colonelus, nomine Samusko, congregato suorum militum Cosacorum numero, ex alia parte derepente invasit eandem Tartarorum regionem, similiter stragem magnam promiscui plebis, ferro et igne omnia vastando, fecit, gregem ovium, equorum, pecudum magnum numerum feliciter domum suam detulit... Haec sunt verissima omnia.

Varsavia, 9 Novembris 1694.

## 125.

*Roma, 13. XI. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Vota, S.J., de optima dispositione et actione In. Wynnyckyj* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 102r.

Mons. Winicki rende sempre maggiore il suo merito colle sue operazioni, delle quali non lascerò di far relatione alla S. Congregatione, su la certezza, che V.R. me ne dà.

## 126.

*Roma, 11. XII. 1694.*

*Card. C. Barberini Domino Colonna (Varsavia) de quodam successu cosaci Palij* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 112r.

La preda ultimamente fatta dal Palì Cosacco delle vettovaglie, che li Tartari conducevano a Caminietz, aggiunge nuovi motivi di rendere grazie alla Divina Providenza...

## 127.

*Roma, 18. XII. 1694.*

*Card. C. Barberini Patri Carolo Mauritio Vota, S.J., eiusdem argumenti* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 113r.

Ha accresciute le sue glorie il Colonnello Palij con danni fati ai Tartari nel centro del Budzivice et io mi rallegro di questo successo...

## 128.

*Roma, 12. II. 1695.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Vota, S.J., de quodam novo tentamine unionis Episcopi Leopoliensis* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 132v-133r.

Non havendo l'Assemblea del Vescovo scismatico Chiumlanski havuto quel buon successo,[45] che si sperava, sarà gran vantaggio, che egli venga ad abiurare in Varsavia, et a fare un atto, che darà apertura a Sua Maestà di non ritirarsi da si gloriosa impresa, in cui havendo le mani Vostra Riverenza non può sperarsi che bene dal suo zelo.

## 129.

*Mukačevo, 16. III. 1695.*

*Episcopus Mukačoviensis certiorat Cardinales P.F. de ulteriori progressu Unionis in Transcarpatia, et de aliis difficultatibus.*

APF. *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 521, fol. 15-16v.
HODINKA A., *Okmanytara...*, nr. 291, pag. 382.

---

[45] In sua difficili via ad unionem cum Ecclesia catholica hic passus nondum fuit maturus, praesertim ob ipsas conditiones ab Episcopo Szumlanskyj positas et ob resistentiam Nobilitatis huius regionis; Unio tantummodo anno 1700 locum habuit et stabilis devenit, etsi pauci homines adhuc opponebantur.

EE. e Rev.mi SS., Padr. miei Col.mi.

Nella maniera che Iddio si compiace prosperar ogn'anno le armi di S. Maestà C. contro il comun nemico, così per sua misericordia si degna assister anco à me nel promover in questo afflitto Regno la S. Unione; imperochè quest'inverno risapendo io che nelle parti di Varadino, ultimamente acquistate, si poteva caminar con qualche sicurezza mi trasportai colà e nelli due comitati di Bihar, e di Krasna mi venne fatto di riddur all'Unione una quarantina di parochi Valachi; e più havrei fatto et qui, e nelli prossimi comitati di Solnok e di Zarand, se non fossero state d'ostacolo le gran nevi, che minacciavano liquefarsi, et alcuni ministri eretici della Tran.nia. Oltre l'Unione fatta si rimediò à molti altri abusi introdotti da tanto tempo che ivi dominavano li Turchi, e li eretici, che quanti fossero, se lo possono facilmente immaginare, mentre oltre i Turchi, altra mira non havevano gli eretici, che di riddur quei popoli alli loro errori, e però stamparano un Catechismo erroneo in lingua valaca, et in luogo di lasciar ordinar preti dai Vescovi, davan loro le patenti ad uso dé predicanti e con ciò amministravano i Sacramenti e già havevan deposto le croci, e le imagini, e dismessi li Sacramenti della confessione, della communione, e della cresima, e feste, e digiuni poco si osservavano, ne havevano difficoltà di cambiarsi le mogli a guisa di serve. Io dove potei operare deposi l'illegitimi, e feci quella miglior dispositione, che mi fu possibile su questi principii, e spero col tempo d'agiustar meglio le cose anco in quelle parti, purche possi durar à mantener gente che mi fan di bisogno per attendere à si vasto paese. Mentre il S. Conte Rakoczi, con la sua Signora sorella, figliastri del Tekly, subito che presero possesso de loro stati occuparono queste decime ecclesiastiche di Munkacz, nelle quali consisteva la mia stabile intrata, di modo che se mancasse la fondatione di duecento cinquanta fiorini ultimamente fatta dall'E.S. Card. de Kolonicz, io adesso non havrei niente di fermo. Questo é quanto mi occorre di notificar per ora alle EE.VV., alle quali fo humile e profonda riverenza.

Munkacz, 21 Marzo 1695.

Dell'EE.VV. hum.mo, obl. servo

Gio. Giuseppe De Camillis, Vesc. di Sebaste, di Munkacz Vic. Ap.lico.

Die 9 Maii 1695: Laudandus.

O. Patriarcha Constant., Secretarius.

130.

*Scarisovia, 22. III. 1695.*

*Episcopus Pinscensis M. Bilozor ex novo exponit suam causam Pohostensem sibi iniuriosam; de interventu Archiepiscopi Gnesnensis, de actione et provisionibus Nuntii Varsaviensis et invocat decisionem romanam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 510-511.

Eminentissime et R.ndme Princeps, Domine et Maecenas Colend.me.[46]

Ingemisco, quia toties Eminentissimos Principes meos Congregationis Propagandae Fidei molestare cogor recursu meo, deferendo infelicitatem meam, quod in Causa et iniuria evidentissima Ecclesiae Pohosten. et Jurisdictionis meae Episcopalis proculcatae, quam sustineo a tot annis, a R.dmo Domino Pac, Equite Melitensi, et complicibus eius, nequaquam effectum sortiri pacificationis, quam iam binis vicibus sua clementia expresse recommendarunt Eminentissimi per Eminentiam Vestram, tum Eminentissimo Principi Radzieiowio, Primati et Archiepiscopo Regni Poloniae, tum etiam Ill.mo Nuntio in Regno Poloniae Sanctae Sedis Apostolicae. Equidem Eminentissimus Princeps Radzieiovius indolet vicibus meis, et se excusat, quod utraque vice paratus fuerit pacificare, si soli Eminentissimo haec pacificatio commendata fuisset ab Eminentissimis, quia vero et Ill.mo Nuntio delegata fuit, in literis per Eminentiam Vestram scriptis, declaravit mihi Eminentissimus obstaculo sibi fuisse ad hanc eandem pacificationem eundem Ill.mum Nuncium. Prima enim vice Ill.mus Dominus Nuncius renitentiam fecit huic pacificationi, insinuando, quod tunc non habuisset expressum mandatum in literis ad se scriptis nomine Eminentissimorum in hac Causa ab Eminentia Vestra; Eminentissimus tamen Archiepiscopus Gnesnensis exposuit Ill.mo Nuncio literas suas ad se datas ab Eminentia Vestra, in quibus exaratum fuit nomine Eminentissimorum, ut insimul Eminentissimus Archiepiscopus Gnesnen. cum Ill.mo D.no Nuncio pacificationem inter me, et Partem meam perageret. Nunc vero Ill.mus Dominus Nuncius, non habendo respectum mearum expensarum, sumptuum, ac senectutis meae exantlatae in laboribus Sanctae Unionis, cui acquisivi e schismate tot ecclesias et tot millia animarum, et quod maius est, recuperavi etiam Episcopatum Turoviensem, ereptum ab Antecessoribus meis, prius per Cosacos, tandem etiam possessionem per multa tempora per Dominos Lubomirscios, ubi magna messis est lucrifaciendi Christo, per octo septimanas in Residentia Varsavien. exinanito, supplicanti fere in dies, cum instaret iam tempus Paschatis, et

[46] Cardinali Praefecto de Prop. Fide, Palutio Altieri (1671-1698). Causa haec iam suae conclusioni approximabatur.

Consecratio Oleorum, mandavit mihi decimanona Martij, ut discenderem Varsavia ad ecclesiam meam, et causam hanc relinquerem penes Procuratorem meum, promittendo (f. 510) iudicialiter hanc causam terminaturum. Respondi Ill.mo, quod Eminentissimi Congregationis Propagandae Fidei non commiserint Ill.mo Iudicium sed complanationem. Iterum respondit mihi Ill.mus: Ergo Sanctissimo deferem Informationem? Respondi: quod nec delatio haec demandata fuerit sibi, cum iam Ss.mo perspecta sit haec Causa. Dixit tandem 3tio: quia Eminentissimus Archiepiscopus Gnesnen. discedit Varsaviam non possum sine Eminentissimo complanare. Respondi: quod Eminentissimus miserit per me declarationem Ill.mo, quolibet momento se paratum esse ut descenderet ad pacificationem, modo Ill.mus Dominus Nuncius determinaverit horam et locum huic complanationi. Ultimo tandem respondit mihi humiliter supplicanti: Vade ad Tuas Ecclesias, non enim habeo tempus commorari cum Vestra pacificatione inhaerendo negotio Episcopi Vilnen. cum Palatino Vilnen. Petiique tandem, ut saltem tempus assignaretur aliud ad hanc Pacificationem, ut satisfieret intentioni Eminentissimorum Sacrae Congregationis Propagandae Fidei. Respondit mihi cum affectu offenso: Vade iam ad tuum Episcopatum non faciam quicquam. Atque ita afflictus relegatus ab Ill.mo Nuncio, detuli haec omnia Eminentissimo Principi Archiepiscopo Gnesnen., qui Eminentissimus praecavit me Ill.mum Dominum Nuncium mihi esse offensum, quod recurrerem ad SS.mum Dominum meum, Vicariam Christi Potestatem, et ad Eminentissimos huius Sacrae Congregationis Propagandae Fidei, exponendo extradendas fuisse ex Nunciatura contra me, Episcopum, Citationes, in calumniis confictis criminalissimis, tum per Dominum Pac, Equitem Meliten., tum per Catherinam et filios euisdem Popovicios Pohosten. Et quia Decretum emanaverit, ut, Episcopus, responderem ad libellum articulatum famosissimum et criminalissimum per praefatos porrectum Ill.mae Nunciaturae. Exposuit... Eminentissimus operam omnem in Causa Episcopi Vilnen., Ill.mus vero Nuncius... ad paratas transactiones advenit, et vel admittit vel non admittit, in quo modicum tempus consumitur, suam tamen Eminentissimus Princeps omnem promptitudinem contestatus est, si sibi soli haec pacificatio demandata fuisset ab Eminentia. (f. 511) Quapropter expectabo declarationem Eminentiarum Vestrarum, an committenda erit haec pacificatio cum Domino Pac et complicibus eius soli Eminentissimo Cardinali vel certe expectanda mihi sint remedia ab Eminentissimis Dominis meis contra Partem. Interim vero quam humillime et enixissime supplico Eminentiae Vestrae, ut his omnibus propositis Sacrae Congregationi Dominus Eques exprimatur per expressum, cum emanabit Decisio Eminentissimorum, vel pro remedijs extradendis contra omnes Complices iniuria-

rum in Causa Pohosten., vel pro Complanatione eadem, ne iterum R.ndmus Eques Meliten. opponat exemptiones sui Ordinis R.ndmo, et ad extremam me ducat exinanitionem. Continuo enim Grodnam, iam Varsaviam, iam Lovicium, iam Radzieioviam multoties itinera faciendo, et in his locis multos menses multoties consumendo et residendo multa millia expendere damna, et litis expensas, sanitatis quoque gravissima pericula sustinere coactus sum in mea senectute. Et quod magis me angit, quia occasionem lucrifaciendi multas animas Deo, et a Schismate revocandi amisi, infelix Pastor, attendendo in Nuntiatura, et in Tribunalibus Eminen. Cardinalis Radzieiowski ne R.mus Pac, cum complicibus condemnaret me, qui, multoties coram multis gloriabatur se procuraturum depositionem meam ex Episcopatu et haereditatem meam occupaturum, modo in Iudicijs Ill.mae Nunciaturae hoc negotium terminaretur, quod et effecisset, nisi recurrissem ad SS.mum Dominum meum et ad Eminentissimos Dominos Congregationis Propagandae Fidei. Quae omnia, supplex exoro, dignetur Eminentissima Celsitudo Vestra deferre omnes has angustias animae, et senectutis meae Eminentissimis Dominis et SS.mo D.no, Vicariae Christi Potestati, quas pro laboribus meis non merui sustinere in hac mea canitie, ex occasione tantum hac, quia Jura Ecclesiae Universalis observari curavi, et ad S. Sedem Apostolicam, nec non ad Eminentias Congregationis Propagandae Fidei recursum feci, et ut consulatur integritati et honori meo, imo potius ipsiusmet Ecclesiae. Quae ut planius pateant Eminen. Dominis meis, brevissimam informationem porriget lator harum,[47] de afflictionibus animi mei, et ego quoad vixero, cum humillimis obsequijs meis manebo.

Em.mae Celsitudinis Vestrae humillimus et devotissimus ad pedes Servus et Exorator perpetuus

Martianus Bialozor, Episcopus Pinscensis N.A.P.V. et (mp.).

Scarisoviae, 22 Martii 1695.

## 131.

*In Ss. Salvatore, 25. III. 1695.*

*Episcopus Peremysliensis Cardinalibus P.F. de electione novi Metropolitani, de conservandis iuribus metropoliticis, deque facultate providendi bigamis in sua eparchia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 500rv.
MUH, vol. IV, pag. 233, nr. 142.

---

[47] Nescimus quisnam fuit «lator harum», nisi agatur de Procuratore in Urbe, Polycarpo Fylypovyč (1689-1696).

Eminentissimi in Christo Patres, Ill.mi Sacri Romani Imperij Principes et Reverendissimi Domini, Domini mei Clementissimi.

Squallentem Religionis Graecae cum Sancta Romana Ecclesia Unitae, post obitum piissimae ac dignissimae memoriae Metropolitani, zelosissimi Divinae gloriae et Sanctae Unionis Propagatoris statum, felicissima novi succedanei recreavit electio, in qua ille cuius merita Sanctae Sedi Apostolicae totique Hierarchiae Ecclesiae perspecta, ille quem multorum, imo omnium una desideravit anima, est electus, Sanctaeque Sedi Apostolicae a Sacra Regia Maiestate, Domino meo Clementissimo praesentatus. Lucebit, speramus, illa in Ecclesia Dei lampas si de plenitudine benedictionum, et gratiarum suarum Sancta Sedes Apostolica oleum illi suppeditaverit. Vocatus quidem ego fui ad Actum Electionis a Sacra Nunciatura, cum apposita tamen libera optione, obstante aliqua legalitate, in scripto mei Suffragii transmittendi, uti et factum est, cum meam discendendi alacritatem partim binae in Episcopatum Leopoliensem, de speciali Sacrae Nunciaturae commissione, non sine enervatione mei descensiones retardarint, partim ingruens hostilitas iam de via me ad propria in fortalitijs tuenda redire necessitaverit. Hoc unicum non nisi Divino Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum iudicio pro consideratione obvenit subijciendum; ne officium Protothroniatus Episcopatui Vladimiriensi a Sancta Sede Apostolica, superstite pro tunc piae memoriae Pociey, loci Ordinario, in perpetuum applicatus,[48] cuius est ratio supplere vices Metropolitani, videtur si non mere labefactari, numerusque Praelatorum, quorum copiam Sanctae Unionis dilatatio requirit, diminuatur.

Mihi restant supplicationes meae tam ratione oppressi et gravati Cleri mei a bonorum Possessoribus, quam ratione Bigamorum,[49] qui actu Presbyteri existentes, sub bipartitam Episcopatus Iurisdictionem, ante meum adhuc Regimen, ad secunda vota Matrimoniorum convolarunt, submississime repetendae; super quos cum non valeam collatorum protectionibus (qui eosdem in (f. 500v) agris ecclesiasticis a multis per successiones a Majoribus suis possessis conservant, nec alios praesentant) obstantibus extendere, hinc et scrupulus inhaeret conscientiae meae, quod hoc inconveniens non possim corrigere, nec modum corrigendi inveniam, metuendo ne si alios in locum illorum investirem, posteriora fiant prioribus

---

[48] Hypatius Potij, Episcopus Volodimiriensis (1593-1613), et dein Metropolita Kioviensis (1600-1613). Dignitas haec confirmata fuit ei ob eius meritum in apparanda Unione Ecclesiae Ruthenae an. 1595-1596, s.d. Berestensi.

[49] Secundas nuptias viduorum etiam Ecclesia Orientalis non agnoscebat. Abusus tamen sat frequentes erant in hac materia, ob humanam debilitatem et protectiones Collatorum, de quibus praeprimis loquitur hic episcopus.

peiora, videlicet ne subsequantur homicidia, combustiones et alia scelera, quae statum iurisdictionis et ordinem confundere et novellos Sanctae Unionis fructus possint vitiare, cui malo largitio Sanctae Sedis Apostolicae in dispensando saltem cum viginti praecipuis, qui et firmandae Unioni subesse viderentur, obviare et mederi potest, quam submississime, exemplo aliorum ad Unionem accedentium Episcoporum, qui eadem munificentia Sanctae Sedis Apostolicae gaudebant, rogo et meum humiliatum caput ad scabellum Sanctae Sedis Apostolicae proijciens, ac tutelae, protectioni et promotioni Sanctae Congregationis Eminentissimarum, Excellentissimarum ac Illustrissimarum Suarum Dominationum recommendo.

In Monasterio Sanctissimi Salvatoris, die 25 Martij 1695.

Eminentiarum Illustrissimarum ac Sacrarum Celsitudinum et Clementiarum Vestrarum indignus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki,

Episcopus Premislien. cum Sacr. Rom. Ecclesia unitus (mp.).

## 132.

*Roma, 14. VI. 1695.*

*Instantia de quibusdam libris, olim Procuratoris in Urbe, Josephi De Camillis, nunc Episcopi Mukačoviensis eorumque sorte.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1695, vol. 521, f. 135rv.

Monsignor Giuseppe de Camillis Vescovo di Sebaste in Ungaria espone con memoriale all'E..VV. come nella sua partenza da Roma lasciò nell'Hospitio de SS. Sergio e Bacco à Monti dove fu Rettore, intorno à 700 libri sciolti intitolati la vita Divina, fatti stampare a sue spese, con ordine che il prezzo di essi si dividesse tra due suoi Nipoti, uno de quali, cioè Niccolò de Camillis si trova in questo Collegio Urbano. Ma perchè il P. Policarpo moderno rettore di detto Hospitio [50] l'ha venduti a peso di carta come apparisce per la dipositione d'un testimonio, che trattò detta vendita, e vi assistè, supplica l'EE.VV. che si degnino d'ordinare che il suddetto P. Policarpo paghi il prezzo de suddetti Libri.

Al che risponde il P. Policarpo, e dice non haver egli havuto notitia doppo un'anno dalla partenza di Monsignor De Camillis della pretesa dispositione de Libri à favore de suoi Nipoti.

Che per tanto, supponendo haverli il sudetto Vescovo lasciati al luogo pio, e vedendoli andar male per la polvere, stimò bene esitarli;

---

[50] Polycarpus Fylypovyč, Procurator in Urbe et Rector Hospitii SS. Sergii et Bacchi (1689-1696), qui Josepho De Camillis immediate successit.

come fece vendendone parte à peso di carta, et (f. 135v) impiegando il denaro ritratto in utilità della Chiesa, e specialmente nella compra di due paramenti sacri; e parte dandoli per la celebrazione di messe, delle quali produrrà bisognando le ricevute.

In oltre, ancorche Monsignor de Camillis havesse disposto di quei libri à favore de Nipoti, il che per anco non gli costa, pretende che tal dispositione sia nulla.

1°. Perchè il Religioso non può disporre che in utilità della Religione di quello, che acquista nello stato di Religioso, e molto meno può alienarlo senza saputa, e consenso de Superiori.

2°. Perchè si deve supporre essere stati i suddetti libri stampati à spese della Religione; mentre Monsignor de Camillis come Religioso quando li stampò non haveva cosa alcuna di proprio, ne viveva con altre entrate, che con quelle della Religione, etc. etc...

Ruteni.

Die 14 Iunij 1695.

## 133.

*Roma, 16. VII. 1695.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Vota, S.J., lamentatur de inconstantia Episcopi Leopoliensis* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 176v.

Pur troppo si esaggera anche qui nella S. Congregatione di Propaganda fide contro cotesti Vescovi uniti, che diano poco saggio della loro perfetta unione, havendone continui reclami. Il Vescovo scismatico di Leopoli Ciumlanski, ch'è mancato di parola a Sua Maestà, come V.R. mi ha riferito, merita, che gli sia fatto riconoscere l'errore, anche per togliere a questa Santa Sede il poco buon concetto, che si ha della loro stabilità.

## 134.

*Roma, 27. VIII. 1695.*

*Card. C. Barberini P. Carolo Mauritio Vota, S.J., de Episcopo Volodimiriensi et retentione eparchiae simul cum dignitate metropolitana confirmanda.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 191r-192.

Molto R.do Padre.

Per non tenere più lungo tempo vacante la Metropolia Greco-Unita della Russia, fu nell'ultima Congregatione di Propaganda fide discorso

della Persona di Mons. Vescovo di Vladimiria,[51] come quello, che da V.R. tanto a me, quanto a Mons. Cybo, Segretario della medesima, fù già rappresentato esser idoneo, e capace per ben' reggerla, e per ciò esser stato nominato dalla Maestà del Re; come pure esso Mons. Vescovo ha fatto constare con sua lettera diretta al predetto Mons. Segretario nell'esaminare la materia, non andò però questa senza le sue difficoltà, trà le quali una fu, che non pareva opportuno, che Mons. Vescovo ritenesse la Chiesa di Vladimiria, quando ben si sapeva esser il solito delle altre volte, che il Metropolita col il titolo di Kiovia e di Halicia ritenesse insieme per suo sostentamento anco la Chiesa Polocense. E la seconda, che non havendo Sua Maestà, (f. 191v) com'è il consueto, esposte a dirittura a Nostro Signore le suppliche con sua Regia lettera, restava motivo a dubitarsi della certa intentione della Maestà Sua sino all'effettiva dichiaratione e supplicatione sopra. A ciascheduna di queste difficoltà parve a me bene di replicare con l'istessi motivi suggeriti dal medesimo Mons. eletto Metropolita, che quanto al primo punto, ritrovandosi l'entrate della Chiesa di Plosco hora in pessimo stato, non potrebbe il Metropolita moderno mantenersi colla medesima, quando invece di essa non havesse potuto obtenere la grazia della retenzione del Vescovato sudetto di Vladimiria, a che aggiungevasi il miglior servizio, e vantaggio ecclesiastico nel poter con magiore frutto assistere a suoi suffraganei, per esser la prefata Chiesa di Vladimiria quasi nel mezzo di essi, et all'incontro la Polocense in un'angolo; quello poi, che riguarda la lettera di R.M. a N. Signore risposi, che per hora potevano bastare a certificare la Regia mente gli attestati di V. Paternità come sopra fatti a me et a Mons. Segretario e la lettera stessa di Mons. Vescovo colla quale scrive haverlo Sua Maestà destinato, e concorso nella di lui elezzione alla Metropolia vacante, e che fra tanto io mi prendevo (fol. 192r) l'assunto di procurare la lettera richiesta di Sua Maestà che hauvrei creduto l'havesse scritta secondo il solito ad ogni insinuazione. Superatisi dunque felicemente tali ostacoli, fu nella Congregatione emanato il decreto per la confermatione, il quale poi, approvato da Nostro Signore, restò luogo alla grazia, et io nel Concistoro di lunedi passato ne feci la preconizzatione colla espressione praticatasi da miei Predecessori Protettori del Regno *ad supplicationem Serenissimi Regis Poloniae*, come ho riconosciuto dagli esempii ritrovati, massimamente più recenti nell'anni 1641 sotto Urbano Ottavo, e 1665 sotto Alessandro Settimo; seguirà nel venturo la solita propositione, si che rimanendo in questa forma tutto sopito, ho voluto portare la presente notizia a V.R., la quale nel commu-

---

[51] Leo Szlubic Zalenskyj, Episcopus Volodimiriensis (1679-1708), dein Metropolita Kioviensis (1694-1708).

nicarla per mia parte riverentemente alla Maestà del Re, potrà compiacersi nello stesso tempo di farle concepire la necessità di scrivere a Sua Beatitudine la lettera come sopra ricercata, la quale dovrà essere con l'anzidata delli 8 dello scorso mese di marzo, in cui da V.R. furono qua manifestati i reali suoi sentimenti, e ciò a fine di praticare il solito, e principalmente non pregiudicarsi per l'avvenire, quando si ritrovasse interrotto un tale esempio con pregiudizio del (fol. 192v) decoro e del possesso della Corona.

Roma, 27 Agosto 1695.

## 135.

*Chelma, 1. IX. 1695.*

*Episcopus Chelmensis mittit alium Alumnum ad alumnatum Romae vacantem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 523, fol. 123.

Illustrissime ac R.ndissime Domine, Domine ac Patrone Col.ssime.[52]

Requisitus a R.P. Polycarpo Filipowicz, Ordinis nostri Procuratore Generali in Urbe, de vacante in Collegio de Propaganda Fide pro uno e nostris Religiosis, congruum duxi, vacanti loco substituendum R.dum Fratrem Jacobum Solikouski,[53] quatenus is, Theologicis peractis studijs, dignus in Ecclesiae Dei evadat operarius; cui, ut Ill.ma Dominatio Vestra apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide, in ordine ad eiusdem acceptationem, fovere dignetur, humillime exposcens maneo.

Datum Chelmae, die 1 Septembris, 1695 Anno.

Illustrissimae ac R.dmae Dominationis Vestrae humillimus in Christo Servus

Gedeon Woyna Oranski,

Episcopus Chelmensis, ac Belsensis, Abbas Milecensis (mpr.).

## 136.

*Roma, 1. X. 1695.*

*Card. C. Barberini P. Maurito Vota, S.J., de unione Eparchiae Leopoliensis* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 200v-201r.

---

[52] Eduardus Cybo, Secretarius de Prop. Fide (1680-1695) vel forsan iam Carolus Augustinus Fabroni (1695-1706).

[53] Jacobus Solikovskyj, Basilianus, Alumnus Collegii de Prop. Fide supranumerarius, ann. 24, ingressus 30.1.1696, egressus 20.5.1698, donatus Laurea in Theologia; cfr. *Registro dei nomi*, vol. I, pag. 201; *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, secundum *Indicem nominum et rerum*: Solikovskyj; D. Blazejowskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students...*, in « Analecta OSBM », vol. IX, pag. 209, Romae 1974.

Si deve alla somma pietà della Maestà del Re ogni gloria, mentre tra l'immensità delle sue occupationi (fol. 201r) non perde di vista l'affare della Unione della Provincia di Leopoli alla Chiesa Romana, e valendosi dei mezzi, che ella mi rappresenta, deve sperarsene ogni bene, come è riuscito con Mons. Vinnicki...

Roma, 1 Ottobre 1695.

## 137.

*Roma, 15. X. 1695.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Vota, S.J., de confirmatione Metropolitae Kioviensis L. Zalenskyj* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 203r.

Attenderò la lettera Regia colla solita nomina di Sua Maestà e coll'anzidata già avvisata per Mons. Vescovo di Vladimiria,[54] promosso alla Metropolia Greco-Unita della Russia, giàche tal lettera, che si dice consegnata al detto Prelato, e da lui data a Mons. Nunzio, quà non è comparsa, e probabilmente sarà andata in sinistro per istrada.

Roma, 15 Ottobre 1695.

## 138.

*Roma, 22. X. 1695.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Vota, S.J., de acceptis litteris nominationis regiae ad Metropoliam Kioviensem.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 205rv.

Molto R.do Padre.

Unito all'ultima lettera di V.R. dei 27 di Settembre scorso da Villanova ricevo il Regio dispaccio circa la nomina della Maestà del Re fatta di Mons. Vescovo di Vladimiria, già promosso alla Metropolia Greco-Unita della Russia. Non mancherò in questi giorni di ricapitare (fol. 205v) la lettera per Nostro Signore sopra tal particolare al Signor Card. Spada con pregandolo di renderla a Sua Santità, e restando in tal forma assodato il Jus che compete alla Maestà Sua, rimane ancora questo negotio compitamente perfettionato.

Roma, 22 Ottobre 1695.

---

[54] Leo Szlubic Zalenskyj, nominatus Metropolita Kioviensis, retento episcopatu Volodimiriensi; cfr. Bullam provisionis, de dat. 22.9.1695, in *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. I, pag. 666, nr. 620.

## 139.

*Roma, 18. II. 1696.*

*Card. C. Barberini Ep.po Chelmensi Augustino Lodziata notificat acceptum fuisse Jacobum Solikowski tantummodo ex gratia speciali in Collegio Urbano, quia locus inibi Ruthenis non competit.*

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 253v-254r.

Ill.me et R.me Domine.

Quamvis nec S. Congregationi de Propaganda Fide, nec mihi innotuerit D. Patriarcham Cybo, Secretarium eiusdem tunc temporis vocasse P. Jacobum Solikovski Monachum Basilianum Ruthenum, ut inter Alumnos Collegii Urbani de Propaganda Fide praefata recenserent, attamen semper res ita se habuisset, ut procul dubio D.V. Ill.mae scriptum fuisset in isto Collegio Armenis quidem, Ruthenis monachis nullum locum posse competere, spectata exceptione Alumnatuum a piae mem. Card. S. Honuphrii Pro-Patruo meo erectorum. His igitur praemonitis cum huc, Ill.ma (fol. 254r) D.V. Vestra dirigente, dictus monachus importune advenerit, S. Congregatio haud parum illius admissioni ob allatam rationem adversata est, tandem intuitu Ill.mae D.V. pro hac tantum vice in eius admissionem ex gratia speciali consensit vi Decreti 30 elapsi mensis emanati sequentis tenoris: « Nullum competere locum Ruthenis in Collegio Urbano et de hoc admoneatur Dominus Ep.pus Chelmensis; sed ex gratia posse admitti Jacobum Solikovski etiam supranumerum, ita ut non transeat in exemplum ». Cum itaque receptus iam sit vigore huius Decreti, uti supranumerarius, loco caeteroquin non vacante, ipse quoque libens condescendi, ut suo tempore nominationem meam, si opus fuerit, concedam, quatenus in uno ex alumnatibus praedicti Cardinalis locum obtineat, cum ipse locus plenus non fuerit. Ex qua rerum serie dignoscere potest Ill.ma Dominatio Vestra quanam se ratione gerere debeat in posterum, ne ullum frustra tanto itinere exponat.

Ego autem cupidus in reliquis eidem inserviendi, me Tibi ex animo exhibeo.

Ill.mae D.nis Vestrae

Romae, 18 Februarii 1696.

## 140.

*Roma, 21. IV. 1696.*

*Card. C. Barberini Patri Mauritio Carolo Vota, S.J., scribit de quadam clade tartarorum ope cosacorum* (excerptum).

BIBL. APOST. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 266v.

Rispondendo poi alla predetta seconda sua lettera ho da ringraziarla vivamente delle buone nuove..., si ancora della rotta considerabile, che mi riferisce habbiano data i Cosacchi comandati dal Generale Masepa alli Tartari,[55] e che molte migliaia di questi restassero annegati nel Boristene, rottosi nella loro fuga il ghiaccio sotto i medesimi, e della disfatta similmente seguita di una grossa partita dei Tartari battuti dai nostri Cosacchi e Polacchi dei confini, il che renderà senza dubio i nemici medesimi meno arditi.

Roma, 21 Aprile 1696.

## 141.

*Radymno, 20. V. 1696.*

*Episcopus Peremysliensis, Cancellarius Regni, commendat Martianum Wynnyckyj Romam studiorum causa proficiscentem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 525, fol. 43.

Eminentissime Princeps, Excellentissime, Ill.me et R.ndme Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Ex quo indignus accessi Pastor ad curam Episcopatus Premisliensis, sub sanctissimae et felicissimae memoriae Alexandro Octavo, Pontifice Maximo, ita pro viribus meis desudavi, ut possem aliquod praestare Sacrae Ecclesiae singulare obsequium. Obtigit mihi occasio bonae amicitiae cum R.ndmo Domino nunc vere Unito, et Catholico Innocentio Winnicki, Episcopo Ritus Graeci Premislien., antea Schismatico; praevaluit primum spiritus Domini et mea continua persuasio, ut non solum ille ipse, sed magna pars huius Terrae, in qua Episcopatum teneo, ad Sanctam redierit Unionem. Si gloriari oportet (non expedit quidem), meis viribus et amicitia confirmavit Deus quod operatus est in nobis. Scio quia magnus iste Pastor, et zelantissimus in Unione Episcopus, habet iam multas apud S. Sedem recommendationes, et apud Eminentiam Vestram veri et catholici laboris sui ex his Terris notitiam. — Dum igitur frater eius pergit Romam, ut monstret, quod tota Domus eius, satis in Regno nostro origine clara, redierit ad obsequium Ecclesiae Romanae, humiliter supplico, ut Eminentia Vestra benigno oculo excipere dignetur istam novellam plantam,

---

[55] Prima vice hic ponitur nomen huius ducis cosacorum (1687-1709), famosi in historia Ucrainae huius temporis et postea ut symboli motus independentistici nationis ucrainae; cfr. de ipso manualia historiae Ucrainae, quae de eo prolixe tractant.

quae in ulteriores excresceret huius Dioecesis Unionis fructus. Ego vero Eminentiae Vestrae Sacram Purpuram demississime exosculor et maneo.

Radymnae, in Residentia mea Episcopali, die 20 Maij 1696.

Eminentiae Vestrae devotissimus, obsequentissimus et obligatissimus Servus

Episcopus Praemisliensis, Regni Poloniae Cancellarius

Eminentissimus Cardinalis Spada.[56]

## 142.

*Premislia, 22. V. 1696.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj ad Congregationem de Prop. Fide: de iubilaeo, de proclivione eparchiarum Leopoliensis et Luceoriensis ad unionem, et de missione fratris sui Martiniani ad studia Romana.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 525, fol. 42rv.

Eminentissimi Principes, Excellentissimi, Illustrissimi ac R.ndmi Domini, Domini et Patroni Colendissimi.

Implevit in bonis desideria et cooperationes meas Divina miseratio; cum omnes in mea Dioecesi, qui circa principia Sacrae Unionis exoriebantur, et diutius spirabant motus, sensim per lenitatem spiritus mei in directione cessarunt, et factum est multitudinis credentium cor unum et anima una, unde et Sacrum Iubileum de magnificentissima Sanctissimae Sedis Apostolicae clementia, sub die quarta Decembris anno proxime elapso, ad denuo implorandam Divinam opem pro pace inter Principes Christianos emanatum, ita, ut anteriora duo, hilari vultu, et devotissimo animo tota excepit Dioecesis; et jam ante Dominicam in Albis ab ipsa Cathedrali Praemisliensi Basilica sumpto initio Divis hominibusque plaudentibus expeditum.

Sunt proximae aliae oves, quae non sunt de ovili Christi, Leopoliensis, et Luceoriensis Dioecesium, quas adducere cupiens aliquoties Leopolim, prout Excellentissimo Ill.mo ac R.ndmo Nuncio Apostolico optime constat, non absque notabili dispendio descendebam; sed invanum laboravi, cum illud idolum,[57] quod non animas, sed honores suos optat, a tot annis

---

[56] Agitur de Fabritio Spada, Nuntio Vindobonensi, Cardinali a die 27.5.1675, qui obiit in Curia 17.6.1717. Secretarius Status.

[57] Agitur de Josepho Szumlanskyj, Episcopo Leopoliensi (1676-1706), qui iam ab an. 1677 fidem catholicam professus est, quam professionem postea pluries confirmavit, conditionibus propositis, et tandem in Iulio 1700 unionem suam et eparchiae palam proclamavit.

Deum, Sacram Nunciaturam et Rempublicam ludens, meos quoque conatus et sumptus elusit.

Quantum vero attinet ad Luceoriensem Nominatum,[58] hic, bonis ad Episcopatum spectantibus Sacrae Regiae Maiestatis mediante Privilegio apprehensis, simplex Monachus Iurisdictionem sibi in omnibus episcopalem vindicat, meis quidem persuasionibus quatenus Ordines ab Ill.mo nostro Metropolitano petat, correspondet plausibiliter, tamen aliunde eum bifarie fluctuantem percipio; nihilominus (f. 42v) pulsare ostium cordis eius, quantum mea tenuitas et Catholicum in Sacram Unionem et Sanctam Sedem Apostolicam studium feret, non cesso nec cessabo, utinam in salutem non in majorem perditionem.

Alumnos quos mihi Sanctissimae Sedis Apostolicae clementia dignata est concedere, hucusque non miseram, nisi modo unum eumque fratrem meum germanum, Patrem Martinianum Ordinis Sancti Basilij Magni, actu Presbyterum,[59] alterum in promptu non habeo, ob rationes in supplici libello inter alia mea desideria positas; quem libellum in Sacro Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum consessu legi, et ad justa petita paternam inclinari benevolentiam promptissimo corde et vultu demisissimo exorando, me ipsum et fratrem meum cum tota Dioecesi pedibus Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum provolvens, clementiae, gratiae, sensibus subijcio.

Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum continuus indignus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki,
Episcopus Premisliensis cum S.R.E. Unitus.

Ad Aedes Cathedrae Premisliensis Ritus Graeci Unitae, die 22 Maij 1696.

Ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide.

---

[58] Dionysius Zabokryckyj, dein Episcopus Luceoriensis (1702-1715), qui in suo curriculo ad episcopatum plurimas habuit difficultates et impedimenta tum ante tum post suam unionem (1702). Cfr. infra documenta huius voluminis et praesertim Processum de vita eius (nr. 180). Obiit in captivitate moscovitica an. 1715, a Czaro Petro I persecutus.

[59] Missio haec infelix fuit, ob rationes salutis physicae et moralis; ideo mox remissus fuit in patriam; cfr. documenta praesentis voluminis secundum *Indicem nominum et rerum.*

## 143.

*Premislia, 22. V. 1696.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj Cardinali Praefecto Congr. de Prop. Fide commendat fratrem suum Martinianum ad studia Romana.*

APF, *Scritt. rif. n. Gongregazioni Generali*, vol. 525, fol. 45.

Eminentissime Princeps, Excellentissime, Ill.me, ac Reverendissime Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Ad Seminarium ex clementia Sanctae Sedis Apostolicae, benigne meae Dioecesi concessum, Alumnos mittere taliter curavi, qualiter caeteras mihi a Sacra Congregatione propositas conditiones adimplere enitebar. Quam tamen ob causam unum non nisi mitto, percipiet Eminentissima Celsitudo Vestra ex litteris ad S. Congregationem expeditis. In quibus clementiae S. Sedis expositis meis totiusque Dioeceseos desiderijs, ut Eminentissima Dominatio Vestra, sua interpositione suffragante, ad Alumnatum missum, uterinum fratrem meum, Patrem Martinianum Ordinis D. Basilij Magni Professum, aeque ac me ipsum, quamvis absentem, tanquam praesentem ad osculum Sacrae suae Purpurae admittere non dedignetur, demisissime supplico.

Eminentissimae Celsitudinis Vestrae Domini mei Clementissimi continuus, indignus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki, Episcopus Premislien. cum S.E.R. unitus (mpr.).

Datum ad Aedes Cathedrae Praemyslien., die 22 Maij 1696.

Ad Eminentissimum Cardinalem De Alteriis.

## 144.

*Roma, 2. VI. 1696.*

*Card. C. Barberini Metropolitae Leoni Szlubic Zalenskyj congratulatur de promotione ad Metropoliam Kioviensem et adiutorium adpromittit.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 280rv.

Ill.me et R.me Domine.

Variis negociis huc usque detentus atque etiam distractus ita impeditus fui, ut respondere non potuerim D.V. Ill.mae gratissimis litteris 12 Aprilis ad me scriptis, quibus exprimere voluit humanissimos suos erga me sensus ob eam operam quam impendi ut tibi, meritissimo, inservirem, proponendo in Consistorio Personam Suam atque dignas qualitates ob quas D.V. Ill.ma promoveri commeruit ad spirituale et ecclesiasticum regimen totius Russiae Metropoleos. Fateor me ob hunc bonitatis

in me suae excessum plurimum obstringi Ill.ma D.V., quam persuasam esse velim me vivum in animo desiderium enutrire sibi commonstrandi quantopere suas dotes atque merita aestimem, quoties sese opportunitas obtulerit huic suo in me collato favori reipsa correspondi. Cum autem aut ipsimet Ill.mae D.V., aut isti Metropoli (fol. 280v) inserviendum fuerit, libenter tam optatas occasiones amplectar, imitaturus atque aemulaturus Em.mi Francisci Cardinalis Barberini fael. mem. Patrui mei zelum, quo fidei Catholicae in vasta illa Provincia progressus ardentissime optabat atque gaudebat ibidem, extincto errore et schismate, regionem illam ad veritatis lumen atque cum supremo Sanctae Romanae Ecclesiae Capite unionem perfectam revertisse. Equidem Ill.mae D.V. non leviter obstrictum me agnosco atque grati animi mei sensui fovere et conservare pro viribus adnitar, quod praefati D.ni Cardinalis memoriam[60] non sine elogio renovarit et manus tibi interea deosculor.

Dominationis Vestrae Illustrissimae Servus.

Romae, 2 Junii 1696.

## 145.

*Szathmar, 6. VI. 1696.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis Cardinali de Kollonitz refert de sua activitate pastorali et episcopali, de documentis eparchiae, de carentia bonorum et fundationum, de statu rerum in novis regionibus a turcis acquisitis etc.*

Archiv. Primat. Hungariae, *Strigonia*, num. 2116/19 (orig.).
Hodinka A., *Okmanytara...*, nr. 298, pag. 390.

Cel.sme, Em.me et Rev.me Princeps, D. et Patr. mihi Col.me.

Ab Ill.mo D. Ep.po Agriensi transmissae fuerunt mihi copiae literarum V.E. et ad puncta in illis exarata, quae spectant ad me, respondeo.

Ad 1. - In visitationibus a me factis per Hung. in partibus Ruthenorum et Valachorum prius multum laboravi, ut reducerem clerum ad unionem cum S.R.E. et gratia Dei juvante factum est, exceptis paucis reliquiis, praesertim in confiniis Maramoris et Tran.niae. Postea plurimos clericos illegitimos vel dubios reordinavi et multos abusus contra legem Dei et

---

[60] Agitur, ut videtur, de Francisco Barberini, patruo Caroli Barberini et nepote Urbani VIII, ex familia Barberini; nominatus Cardinalis inde ab an. 1623, plura obibat munia temporibus Urbani VIII et postea, et fuit Decanus Coll. Cardinalium. Obiit in Curia 10.12.1679.

ss. canones eccl.ticos abstuli, licet nondum possint ubique eradicari, praesertim ut sacerdotes non ducant uxores post Ordines et saeculares non ducant alias uxores ante mortem legitimorum conjugum, et catholici cum acatholicis non copulentur. Et haec corrigere ubique non possum, quia vires non habeo reos puniendi; illi enim citati non comparent, censuras non formidant, meis famulis, si velint illos capere, armis se opponunt et ab officialibus caesaris assistentia fere nulla, nec D.ni ter.res juvant, imo cum sit magna pars haereticorum, potius protegunt tales reos, quando sunt illorum subditi, quam mihi faveant. Tandem fere ubique summa paupertas clericorum, quia parochiae non habent aliam fundationem, quam fundum, in quo aedificatae sunt domus parochiales et aliquot paucas terras arabiles cum exigua parochianorum contributione. Imo in d.niis D.norum Rakoczianorum, D. com. Berczeny circa Ungvarinum, D. comitissae de Homonna et aliorum tantum exigunt de pecunia illorum officiales quolibet anno ab unoquoque parocho propter illos fundos, quantum ferme solveret unus subditus, qui vellet esse liber a laboribus debitis proprio D.no, et portiones coguntur pluribus in locis solvere et milites tenere in suis domibus pro quarteriis hiemalibus, non obstante benigno Suae Mat.tis decreto in contrarium. Hinc est, quod non fervet erga catholicos charitas et erga me reverentia, nec in ecclesiis apparet ullus splendor, imo pluribus in locis calices sunt ex ligno, patinae ex argilla, pixides pro Venerabili scatulae unius nummi, apparamenta lacera et ex tela.

Ad 2. - Sunt diversa documenta pro ep.patu Munkacziensi, sed omnia fuerunt in paribus extracta ex venerabili capitulo Posoniensi ante quinque annos, ubi originalia de facto extant.

Ad 3. - Ep.patus Munkacziensis nullam aliam habet fundationem praeter illam, quam V.E. fecit 5 mill. fl.norum. Ep.pi autem residebant in monasterio Munkacziensi et in quantum archimandritae sive abbates fruebantur fundatione facta pro monachis a quodam Theodoro Kiriatowicz, Rutheno, olim duce Munkacziense. Hanc fundationem paulatim occuparunt DD. Rakocziani, qui fuerunt haeretici. V. autem E. ante 5 annos mandavit D. baroni Francisco Klobusowski, ut mihi in integrum eandem fundationem resignaret. Sed DD. comites Rakoczy et Aspermont iterum occuparunt omnia, propter quod ego ante annum Munkaczino discessi. Et quia illud parvum, quod remansit, non sufficiebat pro monachis, quos ego in monasterio sustentabam pro servitio eccl.ae, omnes inde abiverunt et modo locus manet desertus. Pro seminario sive convictu nulla prorsus est, nec fuit fundatio, propter quod sacerdotes Rutheni et Valachi aliam instructionem non habent in rebus fidei et in ritibus eccl.ticis praeter illam, quam apprehendere potuit unus ab alio in propri-

is domibus et ecclesiis. Et vere necessarius esset aliquis respectus etiam pro tanto populo, qui forsan implet medietatem Hung. et Tran.niae et parum aberrat a catholica fide.

Ad 4. - Omnia quae peto in partibus meae dioecesis non habeo, peto enim, ut executioni mandetur piissimum Suae Mat.tis decretum emanatum m. Aug., A. 1694, ad favorem Unitorum et obtinere non possum. Ex hoc autem pendet et propagatio et consolidatio Unionis et ep.palis authoritatis stabilitas. Quomodo enim ep.pus poterit dirigere illos parochos, qui tractantur a D.nis ter.ribus, etiam haereticis, tamquam subditi. Si ep.pus mandat illis unum, D.nus mandat aliud et aliquoties factum est, ut ab ipso altari tempore administrationis pellerentur sacerdotes ad servitia D.norum. In partibus vero gratia Dei a Turcis acquisitis, quales sunt cot.tus Szolnok superior et inferior et Kraszna, non permittitur mihi ab officialibus Tran.nicis quidquam agere. Et quia aliquoties sacerdotes, qui in magno numero sunt, per illos cot.tus, inclinabant se mihi subdere, cum nullum habeant ep.pum, minati sunt illis D.ni ter.res percutere, incaptivare, in catenis ponere, suspendere; et de facto quia Krasnenses confisi sunt anno praeterito mihi obedientiam reddere et Unionem acceptare, statim officiales acceperunt illorum pecora et obligarunt illos ad solvendas portiones et ad quarteria, a quibus prius liberi erant, sicut illorum praedicantes, propter quod modo retrahunt se a me, prae timore majorum miseriarum. In Maromorus, quae est etiam pars Hung. acquisita et prius spectabat ad meum ep.patum, factus fuit a D.nis Tran.nis post meum adventum alius ep.pus,[61] a quo magnas habui et habeo molestias, nam non solum acceptat et fovet omnes illos, qui ex mea dioecesi propter suas nequitias illuc fugiunt et inde continuo scribunt contra Unionem et contra me, tentantes unitos, sed et contra ss. canones ordinat sacerdotes omnes illos, quos ego propter legitimas causas ordinare recuso, qui postea, revertentes huc, et mihi non obediunt et schisma fovent in populo et alios sacerdotes turbant. Si Sua Mat.tas concederet mihi tales patentes, quales concessit meo tempore pie defuncto P. Demetrio Monastelly, quarum paria hic transmitto, sperarem in illis partibus aliquid efficere, sed explicandus est melius ille cot.tus Szolnok circa Kyvar videlicet Szolnok superior et inferior et Krasna prope Bihar, et si adderentur etiam cot.tus Maramorus et Zarand, quae sunt partes Hung., haberem et ibi aliquam curam; si enim hoc fuit concessum meo archidiacono, quare non et mihi? Hoc etiam addi deberet, quod si clerus ille profitebit Unionem cum S.R.E.,

---

[61] Josephus Joannes Stojka, Episcopus non unitus Maramorosiensis (1690-1711). Cfr. de eius vita et activitate opus A. Baran, *Eparchia Maramorosiensis eiusque unio*, Romae 1962, praesertim in cap. I-o.

abjurando schisma, libere fruatur praelibato privilegio Suae SS. Mat.tis, Viennae emanato m. Aug. a. 1694, ad favorem Unitorum.

Ad 5. - Quando dabitur mihi pecunia ex fundatione Ferdinandi III, mittam quietantias.

Ad 6. - Non potui esse, nec mittere Posonium pro die 13 Junii, quia modo habui literas; tamen cum ego sim forsan pauperior inter omnes ep.pos Hung. et gravibus curis oneratus et nec unicam residentiam habeam, spero, quod E.V. participem me faciet tum ex fundatione Ferdinandi III, tum ex liberalite Summi Pontificis.

Et suae gratiae me enixe recommendando maneo.

Datum Szathmarini, die 6 Jun. 1696.

V.E. hum., oblig. Servus et Capell.

Jo. Jos. De Camillis, Ep.pus Sebast., Munk., m.p.

## 146.

*Roma, 14. X. 1696.*

*Card. C. Barberini Ep.pum I. Wynnyckyj certiorat de sorte romana eius fratris Martiniani, quem necessarium erat domum remittere.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6652, fol. 335rv.

Ill.me et R.me Domine.

Romam nuper appulit Monachus D.nis V. Ill.mae frater, comitatus litteris suis commendatitiis, ut in hoc Propagandae Fidei Collegio inter iuvenes alumnos admitteretur; sed quoniam huic receptioni 40 annorum illius aetas obstabat, S. Congregatio, maxime comota meritis D.nis V. Ill.mae, satius iudicavit, ut in hospitio hoc SS. Sergii et Bacchi apud P. Procuratorem Generalem Ruthenum Ordinis S. Basilii, expensis eiusdem S. Congregationis retineretur, ubi equidem consequi poterat finem, ob quem huc missus fuerat; sed cum vitae solitariae non multum amicus inventus fuerit, necnon vino nimium deditus cumque ob hanc intemperantiam nullis monitis dissuaderi potuerit, S. Congregatio, vitatura inconvenientia quae accidere potuerant, et consultura itidem D.nis V. Ill.mae decoro, dignitatique sapienter statuit eundem isthinc remittendum esse in comitatu opportuno D.ni Masini, Decani Olycensis, in Poloniam mox reversuri, cui S. Congregatio, sufficiens in hunc finem viaticum consignans, curavit (fol. 335v) revertique itaque et prospera utentem valetudine venturum ipse spero. Ceterum D.tionem Vestram Ill.mam certam reddere debeo, se a S. Congregatione magno in pretio haberi atque huius de suis

meritis aestimationis documenta quaque data opportunitate ab eadem expectare posse; tum praesertim, cum in hoc praedicto collegio duos alumnos ex ista sua Dioecesi iuxta declarationem, alias factam, admitti rogabit, dummodo sint aetatis competentis, docilisque indolis, quatenus cum aliis adolescentibus alumnis possint et pietatis sensa et Sacrae nostrae Religionis et fidei dogmata edoceri et discere.

Haec habeo quae respondeam D.ni V. Ill.mae, cuius humanissimas litteras ex fratris sui praefati manibus recepi, et interea meam de te optimam opinionem atque tibi inserviendi, prout semper hactenus adnixus sum, desiderium libens eique confirmans, me toto animo sibi exhibeo.

Dominationis Vestrae Ill.mae.

Romae, 14 Octobris 1696.

## 147.

*Spas, 28. XII. 1696.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj cardinali C. Barberini respondet de tristi nuntio de fratre suo Martiniano domum remisso promittitque expensas restituendi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 2, fol. 526rv.

Eminentissime Princeps, Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine, Patrone et Protector Colendissime.

Ingenti dolore, acceptae ab Eminentissima Dominatione Vestra literae, de data die 14 8bris anno labenti, animam meam implevere; cum ex illis fratrem meum studijs, ac disciplinae (quibus imbuendis missus erat) juxta institutum Collegii minus idoneum extitisse perceperim. Ego quidem testimonio Religiosorum, quia non ad latus meum, sed inter eos vixerat, melioris frugis illum fore existimabam, et ea intentione, ut firmandis in mea Dioecesi Sacrae Unionis incrementis, imo in vicinis Schismaticis propagationi illius cooperaretur, intercedentibus pro ipso multis varij Ordinis, etiam ipsius Soc. Jesu, Religiosis, ad illam fidei Catholicae et morum magistram mittebam; quid enim vel quis me in hoc induceret, ut amarem, et emerem tanti paenitere? Nam quos, non tantum pro viatico statui illius, et nomini meo congruos, sed etiam reliquis exigentijs contingentibus impendi sumptus, alijs potius bonis operibus et communi bono Ecclesiae promovendo applicare, quam ijsdem, in illo Urbis et Orbis Theatro, nominis et Domus meae, quae publicis Palatinatus et Reipublicae in Antenatis meis functa, et nunc, in alijs duobus fratribus meis fungitur munijs, tantum opprobrium emere mihi erat. Et ecce infelix ego

vates, super eam votorum conceptorum frustrationem, quam potius ignominiam, nulla unquam lacrymarum copia sufficienter deplorandam, ingemiscere cogor. Unica tamen clementia Eminentissimarum Suarum Celsitudinum me solatur, quod illum remiserint, Viaticum eidem assignatum, libenter juxta suae Eminentiae intimationem, uti minimorum nutuum observantissimus, etiam his, ex occasione Militis, in visceribus meae (f. 526v) Dioeceseos hybernantis, pro suo in Clerum respectu facilitando, extenuationibus meis non obstantibus, exolvere procurabo; imo quoad usque supervixero, omni mea, ad exequenda sua mandata, possibili submissione pendere desudabo. Interim non tantum Eminetissimae Celsitudini Vestrae, in qua confido, ne confundar, totum me protectioni subijcio; sed etiam quatenus caeterorum Eminentissimorum Cardinalium benevolentiae meam insinuare imbecillitatem non dedignetur, humillime supplico, cuius Sacrae Purpurae Fimbriam devotissime exosculans, quam demisissime profiteor quod sim.

In Monasterio SS.mi Salvatoris, die 28 Xmbris, 1696.

Eminentissimae Celsitudinis Vestrae, Domini, Patroni et Protectoris mei Colendissimi continuus, indignus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki, Episcopus Prem. cum S.R.E. Unitus (mp.).

## 148.

*Mukačevo, 1. III. 1697.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis de suo miserabili statu, de difficultatibus ex parte Schismaticorum nec non de facultate ordinandi bigamos.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 527, fol. 81rv, 82v.

Emin.mi et Rev.mi Signori, Patroni Colendissimi.

Sono già sette anni che per la Dio gratia mi trovo in questa diocesi di Munkacz, e quanti siano stati li miei travagli possono facilmente imaginarselo l'E.V., mentre oltra l'esser stati occupati li Beni della mia Chiesa, come già scrissi, quando venni qua, trovai solo due sacerdoti che dicevano d'esser Uniti, e di innosservanze senza numero, introdotte parte dall'ignoranza de i Vescovi Scismatici, che nei tempi turbulenti di guerra si facevano d'ogni conditione, parte dall'esser questi Rutheni meschiati con gl'Eretici, et in gran parte sogetti à loro. Hor la maggior molestia che provo è quella che mi da l'Arcivescovo di Epek, Scismatico, il quale avanti tre anni consecrò 7 vescovi e li ha distribuiti in diverse parti di questo Regno, mentre che oltra il non poter io oprare dove essi sono, un di loro

pretende togliermi Agria, e Varadino,[62] dove io già da molto tempo fui accettato, et introdussi l'Unione, e pacificamente continuai la mia jurisdictione come Vicario di Sua Santità. E per il gran servitio, che dalli suoi Rasciani, o Serbi ha havuto, et ha Sua Maestà Cesarea in questi tempi di guerra, non posso far capitale della Suprema Corte; però io in colpa non sarò, se le cose della Religione in quelle parti non havranno il desiderato progresso.

Desiderarei da Sua Santità la facoltà di poter dispensare dal vitio della Bigamia con quelli che giudicarò (f. 81v) atti ad esser promossi alli Sacri Ordini; so bene che a molti Vescovi Ruteni di Polonia fu concessa, ed io medesimo quando ero in Roma lor Procurator Generale più volte l'ottenni. Con che raccomandandomi alla pregiatissima gratia dell'E.V. e mi raffermo

Dell'EE.VV. humil.mo, oblig.mo Servitor

Gio. Giuseppe de Camillis,
Vescovo di Sebaste e di Munkacz, Vicario Apostolico.

Munkacz, primo di Marzo 1697.

(f. 82v) Monsignor de Camillis, Vescovo di Sebaste di Rito Greco, Vicario Apostolico in Monkacz, supplica l'EE.VV. della facoltà di dispensare dalla Bigamia con quelli, che giudicherà atti agl'Ordini Sacri.

In tal congiuntura rappresenta all'EE.VV. lo stato miserabile di quel suo Vicariato, e dice che la maggior molestia che prova è quella gli da l'Arcivescovo d'Epek, Scismatico, il quale havendo consecrati sette Vescovi li ha distribuiti in diverse parti di quel Regno, et uno di essi pretende togliere all'Oratore Agria, e Varadino, dove fu accettato, et introdusse l'Unione con esercitarvi pacificamente la sua giurisdizione di Vicario Apostolico. Aggiunge che à riguardo del gran servizio prestato à S.M. Cesarea dalli Rasciani in questi tempi di guerra non puole far capitale di quella Corte.

Mi fò lecito di dire all'EE.VV. che la medesima facoltà fu dal suddetto Vescovo, richiesta anche sotto li 3 di luglio 1690, e ne fu rimessa l'istanza alla Congregazione del S. Offizio, dalla quale ne registri non si trova, che siasi havuta risposta.

I luoghi poi conceduti al medesimo nel Breve spedito per il suo Vicariato, sono la Diocesi di Monkacz et altri luoghi acquistati in Ungaria.

Die 6 Maij 1697: Ad S. Officium

C.A. Fabronus, Secretarius.

---

[62] Agitur de Josepho Joanne Stojka, Episcopo non unito Maramorosiensi (1690-1711). Cfr. notam et fontes in nota praecedenti.

## 149.

*Spas, 24. VIII. 1697.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj conqueritur coram S. Congr. de Prop. Fide de P. Mauritio Vota et eius modo agendi in retinendo Brevi Pontificio de unione suae eparchiae, nisi pretio soluto.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 556rv.
MUH, vol. IV, pag. 252, nr. 156.

Eminentissimi Principes, Excellentissimi, Ill.mi ac Reverendissimi Domini, Domini, Patroni et Protectores mei Clementissimi.

Aliquoties scribere et meum contra R. Patrem Vota, Soc. Jesu, Sacerdotem, cordolium clementiae Eminentissimarum Vestrarum Celsitudinum aperire volebam; sperans tamen, quod tandem aliquando dictus Pater, in reddendo super coadunandam Dioecesim meam Brevi Apostolico Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum mandatum executurus esset, nullis in hoc puncto, ad authoritatem Eminentiarum Vestrarum recursibus, meam exposui querimoniam. Verum cum praedictus Pater hucusque praefatum Breve Apostolicum detineat, hoc unico motivo, quod stante vita Regia non posset a me quidquam praetendere, tunc enim centum in specie taleros, sibi a me sponte ac libere oblatos, accipere detrectabat. Nunc autem Regis pie defuncti censurae securus, non modo praetendit quoddam, sed ultro requirit, quid autem illud esset, centumne illi taleri, quos prius dabam, aut aliud aliquid, clare non aperit, tantum pecuniam, Romam mittendam pro debitis circa Brevis Apostolici extraditionem contractis, et exsolvendis necessariam, simplicissime asserit, quod superstite Rege non dicebat, neque pecuniae alicujus faciebat mentionem, sed aliam rationem praetexebat, nimirum Sedem Metropolitanam, post fata piae memoriae Ill.mi et R.mi Cypriani Zochowski vacantem, quali tempore Breve Apostolicum non posse reddi. Postquam vero modernus Metropolitanus a S. Sede Apostolica approbatus successit, rursum requisivi R.ndum Patrem Vota, rescripsit: Se Breve Apostolicum prae manibus non habere, sed Zolkieviae in cistis asservari. Postremo nunc recenter Varsaviae, sub electionem Regis, ubi etiam iuxta conditionem, ab Eminentijs Vestris positam, Ill.mo Domino Metropolitano adstiti, idem R.P. Vota ad personalem meam expostulationem presse declaravit, se istud Breve nullatenus redditurum, sed potius Romam remissurum.[63] Cur vero id faciat, penitus ignoro. Et ideo cum sine praedicto Brevi non vivere mihi videar, ad clementiam Eminentissimarum Vestrarum Celsitudinum

---

[63] Cfr. nr. 151, ubi clare habetur Breve tale nunquam datum fuisse.

recurro, et meas, quatenus aut dicto Patri acceptum reddere, aut duplicatum, seu potius authenticam Copiam extradi demandare Eminentissimae Celsitudines Vestrae dignentur, humillimas supplicationes, imo et me ipsum clementiae quam submississime subijcio, sacramque Eminentiarum Vestrarum purpuram devotissime exosculans, profiteor quod sim.

Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum, Dominorum, Patronorum et Protectorum meorum Clementissimorum continuus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki, Episcopus Premislien. cum S.R.E. Unitus.

In Monasterio S. Salvatoris, die 24 Augusti, 1697.

## 150.

*In Monasterio S. Salvatoris, 24. VIII. 1697.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj Cardinali C. Barberini gratias agit de favoribus fratri suo Martiniano exhibitis et petit, ut Breve Apostolicum de unione eparchiae ei reddatur vel duplicatum procuretur.*

Bibl. Ap. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 61.

Eminentissime Princeps, Ex.me, Ill.me ac Reverendissime D.ne, Domine, Patrone et Protector Clementissime.

Scio, et profiteor, me tot, tantarumque ultra merita, et citra opinionem, gratiarum Eminentiae Vestrae contestationibus, ita esse obligatum, ut quamvis nullam intermitterem postam, quin Eminentissimam, Ex.mam, Illustrissimam ac Reverendissimam Dominationem gratiarum actoriis convenirem, non satis esse existimarem solam illarum exhibitionem, quamvis tamen tanto temporis interstitio, ab ipso Fratris mei reditu (confusus videlicet, quod non ad meas intentiones sese gerendo, mihi, totique suae Domui opprobrium sit factus) hactenus ad Vestram Eminentissimam, Excellentissimam, Illustrissimam ac Reverendissimam Dominationem non scripserim, neutiquam animo despondeo, me fore etiam hac literarum mearum tarditate non obstante, Vestram Eminentissimam, Excellentissimam, Illustrissimam, ac Reverendissimam Dominationem, uti in totum Regnum nostrum, ita et in me eiusdem incolam, humillimum vero clientem suum affectu ferri experturum. Unde Vestram Eminentissimam, Excellentissimam, Illustrissimam, ac Reverendissimam Dominationem, Patronum et Protectorem desuper mihi datum, quam submississime praesentibus veneratus, ulteriori, imo perpetuo Vestrae Eminentiae Patrocinio meas, pro Brevi Apostolico super coadunandam meam

Dioecesim, quatenus videlicet Eminentissima, Excellentissima, Illustrissima ac Reverendissima Dominatio Vestra, aut primum reddi demandari, aut duplicatum, sive potius copiam illius (quandoquidem primum hucusque mihi ad manus non reddidit R. Pr. Vota Soc. Jesu) authentice extradi procurare dignetur,[64] supplicationes, imo et me ipsum Paternis Suae Clementiae favoribus insinuatum subiicio, fimbriamque Sacrae Purpurae quam devotissime exosculans maneo,

Eminentissimae, Excellentissimae, Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae, Patroni et Protectoris mei Clementissimi continuus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winicki,
E.pus Premisl. et Samborien. et San. cum S.R.E. unitus (m.p.).

In monasterio S. Salvatoris, die 24 Augusti 1697.

## 151.

*Roma, 18. I. 1698.*

*Card. C. Barberini Ep.po I. Wynnyckyj explicat Breve de unione eparchiae nunquam expeditum fuisse, sed solummodo decretum Congregationis P.F. emanatum fuisse.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6653, fol. 5r.

Ill.me et R.me Domine.

Multum debeo D.ni V. Ill.mae ob suam in me bonitatem per litteras ad me 24 Augusti conscriptas. Iamvero quod attinet ad Breve Apostolicum circa unionem istius Praemisliensis Ecclesiae Dioecesis quod petit, sciat Ill.ma D.tio V. tale Breve nunquam expeditum fuisse, quoniam nulla necessitas, aut consuetudo eam expeditionem exposcebat. Sufficere enim visum est S. Congregationis de Propaganda Fide decretum, cuius hic exemplum adnexum inveniet, quod sane decretum Rev. P. Vota D.ni V. se tradidisse disertis verbis attestatur per litteras ad S. Congregationem praefatam conscriptas.[65] Caeterum si D.ni V. Ill.mae ulla alia in re inservire potero, libentissime operam meam impendam, ut quavis oblata occasione quanti merita sua estimem et personam studiose diligam agnoscat, eique prospera quaeque ex animo peropto.

Dominationis Vestrae Ill.mae.

Romae, 18 Januarii 1698.

---

[64] Breve nunquam datum fuisse; cfr. nr. 151 et notam praecedentem.

[65] Cfr. in *Litteris privatorum* nostrae Collectionis.

## 152.

*Premislia, 13. II. 1698.*

*Episcopus Peremysliensis cardinali C. Barberini de non datis vel dispersis supplicationibus in negotiis eparchiae, ut exaudiantur.*

BIBL. AP. VAT., *Barb. lat.*, vol. 6646, fol. 62.

Eminentissime Princeps, Excellentissime, Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine Patrone et Protector Clementissime.

Piis quidem intentionibus, quia ipsius Sanctae Sedis Apostolicae requisitioni se conformantibus, sed minus fausto eventu, miseram in Alumnatum Romanum fratrem meum P. Martinianum, Ordinis Sancti Basilii Magni, et per eundem nonnulla ad Sacram Congregationem pro commodo Dioecesis meae, et augmento Sanctae Unionis in supplici libello expresseram. At ille, uti in principalioribus, non ea pro quibus missus erat sectabatur, ita et commissa sibi desideria mea non modo per se verum nec per Procuratorem proponi curavit; quandoquidem hactenus nullum super illa responsum recepi.

Proinde cum haec ipsa pro commodo Ecclesiae et propagatione Sanctae Unionis gratiae et favori Sacrae Congregationis geminatis precibus insinuare studeam, ut Sua Eminentissima Dominatio ad haec omnia manum et authoritatem suam apponere dignetur, humillime supplico, meque totum cum Dioecesi mea singularissimae protectioni, gratiae, et favori, fronte et animo submississimo recommendo, eiusdemque Vestrae Eminentiae Sacram exosculor Purpuram, et me ex animo profiteor, quod sim,

Eminentiae Vestrae, Domini, D.ni, Patroni et Protectoris mei Clementissimi indignus ad Aras exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki,
Ep.pus Prem. cum S.R. Ecclesia unitus (m.p.).

Premisliae, 13 Februarii 1698.

## 153.

*Premisliae, 13. II. 1698.*

*Praefecto Congr. de Prop. Fide lamentatur Ep. Peremysliensis de sua mala sorte quod frater eius Martinianus non reddidit Congregationi supplicationes in negotiis eparchiae petitque ut exaudiatur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 2, fol. 557rv.

Eminentissime Princeps, Excellentissime, Illustrissime ac Rev.me Domine, Domine, Patrone ac Protector Clementissime.

Quia non respondit votis meis frater meus P. Martinianus, Ordinis Divi Basilij Magni, quem, observando, ac exequendo Sacrae Congregationis de Propaganda in Alumnatum, de largitate et clementia Sanctissimi Domini mei providendum, et non minus eruditione, quam pietate imbuendum expediveram, sicut citra meam intentionem factum est malum, ita sceleris culpa in Authore est retorquenda. Commiseram illi quaedam commodum Ecclesiae, Unionis Sanctae propagationem, ac Schismatis extirpationem concernentia in Sacra Congregatione proponenda. Ad quae, quoniam nullam vocem a Sacra Congregatione hactenus excepi, persuasus sum, haec Postulata mea ad aures Eminentiarum Vestrarum, nescio qua infelicitate, non pervenisse. Ideoque geminatis precibus Eminentissimae Celsitudini Vestrae acclinis supplico, quatenus Eminentia Sua supplicem libellum meum ad Sacram Congregationem expeditum ope sua, authoritate, et singularissima promotione adjuvare, et contenta illius per interpositionem suam ad Sanctissimum Dominum, Dominum meum Clementissimum, effectura non dedignetur. Haec siquidem Postulata mea, sicut Ecclesiae utilitatem et incrementum praeseferunt (f. 557v), ita, quia in his vocem meam Eminentia Vestra exaudiet, firmissime credens fimbrias Sacrae Purpurae Eminentiae Vestrae exosculor, manens.

Praemisliae, die 13 Februarij, 1698.

Eminentiae Vestrae Domini, D.ni, Patroni et Protectoris mei Clementissimi indignus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki,

Episcopus Premislien. cum S.R.E. Unitus (mp.).

(fol. 557): Ad Eminentissimum Cardinalem de Alteriis.

## 154.

*Premislia, 13. II. 1698.*

*Episcopus Peremysliensis In. Wynnyckyj excusat fratrem suum Martinianum coram Cardinalibus P.F. et petit ut exaudiatur in petitionibus quas ille ob negligentiam vel morbum non reddidit Congregationi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 530, fol. 273rv.

Eminentissimi Principes, Excellentissimi, Illustrissimi ac Reverendissimi Domini, Domini mei Clementissimi. Ad Sacram Congregationem de Propaganda.

Bono quidem omine, sed malo et nunquam optato eventu, non respectu sanguinis, sed ut implevissem conditionem ab Eminentijs Vestris mihi

propositam, miseram fratrem meum in Alumnatum, de clementia Sanctissimi Domini Dioecesi meae concessum, anno 1696, circa Iulium mensem; qui, ut medici colligunt, in tractu itineris caniculari attactus influxu, cum mutatione aurae mutavit intellectum, et factus est ut iumentum insipiens, redijtque cum nostra confusione et summo dolore,[66] qui hucusque in meliorem valetudinis statum erigi non potest, imo in deterius agitur. Quod non meo errore, sed iniquo fato et casu factum est. Sed dato non concesso, ut illius male compositi mores eam ignominiae notam causarent, si filius non portabit iniquitatem patris, multo magis frater fratris. Supplico ne incuriae meae hoc vitium fratris tribuatur. In hac expeditione fratris, inter alia negotiola mea, porrexeram supplicem libellum ad Sanctissimum Dominum in certis meis desiderijs, quem libellum quo fecit fratris delirium? nescio. Suppono tamen non esse (f. 273v) Sacrae Congregationi Eminentiarum Vestrarum porrectum, quia non recepi ullam Resolutionem, nisi ad praeposteram meam supplicationem, ratione dispensationis Bigamiarum ante Ordines (:ego vero post Ordines petij:) contractarum. Renovo igitur praesentibus eundem libellum supplicem, quem sinui Paterni favoris, protectioni et promotioni Eminentiarum Vestrarum, meque totum cum mea Dioecesi humillime reccommendo, Sacrae Eminentiarum Vestrarum Purpurae fimbrias, debita animi subjectione, exosculando.

Praemisliae, die 13 Februarii 1698.

Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum, Dominorum meorum Clementissimorum indignus ad Aras Exorator et humillimus Servus

Innocentius Winnicki,

Episcopus Premisliensis cum S.R. Ecclesia Unitus (mpr.).

## 155.

*Mukačevo, 24. III. 1698.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis Praeposito Agriensi de quibusdam excessibus Cleri sui aliorumque quos corrigere vix possibile est hoc tempore.*

ASV, *Acta Congr. Consist., 1771,* f. 228-229.

Reverendissime Domine, Frater in Christo Obss.me.

Salutem et servitiorum meorum promptitudinem. Statim ac accepi fraternas literas Vestrae Reverendissimae Dominationis, datas sub 1

---

[66] Agitur de Martiniano Wynnyckyj, qui Romam ad studia missus, in patriam redire debuit ob eius non sanum modum agendi in Urbe; cfr. *Indicem nominum et rerum* praesentis voluminis: Wynnyckyj Martinianus.

currentis, simul cum querelis P. Parochi Sinnensis, commisi meo P. Archipresbitero Ungariensi, ut inquirat more solito veritatem expositorum, ut comprobatis culpis possim punire accusatos Presbiteros Ruthenos. Iam mei habent hoc expressum mandatum, ut nemo Parochus Sacramenta administret alienis parochianis Ruthenis, nisi cum licentia proprii Parochi, vel in casu necessitatis, et multo minus illis, qui sunt alterius Ritus; verum plurimi sunt valde inobedientes, tum quia per se nequam, tum quia manent in montibus inter latrones, et sidunt illis, vel Dominis terrestribus, a quibus proteguntur, et defenduntur, quando ego volo illos corigere. Et de facto Ungarini est unus Sacerdos in carceribus, qui nunquam ad me comparuit, et propterea forsan coactus ero illum degradare et tradere Iustitiae Saeculari, et tales reperirentur et alii, si possent capi; et elapsa septimana nisi ad Ugocsensem Comitatum meos, ut adducerent ad me unum sacerdotem accusatum, et illius parochiani, subditi Mag. D. Enrici Perenii, insurrexerunt armata manu pro illo, et non permiserunt ad me venire. Sic et plurimi Saeculares Rutheni, et Valachi faciunt, quando non placent illorum uxores, expellunt illas, et alias accipiunt, aliquando etiam a vivis maritis, et si non possunt inducere aliquem sacerdotem ex meis, ut illos copulet, eunt ad sacerdotes Marmarussienses, vel ad Praedicantes, et ab illis copulantur et postea revertuntur ad suas domos, et proteguntur a suis Dominis Terrestribus. Similiter et aliqui sacerdotes, qui, postquam moriuntur illorum primae uxores, volunt alias ducere, eunt pro copulatione vel ad Marmarus vel ad aliquem sacerdotem, qui in montibus, et inter latrones manens, non timet me. Pro remedio horum malorum requireretur brachium nimis forte, non sicut meum est, et forsan non esset de tempore hoc tale brachium; quapropter conformo me verbis saepius mihi repetitis ab Eminentissimo Domino Cardinali,[67] ut faciamus, quae possumus, non omnia, quae volumus. Ill.mus Dominus Episcopus Agriensis, et Vestra Rev.ma Dominatio manetis in locis securis, et habetis sacerdotes doctos, et populum discretum, at ego habito in deserto, et non homines, sed potius feras guberno; est Dei specialis gratia, quod adhuc supersum. Et Vestram Rev.mam Dominationem optime valere desiderans, maneo

Vestrae Rev.mae D.nis Servus et Frater obbl.mus.

Jo. Joseph de Camillis, Episcopus Sebasten. Munk.

Munkacz, 24 Martii 1698.

Reverendissimo Domino Andreae Pettes, Episcopo Ansaren., Ven. Capituli Cathedralis ecclesiae Agriensis Praeposito Maiori, S.C.R. Maiesta-

---

[67] Agitur de Cardinali Leopoldo de Kollonitz (1687-1707), dein Primate Strigoniensi Hungariae (1695-1701).



EPISCOPUS MUKAČOVIENSIS: JOSEPHUS DE CAMILLIS
(1689-1706)

tis Consiliario, nec non Illustrissimi D. Fenesii, Episcopi Agriensis in Spiritualibus Vicario Generali etc., Domino, et Fratri mihi Obss.mo. Cassoviae.

## 156.

*Premislia, IV-V. 1698.*

*Supplex libellus Episcopi Peremysliensis Romam iam anno 1696 per fratrem suum Martinianum missus et non redditus, dein vero iterum repetitus per P. Provincialem Carmelitanorum, mense maio: de immunitate Clericorum suae eparchiae, de Seminario erigendo, de bigamiis, de ecclesiae Tylicensis causa.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 530, fol. 274-275v.

Libellus Supplex, ad Sacram Cardinalium de Propaganda Fide Congregationem.[68]

Post osculum Beatorum Pedem Sanctissimi Domini Innocentij XII, Divina Providentia Pontific s Romani, Domini sui Clementissimi, Sacram Eminentissimorum Principum, Dominorum de Propaganda Fide Cardinalium Purpuram debito venerando cultu, Reverendissimus Dominus Innocentius Winnicki, Divina et Sanctae Sedis Apostolicae Gratia Episcopus Premisliensis, suo et totius Dioecesis nomine, supplicat super haec desideria.

1mo: - Stante in hac Provincia Ruthenorum a Sancta Romana Ecclesia Schismate, irrepsit haec Catholicorum in Clerum Graecum indignatio, ut sacerdotes ad omnia opera, quibus subest Popularitas, trahantur; imo apud nonnullos majora, quam Rustici sufferre cogantur onera, ut sunt frequentes sub summa incommoda viarum vecturae, Satellitum ad Curiam Dominorum, bonorum Heredum conductiones, clavium ab horreis et promptuarijs frumentorum portationes, canum suis domibus pro usu Curiae et venationum educationes, et alia inenarrabilia mala patiuntur. Nihilominus in quibus Provinciis, ut in Magno Ducatu Lithuaniae, multo antea subsecuta est ope Divina Unio, lege publica, et Bullis Summorum Pontificium cautum, ne amplius Sacerdotes Ritus Graeci,

[68] Martinianus Wynnyckyj, frater Innocentii, missus fuit ad studia romana an. 1696, sed mox redire debuit rebus infectis, ob insaniam corporis et mentis. Cfr. documenta praesentis voluminis, ex.gr. 141,142,146,147 etc. Hic libellum hunc Congregationi tradere non erat in statu, et possibilitate.

cum Sacra Romana Ecclesia Uniti, ullis oneribus gravarentur, et ad normam Cleri Ritus Latini libertate gauderent. Haec Iuris Regula deberet militare pro meo Clero, qui Spiritus Sancti favore, unanimi consensu ad Unionem, et Gremium Sanctae Romanae Ecclesiae convolavit. Sed quia nonnullorum obdurata sunt corda Pharaonum, ita ut nolint vocatos in sortem Domini dimittere, quorum nonnullos, praesens loci Ordinarius pro officij sui ratione, ad Iudicia pro transgressu legis vocavit. Sed Processus Iuris in Regno sunt longissimi, praesertim dum iidem ipsi, qui injuriant, aut fratres eorum, sunt Judices. Eventus actionis ad mentem difficilis; certior substantiae exinanitio. Auxilium ergo Sanctae Sedis Apostolicae imploratur et promotio, primario ad Generalia Regni Comitia; quae cum temporum calamitas, et infelicitas Regni saepius disrumpat, ergo pro dubio Comitiorum eventu, ad S. Regiam Majestatem, et Tribunalis Regni Iudicia, quatenus Lex Divina et humana observetur recurro. Caeterum, ulterior transgressio fulmine Excommunicationis corripienda proponatur, vel corripiatur, donec resipuerint.

(f. 274v) 2do: - Cum haec religio in Provincia Russiae proprium studium non habeat, idque ob defectum fundationum, nam etiamsi Duces Russiae fundaverant ecclesias, verum hae fundationes, fortuna vices temporum et hominum variante, corruerunt; hinc promotio Sanctae Unionis, et Ritus est difficilis. Ergo ad supplendum ejusmodi defectum, imploratur Sanctae Sedis Apostolicae paterna clementia et pietas, ut unicum in hac Provincia Seminarium, in quo Iuventus Nobilitatis, et Sacerdotum filij principia suae religionis, cum Sacra Romana Ecclesia Unitae, imbibant, et promoveant.

3tio: - Defert nonnullos Presbyteros esse in sua Dioecesi, qui ante apprehensionem sui officij, praesertim in partibus ad suum regimen, post decessum piae memoriae Domini Malachovij, devolutis, per secunda, post susceptos Ordines, vota Matrimonialia, contraxerunt Bigamias, et licet eos Censuris, ne Divina administrare praesumant, suo iure innodat, coërcere non potest, idque ideo, quia Heredes bonorum fundos ecclesiasticos, Summis ab Antecessoribus perceptis, onerarunt, et exinde successoribus titulum hereditatis usurpandae, in patrimonia Christi admiserunt. Ejusmodi itaque Presbyteros Bigamos, Heredibus a Bonis ecclesiasticis ex Paroetijs amoveri non permittentibus, proponit, quid sit cum illis faciendum? et si forte aliqui viderentur dispensandi, facultatem sibi de plenitudine potestatis ejusmodi dispensationis impertiri, ut saltem cum viginti, illis vel maxime, qui firmandae Sanctae Unionis principijs proficui viderentur, dispensare valeat, supplicat. Et exemplum aliorum Episcoporum ad Unionem accedentium, qui ejusmodi cum Bigamis dispensatio-

nes, uti defuncti piae memoriae Iacobus Susza Chelmensis, et Cyprianus proximus Metropolita,[69] habuerunt, submississime allegat.

4to: - Ecclesia Ritus Graeci in oppido Tylicz, ad bona Episcopatus Cracoviensis spectante, per annos ultra quadringentos stetit semper Iurisdictioni Ritus Graeci Episcoporum per Parochos subjecta. Post vero, varijs modis, a Parochis Ritus Latini impugnata, et adminiculo saecularis brachij deturbata, et de sua erectione demolita. Pro qua Iurisdictioni Episcopali Ritus Graeci Uniti restituenda, decem rationes Theologicae mittuntur, cum profundissima supplicatione praedictas rationes discuti, sententiari atque Illustrissimo Episcopo Cracoviensi restitutionem praefatae ecclesiae injungi.

Sequuntur rationes ejusmodi.

1. - Quia, dicta ecclesia Tylicensis erecta stetit ultra quadringentos annos, adeoque praescriptione tot saecularum firmata, non erat deturbanda de possessione suae erectionis modo sibi violento, sed ad summum suaviter Unioni adjungenda, etsi non esset adjuncta, uti fit, et factum videndum cum tot alijs, quae non erant Unitae.

(f. 275) 2. - Quia dicta ecclesia licet non stetisset tot annis, prior tamen fuit, quam ecclesia Parochialis Ritus Latini, nec tempore Schismatis diruta, multo ergo minus erat diruenda, claudenda, transferenda, cum jam subesset Episcopo Unito; ipsa enim fama talis facti, alios ab Unione ineunda potuit absterrere, uti de facto auditur.

3. - Quia Ill.mi Episcopi Cracovienses respectu dictae ecclesiae solum erant Domini quoad temporalia, et ut Collatores, non vero quoad Jurisdictionem spiritualem, et ut Pastores. Adeoque non poterant illam, insciis et non praemonitis Episcopis Ritus Graeci Unitis, tanquam proprijs Pastoribus, veram Jurisdictionem spiritualem a S. Sede Apostolica habentibus, diruere, occludere, aut transferre.

4. - Quia Episcopi Uniti resistebant huic translationi, occlusioni, demolitioni, ut constat ex literis Reverendissimi Terlecki, Uniti,[70] et alijs; Magnum proinde praejudicium ipsorum Authoritati Spirituali factum,

---

[69] Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis (1652-1686); Cyprianus Zochovskyj, Metropolita Kioviensis (1674-1693). Agitur praesertim de periodo procuratoris in Urbe Josephi Joannis de Camillis (1674-1689).

[70] Forsan agitur de Episcopo Athanasio Krupeckyj (1610-1652) vel tandem de Antonio Terleckyj, durante eius brevi regimine (1662-1669).

quam a Concilio Florentino et a S. Sede Apostolica per tot Summos Pontifices firmatam habuerunt.

5. - Quia translatio Tylicensis ecclesiae in Muszynkam, etiam si concedatur Iure facta, fuit tamen illi translationi, juxta copias literarum Ill.mi et R.ndissimi Zadzik, addita conditio, ut Parochus Ritus Graeci in Muszynka, haberet cursum et Iurisdictionem Parochialem supra Tylicenses sui Ritus, quod non servatur, obstante Parocho Latini Ritus, nec commode servari potest, ob distantiam loci, etc.

6. - Quia dicta ecclesia post translationem hanc erat iterum restituta Iurisdictioni Parochiali Ritus Graeci, sede vacante post obitum Illustrissimi Trebicki;[71] non debeat proinde violenter eripi, non praemonito Episcopo Unito, cui iterum per sui Ritus Parochum subjecta erat.

7. - Quia stante demolitione huius ecclesiae Tylicensis, serpit scandalum absterrens alios ab Unione Ritus Graeci cum Ecclesia Romana, ut palam fertur.

8. - Quia si praedicta ecclesia Tylicensis non reaedificetur pro Ritu Graeco, continuum erit periculum salutis tot animarum, quot possunt esse intra centum et viginti Domos Tylicensium Ritus Graeci incolarum, idque tum propter Confessiones invalidas, ratione defectus Iurisdictionis in latino Parocho supra Dioecesanos Ritus Graeci, tum ob diffidentiam hominum Ritus Graeci ad Parochum Latini Ritus, tum ob praesumptam ab ipsis coactionem sui ad Ritum Latinum, ex hoc modo procedendi, per separationem ipsorum ab ecclesia et Parocho Ritus sui.

9. - Quia directio animarum Ritus Graeci non potest debite fieri a latino Parocho quoad observationem Festorum, Jejuniorum, ceremoniarum in susceptione Sacramentorum.

10. - Quia stante contradictione Ritus Graeci Episcoporum Unitorum, cum tanta activitate Iurium, et praescriptione, licet dicta (f. 275v) ecclesia habita fuerit pro Sacello latino, non potuit dirui authoritate mere saeculari et laicali, uti de facto diruta est, inscio Illustrissimo Episcopo Cracoviensi.

His igitur consideratis, sicuti pro nunc est judicare, quod Sedes Apostolica primum favens Unioni Ritus Graeci, et saluti animarum decernere pro Episcopo Ritus Graeci Unito, et tot animabus, mandareque reaedificandam dictam Tylicensem Ritus Graeci ecclesiam, ita laudabilissimum

---

[71] Episcopus Cracoviensis Andreas Trzebicki, qui Sedem hanc obtinebat ann. 1658-1679.

censendum est, ut a moderno Illustrissimo Episcopo Cracoviensi praeveniatur Romana Decisio ab eoque sponte demandetur reaedificatio toties dictae Tylicensis Ecclesiae.

Innocentius, Episcopus Premisliensis (mpr.).

## 157.

*Roma, 4. V. 1698.*

*Card. C. Barberini Ep.po I. Wynnyckyj de supplicationibus in negotiis eparchiae et dat explicationes de praesumpto Brevi Apost. de unione eparchiae.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6653, fol. 47r.

Ill.me ac R.me Domine.

Reddidit mihi litteras D.nis V. Ill.mae 13 Februarii proxime elapsi ad me datas Pater Provincialis Ord. Carmelitarum Discalceatorum mihique exposuit se in S. Congregatione de Propaganda Fide D.nis V. Ill.mae negotia eidem commissa proposuisse; rogans ut eorundem conclusionem ego quoque perurgeam; eidem Patri ipse me exhibui libentissime promisique operam hac in parte non defuturam, ubi sese occasio obtulerit, et praestare quid quam potuero, quod et re, et commodo D.nis V. Ill.mae esse posse agnovero, non ignarus quanto zelo et sollecitudine Unionem cum S. Romana Ecclesia procuret; persuadeatque sibi nec meritorum suorum memoriam non deperdisse, nec eam e mea mente elapsuram esse.

Idem Pater Provincialis allocutus est me circa Breve Apostolicum concernens Unionem istius Praemislensis Ecclesiae a D.ne V. Ill.ma alias expetitum, et ego memini me iam Ill.mae D.ni Vestrae scripsisse, idem Breve nunquam fuisse expeditum,[72] quoniam neque consuetudo, neque ulla necessitas illud exposcebat. Sufficere enim visum fuit S. Congregationis de Propaganda Fide decretum, cuius etiam exemplar D.V. Ill.mae litteris meis ipse adnexui, quodque hisce denuo adiungo tenoris prorsus illius autentici, quod tunc temporis Rev. P. Vota S. Congregationi attestatus est, se D.ni V. Ill.mae tradidisse. Quae omnia hic prefato P. Provinciali enarranda censui, ut cum isthuc venerit, eadem tibi referat; imo illum ad S. Congregationem direxi, ut dupplicatum dicti decreti authentice inde eliceret, nec habens aliud quod hisce reponam tibi me toto animo offero, et prospera quaeque apprecor.

Dominationis Vestrae Ill.mae.

Roma, 4 Maii 1698.

---

[72] Cfr. litteras Cardinalis Caroli Barberini sub nr. 151, de dat. 18.1.1698.

## 158.

*Vienna, 24. V. 1698.*

*Cardinalis L. Kollonitz Cardinali Praefecto Congr. de Prop. Fide in causa cuiusdam Missionarii in Moscoviam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 2, fol. 571.

Em.mo, e R.mo Signore mio Oss.mo.

La gran benignità di V. Eminenza dalla quale riconosco il gradimento accennatomi della Sacra Congregazione, mi da fiducia, che sia per insinuare l'approvazione de' motivi a provvedere il Sacerdote D. Giovanni Casagrande degli annui dugento e cinquanta scudi. A questo assegnamento m'ha persuaso l'esempio degli altri Missionarij, mantenuti in Moscovia, che ricevono pari stipendio, quantunque non soggetti all'obbligo del Casagrande, di dovere accompagnare gli Artefici Veneziani, à qualsiasi loco abbiano da trasferirsi. Voglia il Signore Iddio, che bisogni moltiplicare i Missionarij in Moscovia, mentre s'avrà da sperare, ch'aumenti l'inesausta sua Provvidenza i mezzi di sostenergli; il che porterà merito, e gloria à V. Eminenza, alla quale ratificando la mia riverentissima sommessione, e la brama di copiosi comandi, le bacio umilissimamente le mani.

Vienna, 24 Maggio 1698.

Di V. Eminenza humil.mo e devot.mo Servitore

Leopoldo, Cardinale di Kollonitz

## 159.

*Roma, 9. VIII. 1698.*

*Card. C. Barberini Metropolitae Leoni Szlubic Zalenskyj de alumnis Romam mittendis.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6653, fol. 124v-125r.

Ill.me et R.me Domine.

Litterae Ill.mae D. Vestrae 24 elapsi mensis Maii conscriptae tot bonitatis et affectus erga me expressionibus plenae sunt, ut me, lubentem tamen, (fol. 125r) adstringant non solum tibi pari studio correspondere, sed etiam pro mea sui aestimatione atque meritorum tuorum opinione omnes tibi inserviendi occasiones ultro amplecti. Quamobrem, nactus opportunitatem collocandi inter alumnos huius Collegii de Propaganda Fide unum ex Monachis istius Basilianae Unitae Religionis, id D.V. Ill.mae

insinuo, ut eum necessariis consuetisque Documentis munitum Romam dirigere curet in praefato Collegio protinus utique recipiendum; summis quidem laudibus dignus est D.V. Ill.mae zelus, et aut nullatenus dubitem, quin Serenissimus Rex pro heroica sua pietate eandem praecaturus sit et suos pro Sancta Unione conatus sua suprema authoritate corroboraturus. Optime ergo fac'et D.V. Ill.ma si, cum opus fuerit, ad Regiae Maiestatis auxilia omni cum fiducia confugiat, et me tibi toto animo offero.

Dominationis V. Ill.mae

Romae, 9 Augusti 1698.

## 160.

*Roma, 13. I. 1699.*

*Card. C. Barberini Ep.po Chelmensi Gedeoni Oranskyj de alumnatibus romanis et Alumnis missis vel mittendis Romam.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6653, fol. 199r-200r.

Ill.me et Rev.me Domine.

Responsurus litteris Dominationis Vestrae Illustrissimae, die 11 praeteriti mensis octobris ad me scriptis, rogo ut sibi persuadeat id omne quod Pater Procurator SS. Sergii et Bacchi circa isthanc Suam Dioecesim, suo nomine, exposuit,[73] a me repraesentandum fore (f. 199v) S. Congregationi de Propaganda Fide et, quantum conveniens aequumque fuerit apud eandem conaturum esse in eas sibi inserviendi partes explere. Quatenus post debitum ponderatumque negotii examen eae resolutiones capiantur, quas causae iustitia postulaverit. Interea S. Congregatio consentit quidem in reditum Religiosi Basilii Procevicz in Urbano hoc Collegio Alumni, ob rationes a D.V. Ill.ma adductas; [74] non autem nisi post tertium cursus theologici annum iam inceptum, eoque libentius ad hoc devenit, quod praesentis hyemis rigor non permittit talem longum atque incommodum iter suscipiendum.

Ex quatuor porro iuvenibus Ruthenis a D.no Archiepiscopo Metropolita missis, iamque in Urbem appulsis, unus quidem in Collegio Urbano receptus est, alter vero admittetur mox atque locus vacaverit post discessum praedicti Religiosi Procevicz, mansurus interea apud dictum Patrem

---

[73] Sylvester Pieškievyč, Procurator negotiorum Ecclesiae Unitae in Urbe (1696-1709).

[74] Basilius Procevyč, Alumnus Col. de Prop. Fide extranumerarius, qui rediit in patriam Laurea theologali obtenta an. 1698; cfr. notam 39.

Procuratorem. Hinc sane probe comprehendere tandem potest D.V. Ill.ma in hoc Urbano Collegio nullum assignatum esse locum pro Ruthenis: quippe qui semper admissi fuere ex mera, speciali S. Congregationis gratia et benignitate. Quamobrem nullo pacto Romam amandandi sunt iuvenes erronea hac opinione suffulti, fore videlicet, ut inter alumnos Collegii huius sint recipiendi. Id ipsum alias D.no Metropolitae non semel per litteras a me significatum est, atque adeo expectandum necessario esse, quousque iuvenes (fol. 200r) praefati expresso S. Congregationis monito et libito, praescriptis item itineris tum ratione, tum tempore evocentur, neutiquam utique admittendi nisi post aliorum Ruthenorum loca item ex gratia occupantium e Collegio discessum, qui ordo et statuta dispositio nisi religiose observentur, iuvenes et sua spe frustrandi viam capessent et redituri, ultra alias itineris molestias, expensis non mediocribus gravabuntur.

Excusabit D.V. Ill.ma pro Sua in me bonitate hanc meam aperiendi sibi veritatis libertatem, qua non uterer, nisi mei erga se affectus et studii conscius et suarum virtutum et meritorum gnarus essem. Tibique prospera quaeque a Deo peroptans toto animo me exhibeo.

Ill.mae Dominationis Vestrae.

Romae, 13 Januarii 1699.

## 161.

*Radymno, 4. II. 1699.*

*Episcopus Peremysliensis latinus concedit fundationem et missionem PP. Societatis Jesu datque facultates amplissimas. Idem Decano et populo Decanatus Samboriensis notificat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 539, fol. 33.

Georgius Albrachtus Comes Denhoff,[75] Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Premisliensis, S.R.I. Princeps, Supremus Regni Cancellarius.

Universo Clero et Populo Dioecesis nostrae Premisliensis, potissimum Decanatus Samboriensis, salutem in Domino.[76] — Quanta Pastoralis Officij perfundimur consolatione, cum benignissimus Deus, his miseris temporibus quae Universalem agitant et affligunt Ecclesiam, respiciendo humilitatem et tenuitatem indigni Regiminis nostri, tantam multitudinem

---

[75] Georgius Denhoff, Episcopus Peremysliensis (1688-1700), et Cancellarius Regni Poloniae (1688-1702), dein Cracoviensis (1700-1702), qua in Sede obiit.

[76] Documentum hoc posuimus in nostra Collectione ad illustrandam vitam huius regionis et ob expressas referentias ad fideles etiam alterius ritus characteris missionalis.

Populi Schysmatici ad Unionem Sanctae Matris Ecclesiae reducere, et ad illuminandam rudem Plebeculam inter cavernas latronum sine pabulo Christianae fidei degentem, veros viae Evangelicae sectatores, Admodum RR. Patres Societatis Jesu, ad ministerium Apostolicae Missionis, zelo pientissimorum Fundatorum in Decanatum Samboriensem clementer mittere, inducere, et ordinare dignatus est. Desiderium itaque in missis nobilitatis Partium illarum et incolarum Civitatis cum gaudio spirituali suscipientes, tam Sacrosanctum Ecclesiae Dei Missionis et famae institutum ad augendam propagandamque Fidei dilatationem in dicto Decanatu Samboriensi inclitae Societati Jesu, vigore gratiarum a S. Sede Apostolica benigne concessarum, Pastorali benedictione prosequendo, in Domino committimus, et ad eum effectum ijsdem Admodum R.ndis Patribus Societatis Jesu Residentiam competentem in eadem Civitate Samborien. construendi, et praevio consensu S.R. Maiestatis, Domini nostri Clem.ssimi ecclesiam erigendi, Missiones interea in ecclesis Parochialibus, Capellis iam alias erectis et erigendis, in defectu vero earundem Capellarum in Curijs Nobilium, locis ad id congruis et separatis, in virtute ex Alto data exercendi, Sacrificia Missarum celebrandi, Sacramenta Poenitentiae administrandi, Verbum Dei praedicandi, cathechisandi, et animarum saluti iuxta institutum Apostolicum, in quo digitus Dei est (sine tamen quovis praejudicio ecclesiarum Parochialium), incumbendi, plenariam facultatem in Dei nomine damus et concedimus per praesentes. Utque tam sanctae Ordinationi nostrae, exercitus caeli Superumque legiones propitio Numine succurrant, Maiestatem Divinam exoramus. Quare vobis suprascriptis in Decanatu Samborien., Clero et Populo, praefatam Missionem Admodum RR. Patrum Soc. Iesu paterne commendamus et intimamus, admittimus et Populo ad Divina audienda congregato ex ambonis die Dominico, vel Festo denunciari mandamus et praecipimus. In quorum fidem etc.

Datum Radymnae, die 4ta Mensis Februarii, Anno Domini 1699.

Georgius Albrachtus Denhoff, Episcopus Premislien., Supremus Regni Cancellarius. (Locus Sigilli)

Facultas Missionis AA. RR. Patribus Soc. Jesu in Decanatu Samboriensi.

Martinus Mad. Mielicki, Protonot. Apostolicus, Can. Varsaviensis Prs. Salpolien. (mpr.).

* * *

Georgius Albrachtus Denhoff, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Premisliensis, S.R.I. Princeps, Supremus Regni Cancellarius, Dux Sielunensis.

Admodum R.ndis Decano totique clero et populo Decanatus Samborien., Dioecesis nostrae Praemisliensis salutem in Domino.

Noveritis qualiter nos, Divinis adiuti auxiliis, prospiciendo saluti animarum potissimum in Schismaticis erroribus inter cavernas latronum sine pabulo Doctrinae Christianae degentium, novam fundationem Patrum Soc. Jesu, in Civitate Samboriensi, constituimus, ijsdem Admodum R.ndis Patribus munus Missionis per totum Decanatum Samboriensem, et insuper facultatem Missarum Sacrificia etiam in Curiis Nobilium, locis ad id congruis celebrandi, cathechisandi, et Sacramenta ecclesiastica, citra tamen praeiudicium ecclesiarum Parochialium, ordinaria potestate concessimus. Quare vobis supradictis, in virtute Sanctae Obedientiae, et sub excommunicationis Poena, iniungimus et mandamus, quatenus tenore praesentium requisiti praedictas facultates Missionis vestris in ecclesijs, Populo ad Divina audienda congregato, publice ex ambonis denuncietis, liberumque exercitium Missionis praedictis Admodum RR. Patribus Soc. Jesu permittatis. In quorum fidem etc.

Datum Praemisliae, die 7ma Mensis Maij, Anno Domini 1699.

Georgius Albrachtus Denhoff, Episcopus Praemisliensis, Supremus Regni Cancellarius.

Concodat cum originali.

Martinus Mad. Mielicki, Proton. Apostolicus, Can. Varsaviensis, Pr. Salpolien. (mpr.). (Locus Sigilli)

## 162.

*Roma, 13. II. 1699.*

*Card. C. Barberini Metropolitae Leoni Szlubic Zalenskyj de alumnatibus Pontificiis in Urbe praescribitque modum procedendi.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6653, fol. 198v-199r.

Ill.me et R.me Domine.

Necessitates istius Dominationis Vestrae Ill.mae Ecclesiae satis explicuit mihi P. Procurator SS. Sergii et Bacchi, quas ego S. Congregationi de Propaganda Fide expositurus rogatam velim eamdem Illustrissimam D. Vestram, ut pro certo habeat nihil illic a me neglectum iri, ut quantum iustitiae et aequitatis rationes exposcunt, aequae resolutiones inde emanent, quae nedum Ecclesiae ipsi, sed et tibi utiles evadant.

Quod attinet ad quatuor iuvenes Ruthenos isthinc missos, qui cum in Urbe venerunt, rati se in Collegio Urbano de Propaganda Fide recipiendos, meminisse potest D.V. Ill.ma sibi alias significatum fuisse non semel, in dicto Collegio nullum locum destinatum esse pro natione Ruthe-

norum, ita ut qui hucusque admissi fuere et posthac admittentur, ex mera gratia cum iis S. Congregatio et dispensavit et dispensatura interdum est, neque proinde dicti iuvenes, nec alii itineri exponi debebunt, nisi praevio Sacrae Congregationis praescripto expresso. Qua de re habebit procul dubio D.V. Ill.ma meas ad se litteras 9 Mensis Augusti praeteriti datas, quibus monebam iuvenem cum documentis necessariis venire posse, utique in collegio recipiendum. Quamobrem probe intelligat D.V. Ill.ma, (fol. 199r) quotquot in posterum iuvenes Ruthenos Romam hunc in finem appulerint absque praecedente S. Congregationis ut supra commissione, omnino reiciendos esse, et in Patriam spe sua frustrandos reversuros. Hanc ob causam ex quatuor praefatis iuvenibus unum duntaxat gratiose Sacra Congregatio admisit, altero apud dictum Patrem Procuratorem remansuro, quousque vacet locus quem in praesentiarum obtinet Religiosus Basilius Procevic, post exactum theologiae biennalem cursum iam inchoatum. Haec iterato scribo et serio consulo Rev.mae D.V., ne iuvenes posthac itineri exponantur, quod nec periculo caret, nec expensis, incerto praesertim tam viae suae, quam intentionis exitu.

Haec habeo quae humanissimis D.V. Ill.mae litteris reponam 19 Septembris ad me conscriptis, ipse vero intuitus suas virtutes et merita, nec non eiusdem erga me affectum cum impari studio corresponsurus, libenter nanciscar occasiones commonstrandi promptum sit meum tibi inserviendi desiderium, cui interea manus deosculor.

D.V. Ill.mae.

Romae, 13 Februarii 1699.

## 163.

*Mukačevo, 31. V. 1699.*

*Episcopus Mukačoviensis Congregationi Prop. Fide de spe convertendi Valachos ad Unionem petitque adiutorium.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 533, fol. 401, 402v.

Articolo d'una lettera di Monsignor de Camillis, Vescovo di Munkacz, data in Munch., l'ultimo di Maggio 1699.

Hora cominciano ad unirsi alla Religione Catholica i Valachi della Transilvania, ed essi sono ivi in maggior numero che li medesimi Ungari; e già sopra di questo hebbi lettere da quelli Vescovi, e principali sacerdoti; e se vi fosse qualche bona prottetione, e promotione, acciò non temano dalli Signori loro, che sono Eretici, e gli minacciano, mi comprometterei di riddur in breve tempo anche quella Natione al Catholichismo, etc. etc...

(f. 402v) Monsignor de Camillis, Vicario Apostolico per i Greci di Munkacz, scrive ad un suo corrispondente, sotto li 31 di Maggio prossimo passato, che li Valachi della Transilvania, molto numerosi, cominciano ad unirsi alla Religione Cattolica et haver egli sopra di ciò havuto lettere di quei Vescovi, e Sacerdoti principali, potersi però comprometter di ridurre in breve tempo alla Santa Fede quella Natione, quando quei popoli havessero qualche buona prottettione med'ante la quale non havessero tanto timore de loro Padroni, Eretici.

Die 6 Iulij 1699: Commendetur negotium Emin.mo Kollonitz et D. Nuntio Viennensi.

## 164.

*Heilsberg, 21. X. 1699.*

*A. Załuski, Ep.pus Plocensis et Varmiensis, Cardinali C. Barberini de recuperatione urbis Kamenecensis in Polonia.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6641, fol. 156v-157r.

La nuova finalmente ne è pervenuta come la Piazza di Caminietz alli 22 del decorso mese fu resa nelle mani dei Commissarii del Regno, uscendone la guarniggione Turca e subintrandovi la Polaca. Le Chiese tutte furono riconciliati da Mons. Suffraganeo di Chelma, Amministratore di quel vescovato, e spurgato il cimiterio della Cathedrale di corpi dei barbari ivi sepolti; successe nel medesimo un prodigio notabile, mentre un arbore di pomi, che ivi era già secco et arido rifiori, come al principio di primavera. Volse un Vescovo scismatico, entrato in detta Piazza con gran comitiva, occupare alcune chiese stati altra volta dei Greci Uniti, mà li Commissarii s'opposero e remisero l'affare alla decisione della Republica consegnando tratanto a preti delegati da Mons. Vinnicki, Vescovo del Rito Greco Unito le chiese che loro appartenevano. Quantunque detto Vescovo scismatico inducesse il Palatino di Valachia a scrivere ai Commissarii, che non (fol. 157r) permetterebbe più a loro alcuna chiesa cattolica in Valachia se non si dassero le chiese che pretendevano, a greci scismatici. A gloria dunque di Dio, e del suo santo nome una piazza si principale, e di tanta consequenza, è ritornata nel grembo della Chiesa, onde per tutta la Polonia se ne son fatte allegrezze ed io ho mandato universali per tutto il mio vescovato acciò per tutte le chiese se ne canti solennemente il Te Deum...

## 165.

*Leopolis, 8. XI. 1699.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj Congregationi de Prop. Fide declarat suam dispositionem proclamandi se unitum cum Sede Apostolica, adimpletis expetitis conditionibus, in futuris Comitiis Regni.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 535, fol. 128-129.
MUH, vol. IV, pag. 265, nr. 171.

Emin.mi et Rev.mi Domini, Domini Patroni Colend.mi.

Notum erit Emin. Vestris me Josephum Szumlanski, Episcopum Leopoliensem Ritus Graeci in Disunione natum, et educatum, cognita ante aliquos annos necessitate unionis cum Ecclesia Romana, eandem amplexatum fuisse emissa professione fidei coram Serenissimo Rege Joanne tertio, piae defuncto, in manibus Metropolitae totius Russiae Uniti. Hanc meam professionem sequi debebat mea itidem eiusdem professionis publica declaratio; quae tamen ob certas rationes Status, semper mihi fuit prohibita, sicut ex documentis claris, quae apud me extant, manifeste convincitur, quae documenta communicavi Rev.do Patri Accursio, a quo, me instante, Emin. Vestrae super his uberius informabuntur et ad quem me refero. (f. 128v) Fateor, Emin. Domini, quod posthabito quocunque iussu et respectu ad praedictam declarationem progredi debuissem, sed indulgebunt Eminentiae Vestrae homini, cui excidium Reipublicae obiciebatur vel saltem a Moschis, Cosacis ne, secundum Pacta, attrocissimum Bellum ob hac publica declaratione secuturum. Nunc mutatis rebus, quod hactenus non perfeci invitus, sponte nunc exequor, solum efficere authoritate et instantiis suis apud Rempublicam, ut conditiones concordatae in mea professione supradicta, et me tanquam filium et subditum fidelem agnoscere et suscipere non dedignentur, quas conditiones praesento Emin. Vestris humillime rogans, ut exequutioni mandentur. Quod attinet publicam declarationem Unionis, eandem, adimpletis conditionibus, opto in manibus Illustrissimi (f. 129) Nuntii, praesente Serenissimo Rege, et Republica, solenniter exhibere, Deo dante, in futuris Comitiis Regni, ubi praedictae conditiones trutinabuntur, et ubi Emin. Vestrae officiis suis poterunt easdem promovere, quod peto humillime pro maiori gloria Dei et meae Dioecesis consolatione, et emolumento. Remanet quod Eminentiarum Vestrarum benignitas apud Sanctissimum Patrem indulgentiam et veniam eorum omnium quae hactenus in non esequutione mei muneris et debiti vel comittere vel omittere potui, impetrare mihi dignetur.

Interim Sacram purpuram Eminentiarum Vestrarum reverenter deosculor.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Servus
Leopoli, in Cathedra ritus Graeci, die 8va Novem. 1699.

Josephus Szumlanski,
Episcopus Leopolien., Halicien. et Camen. in Podolia, Archim. Kiovien.

## 166.

*Vilna, 8. V. 1700.*

*Archiepiscopus Polocensis M. Bilozor Congregationi de Prop. Fide de suis difficultatibus cum Metropolita Kioviensi et Religiosis, de Archimandria Vilnensi deque Religiosorum praetensionibus Vilnae et Polociae etc. Petit decisionem et protectionem Sedis Apostolicae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 7-10v.
MUH, vol. IV, pag. 178, nr. 178.

Emin.mi ac R.ndmi Cardinales S.R.E., Domini et Mecaenates Colend.mi.

Sicuti unusquisque fidelium ipsa fide firmiter tenet Romanos Pontifices esse Vicariam Christi Potestatem, ita etiam eiusdem commiserationem profundissimam super oppressos nemo est qui dubitet fixam esse in praecordijs eorundem. Experientia quoque docetur totus Orbis Christianus, vos Eminentissimos esse veros Orbis et Urbis Principes, per quos afflicti exaudiuntur a Matre Ecclesiarum et oppressi eriguntur.

Anno 1670 Episcopi oppressi: Vlodimiriensis Benedictus Glinski et ego Martianus Bialozor tunc Pinscensis et affecti enormi sine ulla ratione lata excommunicatione, a Domino Gabriele Kolenda tunc Archiepiscopo Chioviensi, quia assistere horrebamus Consecrationi ad Archiepiscopatum Smolenscensem Patris Mitrofani Sokolinski, apostatae a fide Catholica enormissimi, protestatione et appellatione ad SS.mum Dominum Nostrum, piae memoriae Innocentium Undecimum, contempta.

Per vos Eminentissimos apud Principem Pastorum recepimus consolationem. Breve enim Apostolicum, anno 1671 datum fuit ad Eminentissimum nunc Angelum Ranutium, pro tunc Nuntium S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae, ut iudicaretur ille Archiepiscopus Ch oviensis, cassataque illa excommunicatio et omnia contra nos acta dicti Domini Archiepiscopi annullata et Metropolitana Potestas ei curata tantisper animadversione rigorosa Apostolica. Nunc ego Martianus, ex Episcopatu Pinscensi promotus ad Archiepiscopatum Polocensem a Joanne 3tio, piae memoriae Rege Poloniae, extreme a Domino Praesente Archiepiscopo Chioviensi afflictus cogor per Eminentias Vestras recurrere ad SS.mum Dominum Nostrum Innocentium Duodecimum, ut exponantur pressurae meae, quae Ecclesiam Polocensem tangunt et meam Pastoralem potestatem, autho-

ritatem nec non solicitudinem in promovendo honore divino, extirpationem Schismatis ac salutem animarum impediunt. Ut vos, Eminentissimos Principes, eo facilius movere possint ad providendum tantae necessitudini exponentes easdem Vicariae Christi Potestati.

Ante omnia profiteor nullam me Domino Metropolitano praesenti dedisse ansam vel occasionem ad offensam praeter hanc: 1mo. Quod detulerim Vestris Eminentiis anno 1697, quia Dominus Metropolitanus praesens post obtentam Româ suam expeditionem pro Metropolia diebus adhuc 9bris anno 1696, moras traxerit in extradendis expeditionibus tum mihi tum caeteris, quem Eminentiae Vestrae sat graviter commonuistis. Et quia monitis Eminentiarum Vestrarum non obedivit, detuli quoque Ill.mo Nuntio S. Sedis Apostolicae praesenti, qui et ipse solicitavit Dominum Metropolitanum et me animavit, ut eundem saepius solicitarem pro extradendis expeditionibus.

(f. 7v) 2do. Quia Dominus Metropolitanus adeo graviter tulit recursum meum ad Potestatem Apostolicam, ut solicitanti mihi Varsaviae, sub convocationem post fata Joannis 3tii, exposuerit ipsemet manibus suis duos mucrones qui vocantur nostro idiomate Multany iusseritque ut eligerem unum ex illis et decertarem in Camera eius cum eo, in mea senectute provocando ad duellum. 3tio. Quod eidem Ill.mo Nuntio explicaverim, quatenus Dominus Metropolitanus sub et post Installationem nec Infulas nec Insignia Pastoralia, nec ornamenta pretiosiora, evecta ex Cathedra Polocensi, restituerit. Atque ideo ego Archiepiscopus Polocensis tantummodo uti simplex sacerdos sub solennitates et consecrationes accedo per quatuor iam annos ad sacrificia, destitutus omnibus insignibus Pastoralibus et pretiosioribus ornamentis, vetustissimis tantum et laceris indutus, compareo ad Altare Dei coram populo, cum stupore et nimio scandalo, sine Pastorali et Infula. 4to. Quod Dominus Metropolitanus per quatuor annos administrationis Bonorum Archiepiscopatus Polocensis nec minimum obolum voluit mihi, Successori, reservare et restituere, cum tamen quilibet Administrator, secundum praescripta Ecclesiae, certa parte provisionis suae contentus, reliquas partes teneatur conservare et restituere Successori. 5to. Quia Dominus Metropolitanus regestra antiqua vel maxime Josephi Rutski, Metropolitani, manu propria connotata et sub Gabriele ac Cypriano, Metropolitanis, recentius conscripta, noluerit mihi successori extradere et praesentare. 6to. Quia omnia Iura, Privilegia Regum, fundationes et erectiones ecclesiarum retinebat apud se per multa spatia temporis. Demum, post monitiones Ill.mi Nuntii praesentis, minoris momenti documenta nonnulla, abhinc anno secundo, transmisit, Privilegia autem Regum et documenta vel fundamenta tam pro Unione Sancta, quam pro Bonis servientia et comprobantia detinentur per eun-

dem cum detrimento Unionis Sanctae, quae plurima praesentavit mihi in Archivio Metropolitano Pater Iosephus Saporowicz, Revisor Archivij Metropolitani, anno praesenti 1700, primis diebus Januarii, in possessione Metropolitana, dicta Ruta. 7mo. Quod detulerim Ill.mo Nuntio, me non posse iure agere cum intruso Pseudo-Episcopo Mscislaviensi Albae Russiae schismatico, Seraphione Potchouski, quia Jura, Privilegia Regum et fundamenta ipsamet Unionis Sanctae convincentia Schisma, non extradidit mihi Dominus Metropolitanus, quibus probaretur ab unitis Principibus et pro Unione fundatum Archiepiscopatum Polocensem cum Epîscopatibus Mscislaviensi, Orsanensi, Mohiloviensi totiusque Albae Russiae. 8vo. Iura loci Ordinarij infringit, consecrare enim et ordinare audet Religiosos in Archimandrias, Praelaturas, Praebendas Dioecesis Archiepiscopatus Polocensis, stante mea protestatione et appellatione ad Sanctam Sedem (f. 8) Apostolicam. Fassusque est idem Dominus Metropolitanus, literas susceptas esse ad suum Archivium, quasi ego Patrem Chrisostomum elegissem in Coadiutorem Polocensem et eidem cesserim Vitebscensem Episcopatum. Petij extradendas huiuscemodi literas ex Archivio Domini Metropolitani, non impetravi et denegavit, immemor Dominus Metropolitanus Canonis Apostolorum, quo decernitur: Consecrantem et Consecratum alienae Dioecesis degradandos. Consecravit ad Abbatiam Czereiensem meae Dioecesis praefatum Patrem Chrisostomum mense Febr., innixus statuto quodam Religionis. Quasi vero Religio potest infringere Statuta et Sancita S. Patrum, Conciliorum et Summorum Pontificum ut... iurisdictio... Ordinariorum. In Clero et Spiritualibus tumultus concitantur, et supra modum impeditur omnis Potestas et Ordo bonus per Pastorem promovendus. Schismaticorum extirpatio intercluditur, reverentia vero ac regimen Pastori debitum tollitur. Contemnit enim praesens Dominus Metropolitanus omnes canones Apostolorum, Conciliorum Sancita ac Decreta S. Sedis Apostolicae, imo Bullas Summorum Pontificum pro Unione Sancta exaratas, praesertim literas confectas sub plumbo Clementis 8vi, datas 10 Kalendas Jan., anno 1595, in quibus Sancta Sedes Apostolica, inter caetera puncta ab Episcopis Rutenis legatis missis, confirmare, et ratificare dignata est hoc punctum, numero decimum quartum; Archimandritae, Hegumeni, Monachi vulgo Czernci et Caenobia illorum, ut secundum morem et consuetudinem antiquam Ecclesiae Orientalis sub obedientia et potestate Episcoporum in cuiuslibet Dioecesi subsint, nec Ecclesia Sancta Romana excipit Religiosos Ritus Romani, qui curam animarum gerunt. In Ecclesia vero Rutena omnes Religiosi in quolibet Monasterio administrant Sacramenta, gerendo curam animarum. Olim per Metropolitanos potestas et iurisdictio loci Ordinariorum promovebatur, nunc vero extirpatio intenditur. Ad




EPISCOPUS CHELMENSIS: GEDEON WOJNA-ORANSKYJ
(1695-1709)

extremum elaborat Dominus Archiepiscopus Chioviensis tam per Saeculares quam Spirituales et Regulares, ut contemnar et opprimar, tum per Iudicia, tum per violentias.

Haec omnia a me delata, tum Romae Eminentissimis Principibus, tum Varsaviae Ill.mo Nuntio praesenti S. Sedis Apostolicae. Subito post Installationem meam, Domino Antonino[77] necdum consecrato Episcopo, tradidit in possessionem Archimandriam Laurisoviensem Dominus Chioviensis, facta mihi expulsione violenta. Voluit etiam spoliare me Archimandria Vilnensi, nisi obstitissent Religiosi eiusdem Archimandriae in mea absentia et me inscio, stante contravenientia meorum Religiosorum, quibus notum fuit ad male narrata expeditum fuisse pro Archimandria Vilnensi Privilegium, quoniam haec mihi ad vitae tempora data fuit regnate Joanne Casimiro, tum quia extat Privilegium Vladislai 4ti, ut Archimandrita Vilnensis eligatur a Religiosis eiusdem Monasterii, tum quia confundit Archimandrias (f. 8v) utrasque quasi essent Sedes Episcopatus Pinscensis, tum quia idem Dominus Antoninus iam quatuor possidebat Archimandrias in Volynia, nunc adhuc binas conatur addicere, quas non veritus est inserere Privilegio per modum clausulae et appendicis; tales vero clausulae et appendices ipso iure et Constitutionibus Regni abrogantur. Et ut facilius possideri possit Archimandria Vilnensi, confictae sunt contra me calumniae, quasi a me expulsus fuisset Dominus Antoninus ex possessione dictae Archimandriae, cuius nulla ratione Possessor extitit ac proinde Dominus Chioviensis Archiepiscopus extradidit Citationes ex sua Cancellaria contra me, quasi contra Invasorem, Expulsorem ac Violatorem legum publicarum. In termino Iudiciorum declinatoria iuris opposita fuit cum protestatione et appellatione ad S. Sedem Apostolicam a Judicio Metropolitano hac ratione, quia Episcopi in Causis Criminalibus non possunt iudicari nisi a Summo Pontifice vel Concilio Provinciali, secundum Concilia antiqua et Tridentinum. Dominus vero Chioviensis agendo Patronum simul et Iudicem Causae Domini Antonini, opposuit Rutenos non admisisse Concilium Tridentinum, contempsit evidentissimam rationem, quod Metropolitani coram Nuntijs S. Sedis Apostolicae, Episcopi vero coram Metropolitanis iurant super observationem Concilii Tridentini, cum expeditiones recipiunt ad possidendos Archiepiscopatus vel Episcopatus; Ratione tantum administrationis Sacramentorum excipiuntur, ut Ritus Orientalis Ecclesiae observent. Contempsit quoque Decreta S. Congregationis de Propaganda Fide facta Romae coram SS.mo et approbata anno 1643, mense 7bris die 28, quibus

---

[77] Agitur de Antonino Zolkievskyj, Episcopo Pinscensi (1697-1702), post translationem Martiani Bilozor ad Sedem archiepiscopalem Polocensem (1697-1707).

decernitur inter caetera: Episcopos Rutenos Unitos esse veros Episcopos et ut tales nominari et haberi debere. Item ibidem decernitur, Rutenos Ecclesiasticos gaudere Privilegijs Canonis, Fori, Immunitatis, Libertatis, quibus gaudent Ecclesiastici latini. Contempsit etiam cum expositum fuit Archiepiscopum Chioviensem non esse maioris authoritatis Archiepiscopo Gnesnensi, qui est Primas Poloniae; Dominus enim Chioviensis in Russia loco Primatis Russiae a Rutenis vocatur Metropolitanus Russiae, et tamen Archiepiscopi Primates Regnorum omnium appellationem ad Sedem Sanctam Apostolicam non impediunt Episcopis, praesertim in causis Criminalibus, etsi omnes Episcopi sunt Suffraganei Archiepiscoporum tam Latinorum quam Rutenorum.

Contempsit quoque quod Ill.mi Nuntii S. Sedis Apostolicae in similibus Causis appellationem non impediant ad Sedem S. Apostolicam, exclamando se esse maioris authoritatis omnibus Archiepiscopis et Nuntijs etiam Apostolicis, quia ex Cancellaria (f. 9) Metropolitana extraduntur promovendis expeditiones et investiuntur ad Episcopatus vacantes. Idem contempsit SS.mi Domini Nostri Clementis 8vi literas, datas Romae apud Sanctum Petrum anno 1595, 7 Kalendas Martii, Pontificatus sui anno 5to, ex quibus constat, hanc potestatem ei datam fuisse non ut praetenderet maiorem potestatem sibi datam super caeteros Archiepiscopos-Primates Regnorum, sed hae concessae mere propter commodum Episcoporum Rutenorum, longo intervallo a Curia Romana distantium, considerando uti Clementissima Mater Ecclesiarum, quod patet ex his expressis: Valde incommodum futurum si ad Apostolicam Sedem pro suae electionis confirmatione accedere seu etiam alios, qui eorum nomine huiusmodi confirmationem petant et ad eandem Sedem transmittere. Eorum in hac parte commodis et indemnitati consulere volentes, uti fusius ibidem extat. Contempsit demum Decretum S. Nuntiaturae, latum anno 1672, Mense Jan. 27, pro tunc Nuntio, nunc Eminentissimo Ranutio, quod Decretum Metropolitanum abrogatum et annihilatum fuit, intercedente speciali Brevi Innocentii Undecimi, ut graviter animadverteretur Dominus Gabriel Kolenda, Metropolitanus, qui similiter, contempta protestatione et appellatione ad S. Sedem Apostolicam, ausus est ferre Decretum excommunicationis contra Episcopos, Vlodimiriensem et Pinscensem, ex hac ratione quod noluerint assistere Consecrationi scandalosissimi Apostatae et Renegati fidem Catholicam, praevio infami et scelestissimo iuramento suo. Nec cessavit idem Dominus Archiepiscopus Chioviensis aggravare me Archiepiscopum, imo secundam Causam R.di Patris Lucae Kiscae excitavit et advocari iussit, qui agendo Superiorem Religiosorum Polocensium in Archiepiscopali residentia Polocensi existentium, et nitendo subterfugere iudicium Superioris sui proprii R.ndmi Patris Protoar-

chimandritae Ordinis Divi Basilij Magni Rutenorum pro Excessibus enormissimis, contra me, Archiepiscopum, libellum enormissimum confinxit, confisus gratiae exardescentis contra me Domini Metropolitani impetravitque eius iudicium. Ego videndo iudicem offensissimum mihi ex rationibus superius expressis, interposita protestatione, appellavi ad Iudicium S. Sedis Apostolicae, ut illa secundum sua sancita Apostolica et Concilia oecumenica et vel maxime secundum Concilium Tridentinum iudicare dignaretur adeo enormia et criminalia figmenta vel ipsa vel committere dignaretur Ill.mo Nuntio Poloniae. Sed quorum ausuum sit praedictus Pater et cur effugiat Iudicium sui Provincialis immediati, expono Eminentiis Vestris. — Imprimis anno 1698, diebus octobris, Pater Kiska, Superior Religiosorum Basilianorum residentium in ipsamet Residentia Archiepiscopali Polocensi, sub provisione Archiepiscoporum manentium et ad Cathedram Archiepiscopalem (f. 9v) libere et propter devotionem maiorem erigendam per Archiepiscopos et pro emolumento Cleri admissorum, expedivit Patrem Kaszczyc, antiquum sacristianum Cathedrae Polocensis, sine scitu meo uti loci Ordinarii, sine regestratis regestris rerum ecclesiae Cathedralis Polocensis. Nunc vero iam quintus Sacrista, non emisso de fidelitate iuramento, cum detrimento Sacristiae Cathedralis instituitur et cum inaudivissem de damnis notabilibus ecclesiae, volenti mihi revidere et visitare, non permisit revocationem nec visitam praedictae Sacristiae meae. Iuridicam Archiepiscopalem insolentissime sibi adsciscit suae iurisdictioni et dominio appropriando cum multis scandalis. Anno 1699, die 8va Martij, cum recommendassem clavim ad aperienda Lypsana Beati Josaphat Patri Josepho Babinski, Archimandritae Polocensi, probato Religioso et antiquo Officiali Archiepiscopatus Polocensis, non permisit aperiri nec praesentari Lypsana B. Martyris, populo ex longinquis partibus pro devotione cum votis congregato, quod cum summa exardescentia populi factum. Piorum Legatorum ad Cathedram Archiepiscopalem Polocensem factus quasi Dominus, sine meo loci Ordinarij scitu disponit, alienat, transmutat cum summa iniuria ecclesiae et meae Archiepiscopalis Iurisdictionis.

Eleemosinas Cathedrae meae et quaecunque offeruntur ad Beatum Martyrem Josaphat, Archiepiscopum Polocensem, uti Dominus disponit et convertit, nullam mihi loci Ordinario dando rationem. Mense Martio Praesidem Dominum Petrum Jancevium, a me constitutum, ausus est expedire ex Bonis Sudziloviensibus et Predio Czersviatensi, ut eveheret sine scitu omnia quaeque frumenta et suppellectilem bonorum Czersviatensium, census, hybernas, reditus extorquendo cum multis violentijs, ut quanto citius conferrent et contribuerent subditi, quas exactiones violentissimas tolerare cum non possent, supplicarunt, recurrendo ad

me, ut liberarem eos a pressuris, quoniam praedictorum bonorum solis Archiepiscopis Polocensibus regimen et dispositio data, concessa et applicata est per Constitutiones Regni, et Privilegia Regum, provisio vero tantum ex his bonis ut currat per Archiepiscopos pro Religiosis dictis statutum. Cumque descendissem ad praedicta bona Sudzilovicensia et Predium Czersviatense, requirebam a Patre praedicto, cur expedivisset praefatum praesidem super bona Sudzilovicensia, cur evexisset omnia quaeque ex Predio et bonis praedictis, cur cum tantis pressuris extremis, sine scitu meo, a subditis extorqueret census, hybernas et contributiones militares, ausus est respondere mihi in faciem: non teneor dare rationem tibi, sed soli metropolitano. Cum praesentassem Constitutionem Regni, in qua per expressum habetur, ut regimen et dispositio bonorum Sudzilovicensium maneat penes Archiepiscopos Polocenses et ut succurreretur egestati ecclesiae Cathedralis Polocensis (f. 10) solaque provisio currat pro Religiosis ex ijsdem bonis per Archiepiscoporum dispositionem, erupit ex hypocausto et convocabat Religiosos et subditos, ut concurrerent contra me Pastorem cum sclopetis et armis varii generis et quia subditi non obedierunt, imo arguebant tales ausus contra Pastorem, percutiebat et tyrannisabat subditos. Demum exclamavit ad Religiosos secum adductos: citius ad arma! Et quidem extremae insolentiae et scandalosissimus laicus Religiosus, prius Apostata, qui pro homicidio Varsaviae commisso a Serenissimo Joanne 3tio, piae memoriae Rege Poloniae, addictus fuit morti, tandem accepta notitia quia apostataverat a Religione incatenatus inter Tartaros captivos, ut foderet fossas et caetera Varsaviae relegatus, tandem per instantiam redditus Religioni, primus explosit contra me Pastorem, a secundo vero Religioso Sokolinskio ereptum fuit sclopetum. Post tantas audacias, conductus ad me iniunxi, ut se transferrent ad Monasterium Residentiae Cathedralis Polocensis.

Non cessavit malitia irreligiosa et scandalosa; in crastinum enim copiae rusticorum conductae ex varijs locis, armatae cum bombardis, falcibus et securibus; sed Nobilitas vicina viso tam scandaloso eorum ausu declaravit: Petulas nisi desisterent, suam mihi assistentiam ut Pastori promiserunt. Hac Nobilitatis declaratione perculsi, disparuerant, sed temeritas religiosa non destitit. Conduxit sibi nobilitatem varijs muneribus sub congressum et electionem Legatorum Polocensium pro Comitijs Generalibus Varsaviensibus, procurando cassationem Constitutionis et regiminis ac dispositionis Archiepiscopis Polocensibus datae et applicatae. Sed nec haec illorum cura quidquam sortita; non auditi enim nec admissi Legati in Comitijs; responsumque est: Nefas Constitutiones Regni consensu omnium Ordinum Status cassari aut mutari praesertim quia Archiepiscopi Polocenses multa expenderunt in Comitijs pro impetratione huius Consti-

tutionis et fundationis. Praeterea, quia Domino Starosielski et Domino Rozanka, manutentoribus praedictorum bonorum, exsoluta sunt ab Archiepiscopis triginta millia florenorum, ut possent esse possessores stante vita illorum. Tum quia Archiepiscopi certa bona Archiepiscopalia coacti sunt oppignorare et clenodia, aurum, argentum ecclesiae Cathedralis convertere ad acquirenda haec bona et applicanda ecclesiae Polocensi. Praeterea per Antecessores contracta sunt debita notabilia pro impetratione fundationis praedictae. Ideoque ego, successor, Rigensibus Mercatoribus cogor exolvere praefata debita et redimere bona oppignorata tenebor, si Deus modum porrexerit.

Praedictus autem Pater cum Religiosis, nullam habendo rationem horum omnium, vult omnia consumere et in profana ac scandalosa convertere, nullam habendo rationem etiam egestatis Ecclesiae. Nec hic cessavit malitia Patris praefati, sed cum ego discessissem ad Tribunal Novogrodense, succurrendo iuribus Pastoralibus (f. 10v) ecclesiarum procuravit clandestine Decreta contra me pro confictis calumnijs in Iudicijs Castrensibus et, me inscio, in contumaciam obtinere calumniose confingendo et traducendo quasi ego Sacrae Regiae Maiestatis conculcassem literas et lacerassem insultando Regio nomini, in quibus declaratus sum banitus et infamis, condemnatus gravissime. Ad quae Iudicia Castrensia etiam Jure Regni huius Catholici cautum est, ne ullus audeat spiritualem personam citare ad Iudicia Castrensia, in quibus tantum negotia agitantur criminalia; hic considerandum, Religiosus praefatus an veritus legum vel paenarum Ecclesiasticarum.

Dominus ergo Metropolitanus, enitendo me omnibus modis vexare, suscepit in protectionem suam praefatum Patrem Kiszka extradiditque ei contra me citationes, in quibus praeter caetera haec etiam expressa figmenta calumniosissima et enormissima, quasi ego in contemptum Sacrae Regiae Maiestatis laceraverim et conculcaverim literas Regias, inauditas invasiones, percussiones caeterasque calumnias contra me ibidem confingendo, ut hac ratione effugeret Iudicium Religiosorum Superiorum suorum paenamque evaderet pro tantis calumnijs confictis et pro evocatione proprii Pastoris ad forum saeculare et pro condemnatione scandalosissima mei in Iudicijs saecularibus.

Ex his pateat Domini Metropolitani contra me exardescentia, quia recurrebam ad Authoritatem et Potestatem S. Sedis Apostolicae; nonne magis exardescere debuit contra tantum ausum huius Religiosi in Pastorem? Imo, cum interposuissem protestationem et appellationem a Judicio Metropolitano ad Iudicium S. Sedis Apostolicae, non acceptavit contempsitque recursum meum. Ad extremum, ut maioribus pressuris opprimerer, Decreta ex Cancelleria eius lata non extraduntur. Et habeo

praecautionem hanc, quia Dominus Metropolitanus interea temporis vult obtinere remedia in Curia Romana, ut iudicer aggravatus ab eo de tantis criminibus confictis.

Quapropter pluribus Eminentias Vestras non fatigo, succurrere dignemini adeo graviter oppresso Archiepiscopo, porrigere dexteram Vicariae Christi potestatis, dignetur SS.mus Dominus Noster et Breve simile extradere ad Ill.mum Nuntium quale extradiderat Innocentius Undecimus ad Eminentissimum nunc Ranutium, in anno 1671, ut a potestate exardescentis contra me Archiepiscopi Chioviensis ob recursum ad S. Sedem Apostolicam in Causis adeo criminalibus confictis liberer per Potestatem et Iudicium S. Sedis Apostolicae, Principis Pastorum, per Ill.mum Nuntium Regni vel Ill.mos Commissarios designatos Episcopos, Smolescensem Eustachium Kotowicz et Martyriensem Nicolaum Swirski, Suffraganeum Vilnensem, continuo Vilnae residentes, coram quibus facilior utrique Parti dabitur comparitio et commodius perficietur Inquisitio, ne partes longis itineribus et expensis molestentur; multa enim distantia Varsaviensis itineris et ineffabilis caristia et inopia rerum hisce temporibus. Coram quibus liceat mihi exponere omnia hic exarata et caetera gravamina quae, ob molestiam Eminentiarum Vestrarum, nunc non exponuntur; interim potestate Sedis Apostolicae iniungatur Domino Metropolitano, ne impediat administrationem Justitiae Rev.ndmo Patri Prothoarchimandritae Ordinis S. Basilii Magni mihi administrari ex Patre praefato Luca Kiska pro tantis calumnijs confictis et pro evocatione Pastoris extra forum. Quam gratiam exorando fimbrias vestimentorum devotissime exosculor.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Servus et perpetuus Exorator
Martianus, Archiepiscopus Polocensis (mpp.).

Vilnae, die 8 Maii, anno 1700.

## 167.

*Varsavia, 9. VI. 1700.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj Congregationis Praefecto de declaratione publica suae unionis cum Ecclesia Catholica.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 536, fol. 27-27v.
MUH, vol. IV, pag. 287, nr. 182.

Emin.me, ac Rev.me Domine, Domine ac Patrone Col.me.[78]

[78] Praefectus de Prop. Fide tunc temporis erat Carolus Barberini (1698-1704), in praesenti volumine plurimis documentis iam notus.

Illuxit tandem felix pro me dies, qua diu ante privatim amplexatam cum Sancta Romana Ecclesia Unionem publice profiteri datum est, sicut de facto contigit in festo Augustissimae Trinitatis, coram ne paucis huius potentissimae Reipublicae Proceribus, in manu Emin.mi, ac Rev.mi Domini Cardinalis Primatis. Placuit Omnipotenti Deo ea omnia removere impedimenta, quae hucusque vota mea varijs politicis rationibus distulerant, ne in claram lucem immutabilis Orthodoxae Religionis Assertor descenderem. Id quod alta cogitatione perpendens inenarrabili laetitia spirituali exulto, Patrisque misericordiarum ineffabilem clementiam veneror, miram bonitatem commendo, sapientissimam providentiam adoro. Inclinatus inde ad Christi Domini Sponsam, nec non ipsius visibile Caput, Petri Successorem, eos mente concipio venerationis, obedientiae, ac subiectionis sensus, qui bono filio in optimam matrem, fideli subdito in supremam Potestatem conveniunt. Huius interim sententiae meae aeternum duraturae tabulam hisce characteribus contentam prono vultu praebeo Emin.tiae Vestrae, quam enixe rogo, ut mentis meae interpres esse dignetur apud Sanctissimum, caeterosque Eminentissimos Sacrae istius Congregationis Patres, quos per eundem efficacissime exoratos desidero, ut me verum, et obsequentissimum filium in sinu gratiae, et protectionis suae clementissimae recipere non dedignentur. Id agat, obsecro, Eminentiae Vestrae magnanimitas, et ego incessanter preces porrigam Deo Optimo Maximo, ut sibi sit merces magna nimis. Atque hic interim animo provolutus in cultum Eminentiae Vestrae Sacram ipsius Purpuram venerabundus exosculor.

Varsaviae, 9 Iunij 1700.

Eminentiae Vestrae humillimus, devot.mus et oblig.mus Servitor

Josephus Szumlanski, Episcopus Leopolien., Halicien. et Camenecen., Admin. Episcopatus Luceorien. Ritus Graeci.

(f. 27v) In ordine à che devo suggerire all'EE.VV., come nella Congregazione de 5 di Luglio prossimo passato, havendo Monsignor Nuntio dato avviso della professione fatta, come sopra, da questo Vescovo l'EE. VV. rescrissero: — Scribatur D. Nuntio, ut curet inducere D. Szumlanscium ad scribendum SS.mo, et transmittendum in forma authentica Fidei Professionem; idemque Nuntius invigilet super hoc negotio; — Il che è già stato eseguito, et il Signor Cardinal Prefetto ha risposto al Vescovo con una cortese lettera di gradimento, in nome della S. Congregazione.

Die 17 Augusti 1700: Repraesententur omnia SS.mo.

## 168.

*Leopolis, 10. VII. 1700.*

*Episcopi Leopoliensis declaratio publica iurium et privilegiorum eparchiae et Cleri nec non Capituli, occasione proclamatae unionis suae et eparchiae cum Ecclesia Catholica.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 835, fol. 263rv.

Josephus Szumlanski, Dei Gratia Episcopus Leopoliensis, Haliciensis, et Camenecensis Podoliae, Metropoliae Kijoviensis, et Episcopatus Luceoriensis Administrator, Abbas Pieczarensis.

Universis et singulis, cujuscunque status, dignitatis, praeminentiae et conditionis Ritus Graeco-Rutheni Confraternitatibus, et hominibus jurisdictioni nostrae Episcopali subjacentibus nunc et inposterum futuris, his Literis et Consensu cum Benedictione Pastorali significamus, et ad notitiam futuris saeculis tradimus.

Quia Nos omni tempore dignitatis nostrae Pastoralis, qua triginta tres annos Providentia Majestatis Divinae fungimus, hoc unicum habuimus intentum, quatenus Ovile Christi unum Supremum Pastorem nosceret, orthodoxa Religio suum incrementum sumeret, Tabernacula Domini et eorum Spirituales suis libertatibus, Privilegiis a SS. Synodis et Legibus, a Serenissimis Regibus inditis, approbatis et concessis gauderent, prout anno praesenti, Deo Altissimo juvante, nostrum intentum ad effectum adduximus, quando apud Serenissimum Augustum II, Regem Poloniae feliciter nobis dominantem, Diploma pro libertatibus Personis Spiritualibus et Plebeis hominibus ad aequales cum Ritu Romano Praerogativas obtinuimus; volentes ut et Capitulum nostrum Leopoliense in Ritu Graeco-Unito existens, quod Legibus, Libertatibus, Proventibus, Authoritateque sua aliquantum periclitatur, ad observationem Legum antiquarum et Privilegiorum a Reverendissimis Praedecessoribus nostris sibi inditorum rediret, in animum induximus illi jura servientia, et nominatim Legem a Reverendissimo olim Macario Archi-Episcopo Metropoliae Kijoviensis, Haliciensis totiusque Russiae,[79] anno 1549, die 10 Mensis Januarij inditam, a Serenissimis d.m. Regibus Poloniae Sigismundo Augusto, anno 1566, die 15 mensis Julij, et Vladislao IV, anno 1634, die 12 mensis Octobris approbatam, manibus eorundem subscriptam, et sigillis Regni firmatam, in omnibus punctis et articulis renovare, et ad vigorem pristinum reducere, et Capitulum nostrum circa eadem jura perpetuis temporibus cum Reverendissimis Successoribus nostris conservare, haec jura

[79] Metropolita Kioviensis, Haliciensis totiusque Russiae tunc temporis erat Macarius II (1534-1556).

eidem hucusque apud nos existentia reddere, prout renovamus, reddimus, et in omnibus clausulis illa conservamus. Insuper, inclinati supplicationi praesentium Spiritualium Capituli nostri, scilicet: Reverendi Patris Josephi Skolski, Decani ad ecclesiam nostram S. Georgii Cathedralem, Ritus Graeci Leopoliensem, Patris Gregorij Podgurski, Concionatoris, et Presbyteri tit. Annuntiationis B.V.M., Patris Gregorij Mokrzycki, tit. Sancti Nicolai, Patris Semionis Gawalewicz, Sanctae Epiphaniae, Patris Mathaei, tit. S. Theodori, Patris Basilij Lopuszynski, protunc Instigatoris Judicij Episcopalis, tit. Sanctae Crucis, Patris Joachim Wasylewicz, tit. Sanctae Praxedis, Patris Petri Krasniak, tit. S. Resurrectionis, Patris Gregorij Paluszkiewicz Tarnaviec, Patris Semionis Wasylewicz, tit. Ascensionis in Coelum Domini, Patris Semionis Holnoski, tit. S. Protectionis B.V.M., Patris... tit. Sancti Salvatoris, ipsique justitiae earundem Legum Spiritualium, infrascriptos articulos approbamus.

1mo. - Ut in quibuslibet sessionibus, calculationibus, electionibus, actibus et necessitatibus, quas Confraternitates cujuscunque ecclesiae habebunt et absolvent, Spiritualis Ecclesiasticus sit praesens, et in omnibus Confraternitati praesit, nullus confrater absque illo ad Confraternitatem suscipiatur. 2do. - Ut nullus tam ex Confraternitate, quam et ex Parochialibus hominibus Confessione Paschali coram alio Spirituali extra confiteatur, tantum coram hoc Spirituali, ad cujus ecclesiam (f. 263v) jure Parochiae spectat. 3tio. - Ut quilibet ad suum proprium Spiritualem Parochialem, cui jure Parochiali subjacet, pro recipiendis Sacramentis tam necessariis quam voluntariis, utpote pro benedicendis Matrimoniis, recurrat, in nihilo se ad quosquam Religiosos referendo, praeterquam in casu necessitatis summae, tum etiam quilibet Parochianus suam ecclesiam propriam pro devotionibus, diebus Dominicis et solennibus Festis frequentet. 4to. - Bacalarij et omnes scholares, ut ad potestatem, directionem et dispositionem Spiritualis in receptione et dimissione pertineant. 5to. - Omnes reditus, etiam juxta articulos sodalitios conscripti, census spirituales concernentes, et quidquid in supplementum vitae eorum esse posset, cedere et reddi debebunt. 6to. - Ut Spirituales Capitulares in Processionibus, et alijs publicis actibus Religiosos praecedant, exceptis insignioribus Monachis, praecipue in officio existentibus. 7mo. - Ut Legata devotarum Personarum non soli Religiosi recipiant, sed ducta proportione pro omnibus Spiritualibus Capitularibus dividant.

His omnibus et aliis, quae ad meliorem Ecclesiae possent esse ordinem, ne quisquam contravenire audeat, Authoritate Episcopali et sub poena Excommunicationis per nos et Successores nostros ferenda in praevaricandos habere volumus et inhibemus. Jura vero originalia in numero sex, quae nunc redduntur, debent esse in Archivo cum notitia omnium

Patrum Capitularium apud unum bene servata; quod ut et futuris temporibus notum fiat, et a Successoribus nostris effectuetur, commendamus, et approbationem apud Regiam Majestatem, stante vita mea, horum omnium obtinere concedimus. In quorum fidem manu propria cum solito subscribimus sigillo.

In Cathedra nostra Episcopali Sancti Georgii Leopoliensi, die 10 Mensis Julij, V.S., anno Domini 1700.

Josephus Szumlanski, Episcopus Leopolien., Haliciensis et Camenecensis Podoliae, Administrator Metropoliae et Episcopatus Luceorien., Abbas Pieczarensis. Locus sigilli

Notum facio quod ad Archivum, ad jura mea Perehinscen. hic in Cathedra mea Sancti Georgii Leopoliensi in loculis existentia, recepi Privilegia servientia Patribus Capitularibus Leopoliensibus a Serenissimis Regibus et Praedecessoribus meis, item a me quoque ipso illis indita in numero sex, in eadem lege mea seorsive specificata, idque propter conservationem ulteriorem eorundem jurium, et ob majorem illorum securitatem, quae ad requisitionem eorundem Patrum Capitularium, si necessitas exigerit, sunt extradenda. Quod propter meliorem fidem manu propria subscribo, in Cathedra Episcopali Sancti Georgii Leopoliensi, die 10 Men. Julij, veteris styli, 1700 anno.

Josephus Szumlanski, Episcopus Leopoliensis, Administrator Metropoliae, et Episcopatus Luceoriensis, Abbas Pieczarensis (mpp.). Locus sigilli

Infrascriptus praesens transumptum ex suis originalibus, per me visis tactisve confrontatum, dum iisdem de verbo ad verbum concordare attestor, et in praemissorum fidem, circa impressionem sigilli usitati, manu propria me subscribo. Locus Sigilli

Basilius Ilaszewicz, Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notatius (mpr.).

Et quia Ego Matheus Ustrzycki, Philosophiae Doctor, Publicus Sacra Authoritate Apostolica per Dioecesim Posnanien. et Varsavien. Notarius, praesentem Copiam Innovationis Capituli Leopolien. Rutheni ad Sanctum Georgium, et conotationis Jurium ac Privilegiorum eidem Capitulo servientium, ex Polonico idiomate in Latinum traductum, cum suo Authentico Documento Polonico ex Originalibus transumpto, per Notarium Apostolicum concordato, manu ejusdem suscripto, et sigillo usitato communito, confrontatam et collationatam, per omnia concordare adinveni, ideo in promissorum fidem signum, nomen et cognomen meum, quibus in talibus utor, apposui, rogatus et requisitus. Acta Varsaviae, Anno Domini 1771, die Veneris 18, mensis 8bris. Indictione Romana IV, Pontificatus autem SS.mi Domini Nostri Clementis, Divina Providentia Papae ejus Nominis XIV, Anno III.

## 169.

*Straszewice, 14. VIII. 1700.*

*Episcopus Peremysliensis G. Wynnyckyj de sua successione certiorat Summum Pontificem petitque protectionem et benedictionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 538, fol. 111rv.

Sanctissime ac Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Quando post decessum Reverendissimi Innocentij Winnicki Antecedanei et fratris mei,[80] quem non aetas maturior, sed curae pro liberando Clero suo ab oneribus, quibus in Regno nostro opprimitur, confecerunt, meam imbecilitatem ad pascendum gregem Dominicum, assentiente Vicaria in Ill.mo ac Excell.mo D. Nuntio Apostolico Sanctitatis Vestrae Potestate, elegit clementia SS.mi Regis Nostri, et Vota Procerum ad idem instigarunt, nefas erat, et arduum refragari providentiae omnium gubernatrici. Cum proinde onus regendi Ecclesiam, quam Christus sanguine suo acquisivit, susceperim, post impressa oscula scabello pedum Sanctitatis Vestrae, supplico humillimo, et demississimo animo, mittat mihi Beatitudo Vestra auxilium de Sancto, et de Sion tueatur me; infra vires enim meas onus hoc meum est, ideoque de plenitudine gratiarum Sanctitatis Vestrae irrora me rore Caelestium Benedictionum et reficiar, ac confortabor. Intelligo enim et credo firmiter, propter testimonium Domini fidele, Sanctam Romanam Ecclesiam esse Matrem ac Genitricem omnium terrarum in Orbe Ecclesiarum, quarum Sanctitas Vestra est caput post Christum, et supremus Gubernator; et ideo ab illa posco opem, imploro auxilium, et ad Vestram recurro, supplex, Beatitudinem, ad quam refugiens nemo est, qui se abscondat a calore eius. Caeterum speciosis pedibus Sanctitatis Vestrae, evangelizantis pacem Orbi, cum tota Dioecesi, et Clero meo, miserum in modum a Nobilitate oppresso, me substernendo, ab hac dextra Sanctitatis Vestrae esurio Benedictionem, in qua sunt delectiones usque in finem, et ubi (f. 111v) iterum iterumque pedibus Sanctitatis Vestrae imprimo basia, ac eidem incolumitatem, et annorum longitudinem a Deo precor, profiteor quia sum.

Sanctitatis ac Beatitudinis Vestrae, Domini, Domini mei Clementissimi Servorum infimus, Exorator indignissimus.

Georgius Winnicki,
Episcopus Premisliensis cum S.R. Eccl. Unitus.

Dabantur in Villa nostra Straszewice, 14 Augusti 1700.

---

[80] Agitur de novo Episcopo Peremysliensi Georgio Wynnyckyj, qui successit in hac eparchia post obitum fratris sui Innocentii Wynnyckyj (1680-1700), qui eparchiam hanc ad Unionem Ecclesiae Catholicae adduxit, prout patet ex documentis praesentis voluminis quamque in sua persona consolidavit, translato Joanne Malachovskyj ad Sedem Chelmensem.

## 170.

*Heilsberg in Varmia, 26. X. 1700.*

*A. Załuski, Ep.pus Plocensis et Varmiensis, Cardinali Barberini de quadam clade cosacorum* (excerptum).

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6641, fol. 217r.

...Dalla Russia si ha nuova che il nostro esercito habbia per tre volte rotto quel dei Cosacchi guidati dal loro capo il generale Paly, con occisione e prigionia di gran numero di essi, retirandosi detto Generale in una fortezza difficile per la staggione ad espugnarsi, da dove implorava la clemenza del nostro G. Generale...

## 171.

*Varsavia, 22. XII. 1700.*

*Professio fidei catholicae Orientalibus praescriptae ex parte Josephi Szumlanskyj, Episcopi Leopoliensis, data occasione promulgatae unionis suae eparchiae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 538, fol. 420-423.

In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

1. Ego Josephus Szumlanski, Episcopus Leopoliensis et Haliciensis, et Camenecensis Graeci Ritus unitus, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo Fidei, quo S. Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in Unum Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Coeli et terrae...[81] Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur... et vitam venturi saeculi. Amen.

2. Veneror etiam et suscipio universales Synodos prout sequitur, videlicet: Nicaenam Primam, et profiteor quod in ea contra Arium damnatae memoriae diffinitum est...[82]

3. Constantinopolitanam Primam, secundam in ordine, et profiteor quod in ea contra Macedonium damnatae memoriae diffinitum est...

(f. 420v) 4. Ephesinam Primam, tertiam in ordine, et profiteor quod in ea contra Nestorium damnatae memoriae diffinitum est...

---

[81] Omittimus textus alias notos et usitatos, nisi locis controversis exceptis.

[82] Exactiores determinationes hic omittuntur, quia iam notae et aliis in locis nostrae Collectionis per extensum productae; cfr. ex.gr. in praesenti volumine sub nr. 93, ubi Statuta eparchiae Peremysliensis sunt edita pleno textu, etiam quod spectat professionem fidei Orientalibus praescriptam (pag. 123-127).

5. Chalcedonensem, quartam in ordine et profiteor quod in ea contra Eutychem et Dioscorum ambos damnatae memoriae diffinitum est...

6. Item eiusdem Domini Nostri Jesu Christi divinitatem, secundum quam consubstantialis est Patri et Spiritui Sancto, impassibilem esse et immortalem...

7. Constantinopolitanam Secundam, quintam in ordine, in qua praefatae Chalcedonensis Synodi diffinitio renovata est.

8. Constantinopolitanam Tertiam, sextam in ordine, et profiteor quod in ea contra Monothelitas diffinitum est...

9. Nicaenam Secundam, septimam in ordine et profiteor quod in ea contra Iconoclastas diffinitum est...

10. Constantinopolitanam Quartam, octavam in ordine et profiteor in ea Photium merito fuisse damnatum et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum.

11. Veneror etiam et suscipio omnes alias universales Synodos auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas et confirmatas et praesertim Florentinam Synodum et profiteor quae in ea diffinita sunt, videlicet:

12. Quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit.

13. Item dictionem illam Filioque veritatis declarandae gratia et imminente necessitate licite, ac racionabiliter Symbolo fuisse appositam.

14. Item in azymo sive fermentato Pane triticeo Corpus Christi (f. 421v) veraciter confici Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta Suae Ecclesiae sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem...

15. Item si vere paenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satis fecerint et omissis, animae eorum paenis purgatoriis post mortem purgari...

16. Item Sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum Orbem tenere Primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum et verum Christi Vicarium...

17. Item legalia Veteris Testamenti seu Mosaicae legis Ceremonias, Sacra Sacrificia et Sacramenta Domino Nostro Jesu Christo adveniente cessasse...

18. Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffocato illi tempori congruisse...

19. Pariter veneror et suscipio Tridentinam Synodum et profiteor, quae in ea diffinita et declarata sunt, et praesertim offerri Deo in Missa verum, proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento (iuxta fidem quae semper in Ecclesia Dei fuit) contineri vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et Divinitate Domini Nostri Jesu Christi...

20. Item septem esse Novae Legis Sacramenta a Christo Domino Nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria...

21. Item Baptismum esse necessarium ad salutem, ac proinde si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione conferendum esse...

22. Item Sacramenti Matrimonij vinculum indissolubile (f. 422v) esse...

23. Item Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones suscipiendas esse et venerandas.

24. Indulgentiarum potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano Populo maxime salutarem esse.

25. Pariter quae de peccato originali, de iustificatione quae fit per Dei gratiam simul et per opera nostra bona, et de sacrorum librorum tam Veteris quam Novi Testamenti indice et interpretatione in praedicta Tridentina Synodo diffinita sunt suscipio et profiteor.

26. Caetera item omnia suscipio et profiteor, quae recipit et profitetur Sancta Romana Ecclesia simulque contraria omnia et Schismata et Haereses ab eadem Ecclesia damnatas, reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reijcio et anathematizo.

27. Insuper Romano Pontifici, Beati Petri, Principis Apostolorum, successori ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro.

28. Hanc Fidem Catholicae Ecclesiae extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam, usque ad extremum vitae spatium constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri atque a meis subditis, vel illis quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego idem Josephus Szumlanski, Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camen. Ritus Graeci Unitus (mmprp.) spondeo, voveo et iuro, sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia (manu propria).

(f. 423) Nos Franciscus Pignatellus, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Taretinus, Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementis, Divina Providentia Papae eius nominis XImi, Praelatus Domesticus et

Assistens eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Serenissimum Augustum Secundum, Poloniae Regem Potentissimum, totumque Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus Legati de Latere...

Universis et singulis praesens inspecturis fidem facimus et attestamur, subscriptam Fidei Professionem, emissam a Reverendissimo Domino Josepho Szumlanski, Episcopo Leopolien. et Ritus Graeci Unito, esse propria manu ipsius subscriptam et sigillo munitam. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae, die 22 Decembris 1700.

F. Aep. Tarantinus, Nuntius Apostolicus.

Adalbertus Skwarczynski, Cancellarius.

## 172.

*Leopolis, XII. 1700.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj Summo Pontifici praesentat professionem fidei catholicae et suam publicam subiectionem et unionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 538, fol. 419rv.

Beatissime Pater.[83]

Cum afflante Divino Numine Unionem cum Sancta Romana Ecclesia dudum gravissimas ob causas private tantum, nunc vero, amotis impedimentis, pub ice sim amplexatus eiusdemque Ecclesiae membrum, idcirco, vel indignum effectus, aequum est ut una cum Orbe Orthodoxo, de sua nunc Beatissime Pater ad Summi Pontificatus apicem exaltatione laetanti, et Vicariam in te Christi dignitatem adoranti, hos venerationis meae, submissionis, et gaudii sensus Sanctissimis Beatitudinis Tuae Pedibus pronus subiiciam. Te igitur successorem Petri legitimum, Ecclesiae Caput, Magistrumque fidei confiteor, Supremamque tibi in Ecclesia a Deo collatam Potestatem adoro; et qui coram Principe vacuis comparent manibus indecorum, hanc meae fidei Professionem, quam nil suppedit praeciosius, quamque ante Apostolicum tuum Thronum renovare loci distantia non permittit, (f. 419v) manu mea firmatam, Sanctitati Tuae praesento, obedientiae meae, et submissionis irrevocabile documentum. Fac ergo, Beatissime Pater et Pastor supreme, ut una cum Grege meo, quem ad veram Christi Caulam revocare caelitus mihi elargitum, tua

[83] Hic habetur epistola ad Summum Pontificem, quam exigebat Praefectus a Josepho Szumlanskyj, ex mente Congreg. de Prop. Fide die 17 Iulii, commendando negotium Nuntio Varsaviensi; cfr. nr. 167, in post scripto.

iugiter foveam Pastorali solicitudine et Paterna benedictione confirmer. Quod dum humiliter imploro, Sanctitatis Tuae Beatissimae Pedes venerabundos deosculor.

Leopoli, in Mea Cathedra S. Georgii.

Sanctitatis Tuae humillimus, obseq., fidelissimus Servus et Subditus

Josephus Szumlanski,

Episcopus Leopoliensis et... Ritus Graeci Uniti (mpr.).

## 173.

*Leopoli, 2. II. 1701.*

*Coadiutor Armenus Leopoliensis commendat Secretario P.F. P. Polycarpum Filipowicz in Auxiliarem Ep.pi Leopoliensis rutheni, certiorat de quodam praedicatore orientali Liburnii in Italia, et petit remissionem cuiusdam Alumni Roma.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 538, fol. 318rv, 319v.

Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Humillima mea transmitto obsequia, ea, qua obligor devotione venerando Illustrissimam Dominationem. Quoniam Illustrissimus Dominus Szumlanski, Episcopus ritus Graeci, hora fere undecima vocatus ad vineam Domini, singulari zelo mercedem aequalem nobiscum satagit a Supremo Remuneratore recipere, et hoc unicum obest illi, quod non habet hominem, ego, mediante R.P. Praefecto Collegij,[84] proposui P. Polycarpum, Procuratorem Ordinis S. Basili,[85] de cuius pietate optime sum persuasus. Unde supplicante ipso, rogo Illustrissimam Dominationem ipsius tam pium desiderium dignetur promovere apud S. Congregationem. Insinuo quoque Illustrissimae Dominationi necessariam esse advertentiam super advenas Orientales Sacerdotes Liburni; [86] ne ibi idem accidat, quod in nostra Dioecesi, in qua deprehensi sunt nonnulli cursitare per oppida secum ferentes clandestine Venerabile Sacramentum, et administrare, turpis lucri gratia. Insuper expono petitionem, dimitti Roma S. Stephanum

---

[84] Praefectus Collegii Armenorum Leopoli ex Ordine Theatinorum, ut videtur Sebastianus Accorsi (1691-1704).

[85] Polycarpus Fylypovyč, Basilianus, Procurator negotiorum Ecclesiae Unitae in Urbe (1689-1696), dein nom. tit. Episcopus Bodonensis (21.7.1710) et Vicarius Apost. Mukačoviensis; nunquam tamen ab Aula Viennensi admissus fuit; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 18-19, nnr. 635-636; et *Acta de Prop. Fide* ann. 1710-1716, quae plena sunt documentorum quae P. Polycarpum spectant.

[86] Livorno, civitas in Italia, ubi plurimi Armeni inveniebantur.

Stefanowicz, nobis necessarium vel maxime si, ut (f. 318v) speramus in Domino, Moldaviae Provincia accedet ad Unionem. His relatis addo, Illustrissimum Dominum Nuncium nec obulum mihi hactenus dedisse. Mitto ad ipsum hac cursoria Epistolam Eminentissimi Domini Cardinalis Praefecti, responsurus sit, ignoro. Modo recommendo me singulari gratiae Illustrissimae Dominationis.

Illustrissimae ac Rev.mae Dominationis Vestrae Servus

Deodatus Episcopus Tra...[87]

2 Februarii, Leopoli.

(f. 319v) Die 5 Aprilis 1701.

Ad primum § - Scribatur D. Nuntio Poloniae, ut curet dari Policarpum in Ministrum D. Episcopi Szumlanski.

Ad § Avvisa - Scribatur D. Archiepiscopo Pisarum, ut praecaveat.

Ad § In fine - Habebitur ratio post lauream doctoralem.

## 174.

*Roma, 5. II. 1701.*

*Card. C. Barberini Metropolitae Zalenskyj de alumnatibus Pontificiis in Urbe et de novo Procuratore Sylvestro Pieszkiewicz.*

Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6665, fol. 100.

Ill.me et R.me Domine.

Religiosus Innocentius Malewski[88] exhibuit mihi Vestrae Dominationis Ill.mae litteras, in quarum fidem et existimationem, iuxta promissam sibi gratiam, admissus est ad Collegium Urbanum de Propaganda Fide, cum hac expressa declaratione quod sit pro hac sola vice, utpote alias non semel scripsi 9 Mensis Augusti 1698 et 3 Februarii 1699 — atque in praesens iterato et serio V.D. Ill.mae significo, ex eo quia in dicto Collegio nullus locus est destinatus pro natione Ruthenorum, nam cum is, qui in eodem recepti sunt, atque recipiuntur, Sacra Congregatio dispensavit ac dispensat ex mera gratia et benignitate erga Basilianam Ruthenorum

---

[87] Deodatus Nersesowicz, Ep. Traianopolitan. Coadiutor Armenorum Leopolien., Vartano Archiep. Leopolien. datus; obiit ante 15.7.1709; cfr. *Acta de Prop. Fide*, vol. II, nr. 736.

[88] Innocentius Maleiewski, Basilianus, Alumnus Coll. de Prop. Fide, admissus 31 Januarii 1701 ut supranumerarius; exivit an. 1705, Laurea in Theologia insignitus; cfr. D. Blazejowskyj, *Ukrainian and Armenian Students...*, in « Analecta OSBM », vol. IX, pag. 209-210, Romae 1974.

Religionem et Unionem Sanctam. Qua de re certam certioremque reddo, ac volo, D.V. Ill.mam de huiusmodi conditionibus, ne de caetero super his quidquam novi, etiam minimum, emergat.

Quod vero spectat ad Patrem Sylvestrum Pieszkieviz,[89] quem Ill.ma Vestra Dominatio suffecit in locum Patris Policarpi Filipowicz Procuratorem in Urbe, eum audiam libentissime, cum voluntate suarum annuendi petitionum honestati in omnibus, quae istiusmodi Religionis commodis ac sibi satis erunt, quemadmodum postulat ratio dignitatis et meritum Ill.mae D.nis Vestrae, tum studium et propensio, qua sibi inservire desidero. Et D.ni Vestrae Ill.mae manus deosculor.

Romae, 5 Februarii 1701.

D. Zalenski Archiep.po Kioviensi, Halicien. et totius Russiae Metropolitae, Vlodimiriam.

## 175.

*Roma, 9. IV. 1701.*

*Card. C. Barberini Patri Vota, S.J., de causa Confraternitatis Leopoliensis et de instantiis Residentis moscovitici.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 3, fol. 89-90 (copia). Bibl. Apost. Vat., *Barb. lat.*, vol. 6654, fol. 111v-112.

Molto R.do Padre.

Nella prossima passata Congregatione di Propaganda Fide tenutasi li 5 di questo corrente mese[90] fu riferito il ragguaglio dato da cotesto Mons. Nuntio Apostolico Pignatelli con sua lettera dei 16 di Febraro passato in ordine alla oppositione, che fà il Residente del Czar di Moscovia appresso cotesta Real Corte al possesso preso da Mons. Szumlanski, Vescovo Ruteno di Leopoli, (fol. 112r) della Confraternità Rutena di detta Città, rappresentando con ciò Mons. Nuntio le operationi sue col Signor Gran Generale della Corona e col Gran Cancelliere del Regno[91] perche si l'uno, come l'altro non si turbassero alla comparsa delle lettere ad essi in specie scritte dalla Maestà del Re a richiesta del Residente, colle quali veniva loro ingionta la manutentione di detta Confraternità nella sua

---

[89] Sylvester Pieškievyč, Procurator negotiorum Ecclesiae Unitae in Urbe (1696-1709).

[90] Cfr. amplam relationem in *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, pag. 172, nr. 737, de dat. 5.4.1701.

[91] Magnus Cancellarius Poloniae Georgius Denhoff (1688-1702); Stanislaus Jablonowski, magnus dux exercitus Poloniae (1682-1702).

libertà, senza che fosse da veruno impedita e contrastata et adducendo insieme varii motivi per li quali da Sua Maestà siano stati mandati ad esso Mons. Nuntio alcuni de Principali Ministri della Corte e le di lui risposte date ai detti motivi; consequentemente tutto sò essere ben noto a V.R.

Discussasi dunque in S. Congregatione la materia e l'importanza di essa, fù risoluto che si supplicasse la Santità di Nostro Signore a voler scrivere un suo Breve alla Maestà del Re in raccomandatione di così arduo affare et a commettere al Signor Card. Paolucci, suo Segretario di Stato, di scrivere anch'egli all'istesso fine in nome di S. Santità al Signor Card. Radzieiowski, Primate, come verrà eseguito, e per ultimo tanto il predetto Signor Card. Paolucci, quanto io scrivessimo a dirittura a V.R. perche col fervore e zelo suo proprio voglia di concerto con Mons. Nunzio cooperare appresso la Maestà Sua et appresso ogni altro, che faccia di bisogno, affinche venga favorita più tosto la causa del suddetto Mons. Vescovo, che de suoi mal intentionati avversarii, i quali fanno quanto possono non solo per conservare la libertà della preacenata confraternità, ma anche di rapire le rendite (f. 112v) temporali spettanti al Vescovo, che certamente non merita si fatta oppressione, quando gli è dovuto anzi premio per quello hà operato, come è noto, nell'acquisto alla Chiesa della vasta sua Diocesi di Leopoli. Io dunque eseguendo per la mia parte l'ordine impostomi, posso assicurare V.R. che di quanto operi giusta le sante, e piissime intentioni della S. Congregatione, ne riporterà lode e merito ben grande dalla medesima oltre quello che le ne risulterà appresso il Signor Idio, di cui principalmente è la causa. Ne essendo luogo a dubitare della Sua più indefessa e sperimentata attentione e studio a render compitamente in ciò servita la S. Congregatione, io senza più resto pregandole da S.D.M. il colmo d'ogni bramato intento.

Di Vostra Riverenza affettissimo...

Roma, 9 Aprile 1701.

## 176.

*Vienna, 28. IV. 1701.*

*Cardinalis L. de Kollonitz de rebus Ruthenorum et Orientalium in genere in Imperio Austriaco, de Episcopis consecrandis, et modo procedendi in consecrationibus; facultas detur, ut unus posset consecrare prima vice.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 539, fol. 330-34v.

Perscriptum iam antehac a me fuerat, extremam pro multarum millium animarum salute in his partibus necessitatem dependere ex eo,

ut Graeci Ritus Episcopi, patriae linguae periti, procurentur. Tales vero, ob Graecorum Episcoporum, alios in Episcopum consecrare valentium defectum, hoc tempore haberi nequeunt, eo quod per mille Italica, seu ducenta milliaria Germanica non nisi unicus Graecus Episcopus, nomine Camillus Munkacsiensis, Romae sub Alexandro VIII, felicissimae memoriae, consecratus, bonae quidem vitae, et zeli multum in vinea Domini laborantis existat, qui ob viarum distantiam, aliasque difficultates, quarum non exigua est, quod lingua Graeca, triplici dialecto distincta, quasi triplices inter se differentes Nationes, quodam tamen speciali odio dissidentes constituat, conveniri non potest. Accedit, quod hunc Episcopum Munkacsiensem pleraeque, sive illae Adriatico Mari in Croatia, et Sclavonia vicinae, sive istae Tibisco, ac Transylvaniae adiacentes sint gentes, ut inimicum plane accersentur. Interea Episcopi Schismatici, aut potius athei, et sine fide homines, absque ulla consideratione simoniace quosdam in sacerdotium assumunt, et ordinant; in Matrimonijs, Divortijs, Bigamijs, et omnibus Sacramentis pro libitu dispensant ita, ut unus quandoque duabus, aut tribus faeminis, quasi uxoribus (f. 330v) ex dispensatione talium Episcoporum abutatur. Sic denique vivunt, ut sine fide, sine lege agentes, merito dubium moveant, an ullus eorum in sacerdotem, minus in Episcopum, rite et valide sit consecratus.

Tantis malis, et scandalis unicum videtur superesse remedium, ut Sua Sanctitas clementissime dispenset circa Episcoporum ad consecrationem concursum ad hoc, ut Romani (Latinos hos vocant Graeci) Episcopi audeant tres e Graecis, quos prae reliquis huic muneri aptiores, et capaciores repererint, in Episcopos consecrare, atque ut sic consecrati, deinde necessitate urgente, possint in assistentia duorum latinorum, seu Romanensium Episcoporum, si Graeci haberi non possent, alios pari formiter Episcopali ordine insignire. Hac quippe ratione, et legitimos Graeci Episcopos consequentur, et legitimos sic deinceps successores in episcopali dignitate, ac etiam sacerdotali charactere, relinquent; cum hucusque non sine maximo fundamento credi possit, apud Graecos, cum plurimarum millium animarum iactura, nullum seu validum, seu licitum, sed omnino nullum (et Deus novit, a quanto tempore neglectum) fuisse sacerdotium.

Quod si opponatur, non reperiri modo subiecta, tantae dignitatis capacissima, reponetur: Si hoc tempore non habemus capacissima, inveniemus saltem capacia, et summe necessaria, adeoque sufficientia pro nunc, donec efformentur capacissima. In (f. 331) diversis enim locis, et Seminarijs educantur similia ad Statum Ecclesiasticum subiecta, Graecos Ritus observatura. Ipsi praeterea Episcopi obligabuntur, ut in omnibus fidei rebus, et animarum cura nihil resolvant, nihil exerceant sine praescitu assistentis Catholico-Romani Theologi, qui nomine Suae Maiestatis, et

collato salario, per me tanquam Primatem Episcopo adiungetur. Atque ita ista subiecta promovenda, si actu non sint capacissima ad Episcopatum, successive per assistentiam catholicorum Theologorum reddentur capacissima.

Forte dicetur: Haec fieri posse suo ordine, et via per Nuntiaturam, et Curiam Romanam. Non quidem hoc negatur. Experientia tamen monstrat contrarium. Est quippe Episcopus in Croatiae finibus a duobus, et ultra annis per Suam Maiestatem nominatus, cuius ne processus quidem finitus, minus submissus est; insuper, ut audio, adhuc longo tempore non expediendus. Interim millenae animae non solum in periculo, sed manifesta perditione, per seductionem schismaticorum Episcoporum constitutae hinc inde morantur. Et quia Catholicis sacerdotibus carent, ad Schismaticos, non praemisso examine, veri ne tales sint sacerdotes, nec ne, incaute et damnose accedunt. Praedictus Episcopus Romae titulo Platensis, hic autem (f. 331v) Suitensis dicitur,[92] qui ex clementia Suae Maiestatis, et unius alteriusque auxilio, vel eleemosyna alitur. Is iam 3a vice ex illis remotis partibus huc ad finiendum processum sub spe consecrationis advenit; sed tempus, et paecuniam frustra consumens, adhuc nullam spem consecrationis obtinendae, donec praescripta tolletur difficultas, sibi affulgentem habet.

Quare in summa hac necessitate tam urgente, pro hac saltem vice, Sua Sanctitas dignetur in tot animarum redemptionem, et salutem, clementiae exercere actum, dando licentiam, seu dispensationem, ut Episcopus in Croatiae confinibus, Platensis dictus, possit ab Episcopis Catholico-Romanis ad Episcopatum Graeco Ritu administrandum consecrari. Siquidem Persona in hac necessitate et capax est, et callens linguam latinam, insuper, absoluta Philosophia, etiam Theologiam moralem frequentavit, et linguas in illis partibus necessarias, et intelligit, et loquitur; per hunc sic consecratum Episcopum possunt aliae sacerdotum ordinationes huius sui Graeci Ritus in alias personas aptas exerceri; ex quibus sacerdotibus, temporis tractu, iterum alij in Episcopos pro partibus partim Tibiscanis, partim Magno Varadinensibus (ubi etiam linguam a Croatiae (f. 333) Confinibus diversam callere opportet), partim pro Transylvanicis in assistentia Episcoporum latinorum consecrarentur. Ne tamen praeiudicium aliquod Nuntiaturae aversare velle videar, haec omnia cum scitu Ill.mi, et Rev.mi D. Nuntij perficere desidero pro hoc duntaxat actu.

---

[92] Episcopus Plataensis tunc temporis iam nominatus erat, ut videtur, Gabriel Turchinovich, nat. an. 1669, Basilianus Croatiae, sacerdos ab an. 1696. Breve promotionis obtinuit 13 augusti 1701; cfr. *Hierarchia catholica*, vol. V, pag. 317.

Urgente porro necessitate, ubi periculum animarum in mora est multiplex, et continuum, ne a pseudo Patriarchis, Episcopisque Schismaticis, imo quovis Schismatico peioribus, animarum sub cura utpote Metropolitana Strigoniensi existentium, ruina promoveatur, rogo, atque obtestor, ut celerem, et quidem celerrimam resolutionem, et gratiam consequar. Neque enim hic vel media pro Episcopis sustentandis, vel paecunias, vel aliam assistentiam efflagito, sed solam, et puram tres in Graeci Ritus usum Episcopos consecrandi licentiam; si tamen placeret aliquam ultro submittere paecuniam, applicabo eam sancte, et bene, imo optime in Dei gloriam, et animarum salutem, etsi forent milliones.

Viennae, 28 Aprilis 1701.

Leopoldus Cardinal à Kollonitz.

Die 18 Iulij 1701.

DD. Consultores censuerunt transmittendum quam primum Viennam aliquem Episcopum Graecum Catholicum cum Indulto consecrandi tres Episcopos Graecos purgandos ab Emin.mo Primate quam absque... duorum Episcoporum.

## 177.

*Vienna, 17. XII. 1701.*

*Cardinalis L. de Kollonitz Congregationi de Prop. Fide, ut mittantur Missionarii in has regiones ad docendos populos.*

APF, *Scritt. rif. n. Gongregazioni Generali,* vol. 541, f. 234rv.

Eminentissimi, Illustrissimi et Reverendissimi Domini.

Non sine gravi animi sensu considero innumeram populi multitudinem pastorali meae curae late per Hungariam a Turcis recuperatam, et alia Regna eidem vicina subiectam, ob graeci schismatis errores in aeternae salutis periculo tam misere versari. Et licet pro eorum ad Ecclesiam Romanam reductione varias hactenus vias tentaverim, multosque per Dei gratiam a suis erroribus ad Unionem revocaverim, tamen, tum ob nimiam eorum Sacerdotum et Episcoporum ignorantiam, tum ob nationis inconstantiam saepe delusus, quos optime edita etiam fidei professione unitos habebam, brevi ad vetera dogmata relapsos cum dolore sum coactus experiri. Quare adhibito sapientum et zelosorum, quique Nationum illarum genium apprime perspectum habent, virorum consilio, vix aliud certius et magis aptum iudico, quam si Emin.mae Ill.mae et Rv.dmae, DD. Vestrae pro suo sancto zelo, et salvificae Religionis propagandae desiderio id apud SS.mum

Dominum Nostrum, interpositis totius Sacrae Congregationis precibus, efficiant, ut 15 Religiosorum Ordinum Superioribus, praeprimis tamen Religiosissimae Societatis Iesu Generali jure suo imponat, ut illi quosdam a suis Religiosis Graeci, Rascianici, Valachici, Rutheni vel alicuius ex his idiomatis gnaros in Ecclesiae Graecae ritibus instrui, eorundem habitu indui, Graecoque ritu in sacerdotes consecrari curent, et tales in has Ungariae, Croatiae, Sclavoniae, Transylvaniae, hisque vicinas partes viros Apostolicos destinent, per quos Juventus, in qua potissima firmae Unionis spes consistit, in Scholis bonas literas, et cum his fidem salvificam a teneris doceatur, et maturiores ab erroribus reducantur et reducti confirmentur. Nec deerit hic ejusdem (f. 234v) aptorum subiectorum copia, modo harum partium Superiores de similium ad Ordinem receptione moneantur. Incredibile est quantus hac ratione, brevi etiam tempore, fructus expectari possit! cum innumera haec hominum multitudo, eaque ita rudis, ut praeter externum caeremoniarum usum nihil vel de sua, vel de alterius fidei mysterijs intelligat, a sui idiomatis rituumque gnaris (:alios enim Romani ritus sacerdotes ut suspectos fugit:) promptissime se informari patietur. Cuius populi reductio nunc tanto magis urgenda videtur, quanto certius est Anglos Seminarij fundationem instituisse in quo juvenes e parentibus Graeco schismati addictis natos educare, sicque suis erroribus imbuere constituerunt. Imo, quod longe deterius est, idoneis testibus compertum habeo a Patriarcha Constantinopolitano Legatos in Angliam, Londinum eo fine missos, ut Rex Angliae medio Residentis sui apud Portam Ottomanicam efficiat, ut futuris posthac temporibus Patriarcha Constantinopolitanus protectione Regis Angliae gaudere possit. Quae res ut Catholicae Religioni multis ex capitibus vehementer noxia fo et, ita suadet, ut modis omnibus conatus hos sanctiori consilio praevertamus. Quod ego quidem suluberrimum esse judico, si aliqui Patres e Societate Iesu assumpto ritu Graeco populos istos accedant, eosque more ac Instituto suo erudiant ad Iustitiam. Qua in re, cum ego absens agere minus possim, Emin.mae, I l.mae et R.dmae DD.VV. per tot animarum hoc schismate infectarum salutem oro atque obtestor, ut negotium hoc cordi summere, illudque ad optatum finem apud Beatissimum Patrem deducere adlaborent.

Viennae Austriae, 17 Decembris 1701.

Eminentissimarum, Illustrissimarum et Reverendissimarum Dominationum Vestrarum humillimus et devot.mus Servitor

Leopoldus Cardinalis Kollonicz

Mando una copia di lettera venutami col l'ultimo curiere da Costantinopoli.

Sacrae Congregationi de Propaganda.

178.

*Volodimiria, 7. II. 1702.*

*Episcopus Luceoriensis Dionysius Zaboryckyj explicat et refutat obiectiones sibi motas ad suam promotionem.*

ARCHIVUM S. SYNODI (PETROPOLI), *Arch. Metropolitarum Kioviensium*, nr. 763.
S.V. KURHANOVYČ, *Dionisij Zabokryckij, ep. Luckij i Ostrožskij*, Kiev 1914, pp. 337-39, nr. 30.

Resolutio difficultatum in memoriali Romam transmisso expressarum.

Ad 1mam. - Quod fuerit V.blis Dionisius Żabokrzycki [93] realis bigamus; — ut plene et realiter haec fuerit bigamia negatur: a qua semiplena V.blis Iosephus Stoika archiep.pus Maramoriensis ex Hungaria, permissu proprij metropolitani, ad cuius iurisdictionem V.blis Dionysius Żabokrzycki in disunione existens pertinebat nempe metropolitae Kijoviensis disuniti, in diecaesim Luceoriensem disunitam veniens dispensavit illum authoritate sibi ad similia a sede patriarchali Constantinopolitana (prout super his datae ab eodem archiep.po literae dispensato testantur) concessa.

Ad 2dam. - Quod idem V.blis Żabokrzycki cum secunda uxore convixisset; — hoc negatur; nam unam tantum habuerat uxorem viduam, non plures, ex qua binam, iam ad praesens in statu provecto existentem susceperat prolem, filium et filiam. Quae uxor post subsequutum divortium a vinculo matrimoniali cum Dionisio Żabokrzycki transvolavit ad alia vota matrimonialia, mutato ritu graeco in romanum: eoque ipso liberam ad religionem sanctam et electionem in episcopatum eidem Dionisio, marito suo, viam monstravit.

Ad 3tiam. - Quod non nisi monachi professi ad episcopatus in ritu graeco unito promoveantur, non laici; — esto, quod sic fiat in ritu graeco unito; aliter vero observatur apud disunitos, dum passim laici electi in episcopatus primo assumunt habitum religiosum, simulque et professione emissa super vota religiosa, non attento tempore explendi noviciatus mox et ordinibus sacris minoribus et maioribus, tum et charactere episcopali inicientur et insigniuntur; prout eiusmodi centena retroactis saeculis, in Polonia et magno ducatu Litvaniae, extant exempla et novissima

---

[93] Dionysius Zabokryckyj, Episcopus Luceoriensis, per longum tempus erat solum ut praetendens hanc Sedem, quia obstabant multa impedimenta, quae solvi non poterunt neque in Ecclesia non unita; anno 1702 Unionem cum Ecclesia catholica acceptavit et tandem eius difficultates solutae sunt; obiit an. 1715, a Czaro Petro I in Moscoviam deportatus; cfr. etiam nr. 180, ubi quidam processus de eius vita invenitur.

duo in diecaesi Praemisliensi in personis V.blium, unius ante aliquot annos vita functi, alterius in vivis existentis Vinniccium, episcoporum Praemislien. ritus graeci unitorum, sunt prae oculis.

Ad 4tam. - Quod ab episcopo ritus graeci schismatico ordinatus fuerit in praesbyterum idem V.blis Żabokrzycki; — ita est: quia et ipse in disunione et cathedra praedicta Luceoriensis existebat, sufficit quod a rite consecrato archiep.po supradicto, cum assensu proprij loci ordinarij nempe metropolitae Kijoviensis disuniti, prout supra expressum est, haec ordinatio subsequuta est.

Ad 5tam. - Quod ab eodem ordinante fuerit benedictus idem V.blis Żabokrzycki in archimandritam, et vigore huius benedictionis ordinaverit ipse in clericos, subdiaconos et diaconos aliquot. — Et hoc non abnegatur, quia super haec praemissa in virtute sacrorum canonum Abbatibus ordinationem clericorum, subdiaconorum et diaconorum proprij monasterij cum facultate Benedicentis permittentium, ab eodem ordinante archiepiscopo et in abbatis gradum benedicente, specialem habet sibi datam V.blis Żabokrzycki per literas formatas potestatem.

Ad 6tam. - Quod idem V.blis Żabokrzycki fructus bonorum mensae ep.palis per aliquot annos in hucusque percipiat et jurisdictione in spiritualibus utatur. — Ita est: quia haec utraque praemissa, triplici iuris titulo legitime exercet: 1mo. In virtute electionis suae in hos Luceoriensem et Ostrogiensem ep.patus ab integro, regulari et saeculari diecaesis Luceoriensis et Ostrogiensis clero et capitulo facta ac praemissa concedentis; 2do. In virtute privilegiorum binorum, unius a serenissimo immortalis memoriae Ioanne 3tio, alterius a serenissimo Augusto 2do, nunc feliciter nobis regnante, regibus Poloniae specialissime iurisdictionem tam in spiritualibus quam temporalibus eidem v. Żabokrzycki in praetactis ep.palibus exercendam permittentium; 3tio. In virtute facultatis sibi super praemissa a V.bli Barlaamo Iasinski, metropolita Kijoviensi disunito, uti directo suo pastore, per literas patentes ad integrum clerum non modo praedictarum eparchiarum utrarumque, verum etiam ad suam metropolitanam jurisdictionem, intra viscera totius regni Poloniae existentem et pertinentem super vicariatum generalem in spiritualibus et temporalibus impertitae, quinimo ex propria sua bonorum terrestrium substantia post app.hensa bona ep.palia penitus varijs calamitatibus temporum devastata et summe subditorum depauperatorum per caristiam frumentorum sexennem, in reparationem eorundem bonorum episcopalium et subsidium subditorum idem V.blis Żabokrzycki distribuendo varia frumenta pro inseminationibus et alimentis providendis, boves et equos pro exercenda fere iam neglecta protunc ob inopiam pauperum colonorum

agricultura, plus quam ad quinquaginta millia florenorum polonicalium, cum praeiudicio et iniuria manifesta liberorum suorum erogavit; nec modum compensandae et rehabendae tantae portionis substantiae, illos naturali jure et ex iustitia post parentis fata concernentis et bonis ijsdem episcopalibus sufficientem adinvenire potest.

Praesentes resolutiones meas diluendo impedimenta, in memoriali Romam ex sola fama de statu meo porrecta, ipsas probaturus authenticis ac deducturus in meliorem fidem manu propria subscribo.

Vladimiriae, ad cathedram ejusdem loci, An. 1702, d. 7ma febr.

Dionisius in Żabokrzyki Żabokrzicki, Archimandr. Owrucen., N.natus ep.pus Luceorien. et Ostrogien.

## 179.

*Mukčaevo, 10. II. 1702.*

*Episcopus Mukačoviensis cuidam Cardinali romano de imprimendo suo libro in utilitatem suae eparchiae Romae, vel in Valachia.*

APF, *Scritt. ri . n. Congregazioni Generali,* vol. 541, f. 333rv.

Eminentissimo Signore.

Mi scuserà V.E. se in tredeci anni, che mi trovo in questo Regno d'Ungaria non gl'ho forse mai scritto, perchè se ben io non mi sia dimenticato di V.E. che mi fu sempre in Roma benevolo Protettore, stimavo però che V.E. di me più non si ricordasse, occupato e distratto da altre cure maggiori, e però non volsi infastidirla con mie lettere. Ma essendo questi giorni capitato qui un mio nepote che studiò nel Collegio Greco, mi disse che V.E. ancor tenghi bona memoria di me, e che volontieri vedrebbe qualche mia lettera; di che la ringratio, e godo che si conservi in bone forze. Io quando stavo in Roma ero più giovane di V.E. ma or chi mi vedesse mi stimarebbe più vecchio, perchè tanti sono stati i travagli, disaggi, e pericoli per le turbulenze del Regno, e per lo scisma, et eresie che regnavano, che mi hanno del tutto incanutito; di presente per la Dio gratia si vive con qualche quiete si per la pace già fatta, come per l'Unione stabilita in questa Diocesi.

Due volte scrissi alla Sac. Congregazione de Propaganda se fosse possibile haver questa gratia, che nella sua stamparia si stampasse un libro da me composto in lingua greca volgare con li testi literali, intitolato *Letioni Dottrinali e Parenetiche per tutte le Domeniche, ed alcune feste dell'anno*, secondo il Rituale Greco, e riuscirebbe poco più grande del Concilio Fiorentino ivi stampato in quarto, e molto fruttuoso per la Natione, che di tali libri in volgare, e ben fondati è molto scarsa; (f. 333v) sopra di

che non hebbi mai risposta, non sò se perche non siano capitate le mie lettere, o perche la stamparia sia in altro occupata, o forse non si trovarebbe persona che sappia perfettamente ambe le lingue greche con l'orthographia gramaticale, e volesse attendere alla corretione della stampa, che senza un buon correttore riuscirebbe piena d'errori. Sò che se lo mandassi alla Valachia vi sarebbero persone atte à questo, e si sono già offerte, e quel Prencipe lo farebbe stampar senza mia spesa; ma essendo quei paesi tutti schismatici probabilmente l'alterarebbero, e poi crederebbe il mondo che provenisse dall'Autore; però havrei più à caro se si stampasse in Roma; e quando fossi accertato, che la S. Congregazione l'ametterebbe, lo porrei in ordine, e cercarei modo di mandarlo. Con che pregando da Dio à V.E. perfetta sanita, e lunga vita, gli bacio la sacra porpora.

Munkacz, 10 Febr. 1702.

Di V.E. obligatissimo servo

Gio. Giuseppe de Camillis, Vescovo di Sebaste e di Munkacz (mp.).

## 180.

*Volodimiria, 9. IV. 1702.*

*Processus canonicus de persona Nominati Luceoriensis D. Zabokryckyj, a Metropolita Kioviensi Leone Slubic-Zalenskyj formatus.*

ARCHIVUM S. SYNODI (PETROPOLI), *Arch. Metropolitarum Kioviensium*, nr. 759.
S.V. KURHANOVYČ, *Dionisij Zabokryckij, ep. Luckij i Ostrožskyj*, Kiev 1914, pp. 339-347, nr. 31.

Processus informativus [94] super vita, moribus, idoneitate caeterisque requisitis, reverendissimi domini patris Dionysij Żabokrzycki ord.s sancti Basilij magni, nominati ep.pi Luceoriensis et Ostrogiensis, archimandritae Ovrucensis. Promovendi ad praesentationem serenissimi regis Poloniae ad ecclesias cathedrales Luceoriensem et Ostrogiensem protunc vacantes. Nec non super statu earundem eclesiarum coram illustrissimo et rev.dissimo D.no D.no Leone Szlubic Zalęski, archiepiscopo metropolitano Kijoviensi, Halicensi et totius Russiae, Włodimiriensi et Brestensi ep.po, Kobrynensi et Czernihovensi archimandrita fabricatus.

In nomine Domini. Amen.

Anno a nativitate eiusdem D.ni N.ri Iesu X.ti 1702, pontificatus

[94] Processus hic est valde imperfectus, etsi secundum normas Sedis Apostolicae factus; posuimus hunc in nostra Collectione ad illustrandum usum in Ecclesia Unita vigentem et notitias de hoc Episcopo colligendas, cuius vita difficilis talibus notitiis non abundat.

autem sanctissimi in Christo Patris D.ni N.ri D.ni Clementis divina providentia Papae XI, anno secundo, die vero nona mensis aprilis.

Coram ill.mo et rend.mo D.no Leone Szlubic Zalęski, Dei et apostolicae sedis gratia archiep.po metropolitano Kijoviensi, Haliciensi et totius Russiae, Włodimiriensi et Brestensi episcopo, comparens personaliter ren.dmus pater D.nus Dionysius Żabokrzycki ord.s divi Basilij magni, nominatus ep.pus Luceoriensis et Ostrogiensis exposuit: qualiter senerinissimus eum praesentaverit pro promotione ad ecclesiam cathedralem Luceoriensem et Ostrogiensem protunc vacantem. Ideoque qua decet reverentia instetit apud D.nem suam ill.mam et ren.dissimam, ut processum inquisitionis super vita et idoneitate sua alijsque requisitis et super statu ecclesiae Luceoriensis et Ostrogiensis formare dignaretur, iuxta sacri concilij Tridentini decreta et constitutiones felicis recordationis Gregorij XIV. Ad hoc ut metropolitanus de omnibus et singulis bene informatus, possit et valeat pro egregia sua prudentia et sapientia iudicare, an expediat dicta promotio et an in promovendo concurrant omnia iuxta sacros canones.

Qui ill.mus et ren.dissimus D.nus metropolitanus supra dictus praedicta admisit, si, et inquantum et petitionem huiusmodi iustam et rationabilem attendens dictum processum confici, iuramenta et depositiones testium per D.nem suam ill.mam ex officio vocandorum et super interrogatorijs solitis examinandorum recipi caeteraque omnia necessaria opportuna fieri et per me notarium et cancellarium infrascriptum rogari ac omnia et singula in publicam formam et in publicum instrumentum sive documentum redigi mandavit.

Interrogatoria ex officio facienda testibus secreto vocandis et examinandis super qualitate et requisitis rend.mi patris D.ni Dionysij Żabokrzycki, nominati ep.pi Luceoriensis et Ostrogiensis, archimandritae Owrucensis ord.s divi Basilij magni.

1mum. An testis cognoscat rend.mum p.rem D.num Dionysium Żabokrzycki ord.s divi Basilij magni, nominatum ep.pum Luceoriensem et Ostrogiensem, archimandritam Owrucensem. Quomodo, a quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, affinis, cognatus, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus?

2dum. An sciat, in qua civitate vel loco, et dioecesi sit natus? et quae sit causa scientiae?

3tium. An sciat eum natum esse ex legitimo matrimonio atque honestis et catholicis parentibus et quae sit causa scientiae?

4tum. An sciat, cuius aetatis sit, praesertim an impleverit annum trigesimum, et quae sit causa scientiae?

5tum. An sciat eum esse in sacris ordinibus constitutum, a quo tempore citra et praesertim ante sex menses, et quae sit causa scientiae?

6tum. An sciat eum esse in ecclesiasticis functionibus diu versatum, in susceptione sacramentorum frequentem et devotum, et quae sit causa scientiae?

7um. An sciat eum semper catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, et quae sit causa scientiae?

8um. An sciat eum praeditum esse innocentia vitae bonisque moribus, et an sit bonae conversationis et famae, et quae sit causa scientiae?

9num. An sciat eum esse virum gravem, prudentem, et usu rerum praestantem, et quae sit causa scientiae?

10um. An sciat eum aliquando gradu in iure canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse, quibus in locis, quanto tempore, et quo fructu ipse theologiae vel iuri canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in ep.po requiritur ad hoc ut possit alios docere, et quae sit causa scientiae?

11um. An sciat eum aliquo munere functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alicuius ecclesiae se exercuisse, et quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quoad prudentiam, integritatem et mores, et quae sit causa sc.tiae?

12um. An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores sive doctrinam vel aliquo corporis, vel animi vitio, atque canonico impedimento teneri, quominus possit ad ep.patum R. Pr. D.nus Dionisius Żabokrzycki promoveri, et quae sit causa scientiae?

13um. An sciat, quod praefatus R.P. D.nus Dionysius Żabokrzycki possideat aliqua beneficia? quaenam sint et quantus singulorum reditus? an obligent ad residentiam, an ea in titulum vel in commendam, an pacifice vel non pacifice possideat? et an possit cedere in alicuius praeiudicium, si eorundem beneficiorum retentio ipsi concederetur, et quae sit causa scientiae.

14um. An eum idoneum existimet ad bene regendas ecclesias Luceoriensem et Ostrogiensem, ad quam ipse est promovendus? an dignum qui ad illas promoveatur et an ipsius promotionem ijsdem ecclesijs utilem et proficuam futuram esse censeat, et quare ita existimet?

* * *

Interrogatoria super statu ecclesiae Luceoriensis et Ostrogiensis.

1mum. An testis sciat, in qua provincia sita sit civitas Luceoria et Ostrogum et cuius qualitatis et magnitudinis sint? quot compleantur do-

mibus, et a quot X.ti fidelibus inhabitentur, cuius Dominio in temporalibus subiacent; et quae sit causa scientiae?

2dum. An sciat, in illa civitate ecclesiam esse cathedralem, sub qua invocatione cuius structurae et qualitatis? an aliqua reparatione indigeat? et quae sit causa scientiae.

3tium. An sciat, quis in illa ecclesia sit numerus presbyterorum et clericorum in divinis inservientium, an praebenda sit theologalis et paenitentiaria, et quae sit causa sc.tiae?

4tum. An in ea cura animarum exerceatur, per quem? et an sit in ea fons baptismatis? et quae sit causa scientiae?

5tum. An habeat sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili, caeterisque rebus ad divinum cultum et etiam ad Pontificalia exercenda necessarijs? Campanille cum campanis, coemeterium, et quae sit causa scientiae?

6tum. An sint in ea corpora vel aliquae S. insignes reliquiae Sanctorum, quomodo asserventur, et quae sit causa scientiae?

7mum. An habeat domum pro ep.pi habitatione, ubi et qualem, quantum distat ab ecclesia, et an reparatione indigeat? et quae sit causa scientiae?

8um. An testis sciat, cui ep.po hae ecclesiae sunt suffraganeae? et quae sit causa scientiae?

9num. An sciat valorem redituum mensae ep.palis, ad quam annuatim summam ascendunt, in quibus consistunt, an sint aliqua pensione onerati, ad cuius favorem dicta pensio est reservata, et quae huius causa scientiae?

10mum. Quot existunt in civitatibus dictis ecclesiae parochiales et an unaquaeque habeat fontem baptismalem? quot collegiatae; quot monasteria virorum et mulierum; quot confraternitates et hospitalia, et an sit mons pietatis, et quae sit huius causa scientiae?

11mum. Quantum sit ampla dioecesis Luceoriensis et Ostrogiensis, quot, et quae loca complectatur, et quae causa scientiae?

12mum. An in ea est Seminarium erectum, quot in ea aluntur pueri, et quae huius causa scientiae?

13tium. An ipsa ecclesia Luceorien. et Ostrogiensis vacet, quomodo, a quo tempore citra, et quae sit causa scientiae?

* * *

Anno 1702 aprilis die 9na Vladimiriae ad cathedram responsoria super qualitate et requisitis ren.dissimi patris D.ni Dionysij Żabokrzycki,

nominati episcopi Luceoriensis et Ostrogiensis, archimandritae Owrucensis, a teste iurato magnifico D.no Alexandro Kossakowski, dapifero Czernihoviensi ad promotionem eiusdem ad ep.patum Luceor ensem et Ostrogiensem.

Ad 1mum R. - A teneris se novisse ren.dum patrem D.num Dionysium Żabokrzycki, cum sit eiusdem palatinatus et districtis cum ren.dmo incola; neque se esse ei consanguineum, affinem, nimium familiarem, inimicum, odiosum.

Ad 2dum R. - Natum esse in palatinatu Volhiniae districtu Luceoriensi, nec dubitat esse baptisatum cum e fidelibus parentibus natus sit.

Ad 3tium R. - Natum esse ex legitimis parentibus, honestis et nobilitate insignibus, ex patre schismatico, matre catholica.

Ad 4tum R. - Excessisse ren.dimum annum iam quadragesimum.

Ad 5tum R. - Initiatum esse sacris ordinibus, a quinque circiter annis.

Ad 6tum R. - In functionibus ecclesiasticis saepius fuisse repertum.

Ad 7mum R. - Siquidem nunc, recenter, a schismate ad unionem accedit, cessit ratio quaestionis.

Ad 8vum R. - Nihil scit in contrarium.

Ad 9num R. - Affirmative.

Ad 10mum R. - Scire se ren.dmum in Accademia Cracoviensi studijs altioribus operam navasse, utrum gradum vero habeat se ignorare.

Ad 11um R. - Functum fuisse administratione ep.patus Luceorien. et Ostrogien. et abbatiae Owrucensis praerogativa insignitum, et bene illa administrasse affirmavit.

Ad 12um R. - Siquidem hucusque fuit in schismate, circa fidem cessat ratio quaestionis; circa impedimenta, habuisse uxorem viduam et contraxisse bigamiam similitudinariam circa quam dicit habere se dispensationem.

Ad 13tium R. - Possidere beneficia ep.patus Luceorien. et Ostrogiensis, ad reliqua dixit se nescire.

Ad 14tum R. - Affirmative.

* * *

Responsoria super statu ecclesiae Luceoriensis et Ostrogien.

Ad 1mum R. - Sitae sunt in palatinatu Volhyniae in districtu Luceoriensi, de caeteris determinari non potest.

Ad 2dum R. - Scit esse ecclesiam cathedralem sub nominatione sancti

Ioannis Evangelistae Luceoriae; Ostrogi vero exstare ecclesiam cathedralem, sed desolatam.

Ad 3tium R. - Scire se de sacerdotibus, et religiosis ad cathedram Luceoriensem manentibus, numerum tamen ignorare.

Ad 4tum R. - Se nescire.

Ad quintum R. - Apparatus ecclesiae Luceoriensis quondam a schismatico ep.po Czetwertynski est Kijoviam evectus, ideoque non habere alium, nisi quod ipse sibi comparaverat, coemeterium, campanile, et caetera exstare.

Ad 6tum R. - Se nescire.

Ad 7mum R. - Residentiam ad Luceoriensem ecclesiam licet exilem habere tamen.

Ad 8vum R. - Esse suffraganeas metropolitano Kijovien.

Ad 9num R. - Negative.

Ad 10mum R. - Esse ecclesias tam Ostrogi, quam Luceoriae plures parochiales religiosorum, virginum, de numero tamen earum sibi non constare.

Ad 11um et 12um R. - Negative.

Ad 13tium R. - Ecclesias illas vacare ab octo circiter annis.

Ita pro veritate deposui ego Alexander Kossakowski, dapifer Czerniehoviensis, die et anno ut supra, manu propria.

* * *

Responsoria super qualitate et requisitis ren.dmi patris D.ni Dionysij Żabokrzycki nominati ep.pi Luceorien. et Ostrogiensis, archimandritae Owrucensis, a teste jurato magnifico D.no Iacobo Bahrynowski, tribuno Owrucensi, notario castren. Kijovien. ad promotionem eiusdem ad ep.patum Luceoriensem et Ostrogiensem.

Ad 1mum R. - A teneris se novisse ren.dmum p.rem D.num Dionysium Żabokrzycki cum sit eiusdem palatinatus et districtus cum rend.mo incola: neque se esse ei consanguineum, affinem, nimium familiarem, inimicum, odiosum.

Ad 2dum R. - Natum esse in palatinatu Volhyniae, districtu Luceoriensi, nec dubitat esse baptisatum cum e fidelibus parentibus natus sit.

Ad 3tium R. - Natum esse ex legitimis parentibus honestis et nobilitate insignibus, ex patre schismatico, matre catholica.

Ad 4tum R. - Excessisse ren.dmum annum iam quadragesimum.

Ad 5tum R. - Iniatiatum esse sacris ordinibus, a quinque circiter annis.

Ad 6tum R. - In functionibus ecclesiasticis saepius fuisse repertum.

Ad 7mum R. - Siquidem nunc recenter a schismate ad unionem accedit, cessit ratio quaestionis.

Ad 8vum R. - Nihil scire in contrarium.

Ad 9num R. - Affirmative.

Ad 10mum R. - Scire se rend.mum in Accademia Cracoviensi studijs altioribus operam navasse; utrum gradum vero habeat se ignorare.

Ad 11mum R. - Functum fuisse administratione ep.patus Luceorien. et Ostrogien. et abbatiae Owrucensis praerogativa insignitum, et bene illa administrasse affirmavit.

Ad 12mum R. - Siquidem hucusque fuit in schismate, circa fidem cessat ratio quaestionis; circa impedimenta, habuisse uxorem viduam et contraxisse bigamiam similitudinariam, circa quam dicit habere se dispensationem.

Ad 13tium R. - Possidere beneficia ep.patus Luceorien. et Ostrogiensis, ad reliqua dixit se nescire.

Ad 14tum R. - Affirmative.

* * *

Responsoria super statu ecclesiae Luceorien. et Ostrogiensis.

Ad 1mum R. - Sitae sunt in palatinatu Volhyniae in districtu Luceoriensi, de caeteris determinari non potest.

Ad 2dum R. - Scit esse ecclesiam cathedralem sub nominatione sancti Ioannis Evangelistae Luceoriae; Ostrogi vero exstare ecclesiam cathedralem, sed desolatam.

Ad 3tium R. - Scire se de sacerdotibus et religiosis ad cathedram Luceoriensem manentibus, numerum tamen ignorare.

Ad 4tum R. - Se nescire.

Ad 5um R. - Apparatus ecclesiae Luceorien. quondam a schismatico ep.po Czetwertynski est Kijoviam evectus, ideoque non habere alium, nisi quod ipse sibi comparaverat, coemeterium, campanile et caetera exstare.

Ad 6tum R. - Se nescire.

Ad 7mum R. - Residentiam ad Luceoriensem ecclesiam licet exilem habere tamen.

Ad 8vum R. - Esse suffraganeas metropolitano Kijoviensi.

Ad 9num R. - Negative.

Ad 10mum R. - Esse ecclesias tam Ostrogi, quam Luceoriae plures

parochiales religiosorum, virginum, de numero tamen earum sibi non constare.

Ad 11mum et 12mum R. - Negative.

Ad 13tium R. - Ecclesias illas vacare ab octo circiter annis.

Ita pro veritate deposui Jacobus in Bahrynowicze BAHRYNOWSKI, tribunus Owrucensis, notarius castr. g.nlis P.tus Kiiovien. Die et anno ut supra mp.

Januarius OHURCEWICZ officialis, rector Włodimiriensis, notarius ad actum mp.

## 181.

*Roma, 25. IV. 1702.*

*Cardinalis Paolucci Nuntio Varsaviensi de erectione in civitate Leopoliensi Seminarii.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 543, f. 403.

Copia di Lettera scritta dal Signor Cardinal Paulucci à Monsig. Nunzio in Polonia, li 25 Aprile 1702.[95]

Oltre lo spaccio trasmessomi da V.S. Ill.ma in data delli 22, m'è stata anche resa la lettera da lei mandatami il giorno susseguente colla notizia delle facilità per l'erezione del Seminario Ruteno di Leopoli, e relativa a quanto sopra ciò scrive alla S. Congregazione di Propaganda Fide. Ha N. Signore ben considerato tutto quello si rappresenta da lei, e commendando ampiamente il zelo, con cui non solo descrive la necessità, ma coopera all'effettuazione di sì buona opera, ha ordinato si mandi la sua lettera alla predetta S. Congregazione, et intendendo dal canto suo contribuire allo stesso fine qualche sussidio, secondo gli permetteranno le correnti angustie de tempi, s'è riserbato farle sopra di ciò sapere colle sequenti la sua positiva risoluzione.

## 182.

*Roma, 28. VII. 1702.*

*Nicolaus Poplawski, Ep. Livoniae de Dionysio Zabokrycki.*

APF, *Scritt. rif. nei Congr.: Mosc., Pol., Rut.*, v. 3, f. 115.

---

[95] Fabritius Paulutius (Paolucci), Foroliviensis, ep. Ferrariensis, Cardinalis in pectore reservatus (1697), declaratus 19.12.1698; a die 3 Decembris 1700 declaratus a secretis Status, Camerarius, Praefectus Congregationum etc. Obiit die 12 Junii 1726; cfr. *Hierarchia catholica*, vol. V, pag. 21.

Ego infrascriptus fidem facio, quomodo post diligentem intra me recollectionem, nulla ratione recordari possim, utrum Dominus Zabokryski in manibus meis aliquando Professionem fidei fecerit. Est quidem verum saepius de hac re discursus factos a Serenissimo olim Rege Joanne III me audivisse in communi; caeterum in particulari de praefata Professione eiusque tempore et loco nihil penitus testari possum. Et ita, etc.

Romae, 28 Iulii 1702.

Nicolaus Popłauski, Episcopus Livoniae et Piltinen.[96]

## 183.

*Roma, 14. IV. 1703.*

*Cardinalis Sacripante cuidam Carmelitano Missionario in Moscoviam, sub dependentia Nuntii Viennensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 123-4.

Copia della Lettera scritta dal Cardinal Sacripante,[97] al Padre Corrado dell'Assunta, Carmelitano Scalzo - Vienna. Roma, 14 Aprile 1703.

Molto Rev.do Padre.

Doppo molti mesi, nè quali non havevo havuta alcuna notitia di V.P., ne sapendo, se haveva ricevute le mie, che le havevo scritto doppo la sua liberatione, me n'è capitata una dè 10 del mese di Marzo da Praga, nella quale mi conferma il suo gran zelo per la propagatione della santa fede, non solo nel tempo della sua schiavitù, in cui gl'era impedito di soccorrere li fedeli, et illuminare gl'Eretici della Svetia, ma anche nel presente stato di libertà, ove anhela d'impiegarsi nuovamente nelle amplissime Missioni di Moscovia. Presentai la sua gratissima à Nostro Signore, che la leggè con molto gradimento, et havendola rimessa alla Sacra Congregazione di Propaganda fide, ha questa considerato il tempo molto (f. 123v) opportuno di poter ella ritornare in quei paesi in occasione dell'Ambasciatore Straordinario, che è in procinto di spedirsi dalla Maestà Cesarea al Serenissimo Czar di Moscovia,[98] haverà quello necessità di condurre

---

[96] Nicolaus Poplawski, Episcopus Livoniae et Piltinensis (1685-1709), dein Archiepiscopus lat. Leopoliensis (1709-1711), qua in Sede obiit.

[97] Josephus Sacripante, Protector Carmelitarum ab an. 1698, unde eius attentio ad sortem Carmelitarum explicatur; Protector Regni Scotiae, et tandem a die 9 Decembris Praefectus de Propaganda Fide usque ad mortem die 4 Ianuarii 1727.

[98] Petrus I, Czar Moscoviae (1682-1725).

sacerdoti per Capellani, Confessori, et altri Ministri Ecclesiastici, tra quali V.P., che ha la notita di quella Corte, e del vivere di quei Popoli, come anche l'amicitia di molti Grandi, potrebbe essere più proficua d'ogn'altro, e nell'istesso tempo havere maggiore, e più pronta commodità d'esercitare il suo Ministero di Missionario Apostolico. Quando ciò segua, potrà ella servirsi dell'annessa Patente subordinata, e dependente, secondo il solito, da Monsignor Nunzio di Vienna, e riceverà similmente acclusa una breve Instruttione, benchè mi figuri, che lei possa haverla (f. 124) più recentemente, et in miglior modo acquistata per il passaggio, e dimora fatta colà in più volte. Si spedirà facilmente un'altro Religioso Carmelitano Calzato di gran capacità, e bontà di vita, zelo, et esperienza con simil Patente, o facoltà; intanto non sapendo, se V.P. all'arrivo di questa sia per essere più in Praga, o portatasi in Vienna, la rimetto à quel Monsignor Nunzio, che favorirà fargliela capitare ovunque ella si trovi. Se havesse qualche cosa da suggerirne, potrebbe farlo con scrivere alla S. Congregatione, e le prego da Dio ogni bene, etc. etc...

## 184.

*Leopoli, 6. II. 1704.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj Card. C. Barberini de modo agendi Patrum Trinitariorum a Redemptione in damnum Ritus Rutheni, pertrahendo iuvenes Ruthenos ad suam Religionem et Ritum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 135-6.

Emin.me et R.me Domine, D.ne, D.ne, et Patrone Col.me.[99]

Cum nihil mihi ita desideratum fuerit, ab ipso Sacro faedere reconciliationis meae cum S. Matre Ecclesia Romana, unica Magistra veritatis, et Regula fidei, quam ut in eandem devotionem erga illam, quam ipse speciali afflatu aurae vivifici Spiritus professus sum, subditum eo quoque mihi rationalem gregem traherem, eliminatoque omni prorsus e cordibus ipsius in Sacrosanctam Sedem Apostolicam livore, sufficerem huic ardentem amorem, constansque obsequium, prout non sine ingenti animi mei voluptate conspicio, ita rem e voto evenisse ut in tanta vastitate Dioecesis, copia ecclesiarum et brevitate spacij, vix ulla iam reperiri possit non

---

[99] Cardinali Carolo Barberini, qui fuit et Praefectus de Prop. Fide (1698-1704); obiit in Urbe 2 Octobris 1704. Ei successit in Decembri Josephus Sacripante, usque ad annum 1727.

modo ecclesia, verum ne dicam anima, non huic religioso cultui obligata, quod in alijs Eparchij; Roxolanis, tot lustris iam annorum in Unione existentibus, necdum effici potuit, ita non sine peculiari motivorum impulsu haec Eminentiae Vestrae significanda duxi, ut quem novi a sacris Maioribus suis haereditasse singularem zelum ac studium ad promovendam Unionem Gentis nostrae Roxolanae, (f. 135v) eidem per communicatam notitiam felicium isthic ipsius progressuum et incrementorum, porrigam novam materiam solaciorum; unicum solum est, quod defacto dolore ac maemore me percellit, recens eventus scandali perpetrati a Religiosis Patribus Trinitarijs de Redemptione Captivorum Incolis huius civitatis, quodque animos populi vehementer perturbavit, dum falsam illam opinionem, in qua e mentibus ipsius eradenda summopere a me desudatum est, Unionem videlicet non esse ullum inventum ad desolandum et vastandum Ritum, sed ad apprehendendam genuinam fidei veritatem, et rectum salutis tramitem, firma in omnibus manente distinctione Rituum, isti boni Patres facto suo iterum quodammodo innovarunt, et comprobarunt, cum aliquot iuvenes ad suam Religionem, et ad mutationem Ritus ausi sunt pellicere, fundando suam coloniam, et nostram depopulando. Nulla habita ratione decreti, editi sub felicis record. Urbano 8vo, inhibentis hujusmodi transitus, quod ob praeallegatum finem, falsae illius apud simplices impressionis abolendae, typis mandavi, per totamque Dioecesim vulgavi. Cuius non modo hi Patres, verum multi etiam alij robur infirmare (f. 136) student, astruentes vim illud iam antiquitate sua deperdidisse. Ad quietandos itaque denuo commotos praesenti temeritatis exemplo populi animos, et ad propulsanda similia in futurum scandala, quod vel maxime in praesentiarum ab Eminentia Vestra rogarem est, ut serium praeceptum detur praedictis Patribus, allegatos iuvenes e sua Religione dimittendi, ad pristinumque suum Ritum relegandi. Nec non ut abhinc deinceps omni meliori modo, praecipue vero per renovationem praedicti Decreti, caveatur, ne ullus ex Ritu nostro praesumat hujusmodi permutationes facere, non modo latinis Ordinum coetibus se adscribendo, verum etiam in saeculo manendo; ad instar decreti, quod recens emanasse inaudivi a praesenti feliciter regnante Sanctissimo in favorem Armenorum. Iniquum enim est, ut ubi tanta invenitur inopia subiectorum, ibi adhuc de rapinis illorum alij ditescere velint. Quam gratiam dum per manus Eminentiae Vestrae expecto, eiusdem Sacrae Purpurae fimbriam devotissime exosculor, et maneo

Eminentissimae et R.vdmae Dominationis Vestrae humillimus servus

Josephus Szumlanski,

Episcopus Leopolien., Halicen. et Camen. Admistr. etc. etc...

Leopoli, die 6 Februarii 1704.

185.

*Mukačevo, 3. III. 1704.*

*Episcopus Mukačoviensis J. De Camillis de suis angustiis et periculis tempore sublevationis hungaricae et de damnis passis petitque ut possit abire ad alias partes et vitam suam in pace concludere.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 548, fol. 51-52v.

Eminentissimi Signori, Patron Colendissimi.

Già sono scorsi 14 anni da che mi trovo più in servitio della S. Chiesa, che nella mia comodità, mentre stando io in luogo sempre agitato dai turbini dell'eresia, dello scisma, della ragione di Stato, e de particolari mal inclinati, non mi fu mai possibile passarla con quiete. Ciò non ostante s'è oprato per la Dio gratia più di quello che si aspettava, perchè l'Unione, ch'era in questi paesi pellegrina, e sol conosciuta di nome nella Polonia, si fece paesana, e distese il suo possesso non solo per tutta la mia diocesi, m'anco in alre convicine, e purgo il rocceto di molti abusi, senza che mai si sentisse tumolto. Le moderne grandi rivolutioni di questo Regno, che già dall'anno passato si rinovarono sotto la condotta del Signore Conte Francesco Rakoczi, ed hebbero principio qui in Munkacz, suo principal Dominio, furono causati dalli publici agravij, dalla ragione di Stato, e da particolari interessi. E perche si sperava che presto havessero da sopirsi, non furono solleciti quei, ai quali spettava di proveder le Piazze delle cose necessarie per longo tempo; dal che avenne, che improvisamente allocate con tal stretezza, che non potendo passare ne dentro ne fuori minima cosa, si ridussero all'estremo. Io mi rifugiai in questa fortezza di Munkacz dal bel principio, e viddi a poco a poco mancar il tutto, prima il vino, poi il fieno, dopo la legna, le carni, il denaro, le cose comestibili, alla fine il pane. Dieci mesi durò l'ablocatione, e da Novembre sino al fine fu la militia pagata col denaro, che venne a me fatto di salvare; si sperava giornalmente (f. 51v) soccorso, ma quando colla speranza mancò il tutto, furono costretti li Sig. Officiali di capitulare, e di render l'altro ieri al suddetto Signore Rakoczi questa inespugnabile Piazza, che per la sua fortezza non hebbero mai ardire i nemici di assalirla; e quante volte si scaramucciò fuori nel Campo, se ben di loro caddero feriti, e morti, de i nostri però non sentij mai che restasse uno. Già dall'estate passata quando il Signore Colonello Montecuculi col suo Regimento pose in fuga li Ribelli, che ci atorniavano, fu sacheggiata tutta la città, e più della metà abrugiata, spogliata la mia casa, e le chiese medesime, depredati tutti i cavalli, bestiami, e quanto restò fuori si del mio, come degl'altri Ungari, che per voler conservare la fedeltà all'Imperatore si ritirassimo

nel Castello; per il che non fa più per me questo paese. Ma mentre nelle Capitulazioni fu concesso, ch'io possa continuare la cura della mia Chiesa, volsi più tosto restare, che partir colla militia. Nulladimeno vedendosi lo stato del Regno sommamente turbato, e credendosi che le armi di Sua Maestà Cesarea non tralasciaranno di far tutte le prove per sottometter il Regno, più presto che star qui tra questi tumulti, e fierezze rinuntiarei ad altro il Vescovato, se dalle Vostre Eminenze havessi l'assenso di passar in altro paese lungi dalle guerre, dove privatamente vivendo potessi quietamente finire la mia vita. Mi trovo ne i 62 anni di età; ho già fatigato a bastanza; sarebbe ormai tempo che sol pensassi al morire. Quando l'Eminenze Loro si degnassero darmi (f. 52) sopra di ciò qualche risposta, la strada migliore sarebbe quella di Polonia, perchè di qui à Vienna sono ocupati li passi, indirizzandola per quel Monsignor Nuntio al Monsignor Giorgio Vinniski, Vescovo Unito di Premislia, il quale essendo nostro confinante, quando gli sarà raccomandata potrà inviarmela con più sicurezza. Con che bacciando riverentemente le sacre porpore, resto

Dell'Eminenze Vostre humil.mo, obedientissimo Servitore

Giovanni Giuseppe de Camillis, Vescovo di Sebaste e di Munkacz.

Munkacz, li 3 Marzo 1704.

(f. 52v) 2 Giugno 1704.

Monsignor de Camillis Vescovo greco di Sebaste, e di Munkacz con lettera delli 3 di Marzo passato rappresenta all'EE.VV. trovarsi in età di 62 anni, e di questi haverne spesi 14 in servizio di S. Chiesa in continue agitazioni, e travagli, rendersegli però difficile il continuare la sua dimora in quelle parti, massime nel presente stato dell'Ungaria, e doppo la caduta di quella Piazza in poter de ribelli, non ostante che nelle capitolazioni della medesima gli sia stato conceduto di poter rimanere alla cura di quella Chiesa. Dice però che quando l'EE.VV. gli permettessero di passare in altro paese, lungi dalle guerre, per vivere privatamente, rinunziarebbe ad altri quel Vescovato. — Die 2 Iunij 1704: Maneat in sua vocatione.

## 186.

*Nona, 10. VII. 1704.*

*Episcopus Nonae M. Dragolio de variis missionariis, de alumnis educandis ex iuvenibus originis schismaticae deque subsidio dato pro monachis monasterii Krechoviensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 548, f. 380rv, 381v.

Emin.mi, e Rev.mi Signori, Signori Padroni Col.mi.

Appoggiata alla mia debolezza la coltura di questa vigna dal Padre Celeste, e S. Sede, che quanto più laboriosa, e numerosa de Scismatici, tanto meno proveduta de operarij evangelici. Unico vi fu il Padre Bonaventura Biloglau de Minori Osservanti destinato per Missionario dall'EE.VV. l'anno 1698, col impiego di Parocco nelli luoghi di Perussich, copiosi de Scismatici, trahendo egli la nascita dalli medesimi, con molto frutto esercitò il suo ministero. Fu chiamato al Convento dal Padre Guardiano di Vissovaz, senza permissione di ritorno al suo ufficio, con danno notabile di quelle anime, ha spedito un altro Religioso in vece sua, di molto inferiore abilità. Supplico humilmente l'EE.VV. per la grazia di confermarlo per altro quinquennio nel ministero evangelico, e che con ubidienza del suo Ministro generale possa nel servitio del Signore impiegarsi in questa diocesi sotto la mia direttione con il solo motivo di bisognoso, e lucroso operario di queste anime.

Quando l'EE.VV. si degnassero graziare, come humilmente prego, d'uno, o due luoghi à Fermo, o Loreto per giovani che traggono origine da scismatici, e stretti nella parentela (f. 380v) la appresso li medesimi i loro genitori, sono tenuti in stima et auttorità, onde riusciranno utili ministri per convertirli.

Non devo passare in silentio appresso l'EE.VV. il successo seguito questi giorni, che presentatisi al Vescovo Bussovich due Religiosi greco-uniti del monastero Crecoviense, Diocese Leopolense in Polonia, per questuare in questa Provincia, quali muniti dalle patenti de loro Abbate, e del Ordinario del loco li raccomandano alla pietà de fedeli Christiani come figli obedienti della S. Sede Romana, li ha negato la questuatione con dichiaratione per esser uniti con catolici romani; da persona zelante avertiti sono ricorsi al mio aiuto, non ho mancato esercitare i dovuti atti di carità, e pietà christiana con accompagnarli, e raccomandarli a tutti i curati della Diocese per loro assistenza, che per fine con riverente ossequio mi protesto, e sono

Di VV.EE. humil.mo, dev.mo et ob.mo Servitore

M. Dragolio, Vescovo di Nona.[100]

Nona, 10 Luglio 1704.

(f. 381v) 18 Agosto 1704.

In tal occasione ragguaglia come capitati colà due Monaci Greci uniti del Monastero Crecoviense, diocesi di Leopoli, per questuare in quella

---

[100] Martinus Dragolius, Episcopus Nonensis in Dalmatia (1703-1708); Spalatensis, nat. 27.10.1655, doctor philosophiae et theologiae; obiit in Decembri 1708.

Provincia colle patenti del loro Abbate e dell'Ordinario, il vescovo scismatico Busovich, dimorante in Provincia, ha loro negata la licenza di questuare per esser cattolici; onde ricorsi dall'Oratore li ha accolti, et assistiti, con raccomandarli al detto effetto a tutti i curati della sua Diocesi.

Sopra poi alla questuatione de Greci v'è un decreto fatto in una Congr. gen. tenuta avanti il Papa, li 4 Feb. 1677, dove si dice: — Ne permittatur graecis cuiuscunque status etc. conditionis etc. paecunias questuare, vel quovis alio modo eleemosynas petere.

## 187.

*Roma, 28. VII. 1704.*

*Praefectus S.C. de P.F. Episcopo Mukačoviensi de Camillis, ne propter angustias et pericula Vicariatum Apostolicum Munkacsiensem deserat.*

APF, *Litt. S. Congr.*, vol. 93, fol. 33v-34.

A Mons. de Camillis, Vescovo greco di Sebaste, Vicario Apostolico in Munkacz, 28 Luglio detto (*1704*).[101]

Con molto riconoscimento ha inteso questa Sacra Congregazione dalle lettere di Vostra Signoria le sue particolari angustie e travagli per le publiche e note calamità di cotesto Regno. Onde molto la compatisce e deside a di vedernela quanto prima coll'accomodamento delle cose liberata. Per altro nelle presenti avversità e pericoli, a' quali è esposto cotesto gregge cattolico, pare più che in altro tempo necessaria la permanenza di Vostra Signoria in coteste parti, e però (fol. 34) questi Em.mi miei Signori non stimano espediente di condescendere alle sue istanze, ne permetterle di lasciare l'impiego e rit rarsi altrove, con abbandonare il gregge da Dio e dalla S. Sede commessole, per la cui salute e conservazione nella santa fede cattolica l'Eminenze Loro paternamente l esortano a voler piuttosto come buon pastore soffrire, occorrendo generosamente ogni più duro e fastidioso cimento, con sicurezza di poter' in tal forma segnalare i suo pastorale zelo, e meritare dalla divina bontà una larga retribuzione di gloria, ed il gradimento di questa Sacra Congregazione e Nostro Signore la p osperi.

---

[101] Epistola Cardinalis C. Barberini, Praefecti de Prop. Fide (1698-1704). Deest in *Litteris S.C. de Prop. Fide*, vol. II.

## 188.

*Leopoli, 28. IV. 1705.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj de calamitatibus suae eparchiae, de morte P. Accorsi et nominatione novi Praefecti Collegii Theatinorum Leopoli in persona P. Stephani Trombetti.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 3, fol. 151rv.

Emin.mi et Rev.mi S.R.E. Principes Sacraeque Congregationis de Propaganda Fide Cardinales, DD. Patroni Collendissimi et Benefactores Munifi ent ssimi.

Eodem tempore quo ad Cathedram meam Leopoliensem, a qua exulari coactus sum ob Belli, et Pestis grassantis in hisce partibus flagellum, revertor, meam humillimam Venerationem, et Obsequia Eminentiis Vestris Rev.mis deferre non desino. Quae hic damna, quas calamitates, quas Patrimonium Christi totusque Clerus meus unitus et precipue haec Cathedra mea Leopoliensis, iam depauperata totaliter, ob gravissimas Contr butiones impositas, passa sit, exprimere calamus non valet. Possum utique nunc dicere cum Propheta, et quidem lacrymis sanguineis: Ad nihilum redactus sum et nescivi. Inter alias tamen, quas ex omni parte iacturas et aerumnas sustinere debui, haec etiam non levis fuit, quae valde animum meum afflixit, et affligit, nimirum obitus Adm. R.P. Sebastiani Accursi, Praefecti Collegij Pontificii,[102] viri sanctissimi quique et in promovenda Sancta Unione, et in zelando animarum salute fuit semper mihi adminiculo, et secundum mentem, et vota mea. Verum cum Divina Bonitas superstitem servaverit Adm. R.P. Stephanum Trombetti,[103] eiusdem socium, et haeredem desideriorum, et bonitatis praedicti Adm. R.P. pie defuncti, valde mihi et negotiis meis pro Sancta Unione necessarium, cui bene nota sunt (f. 151v) omnia, quae acta sunt circa Sanctam Unionem et quae, nisi temporum iniuria obstitisset, adhuc pro illius incremento brevi facienda esse, ideo cum et linguam nostram Polonam caleat, et sit valde amator Gloriae Dei, et salutis animarum, rogo Eminentias Vestras Reverendissimas, ut dignentur ex ipsorum gratia, et benignitate praedictum Adm. R. Patrem in loco pie defuncti P. Praefecti substituere, et ordinare pro Gloria Dei, Sanctae Unionis incremento, et mea etiam consolatione;

---

[102] Sebastianus Accorsi, Theatinus, Praefectus Coll. Armenorum Leopoli (1691-1705).

[103] Stephanus Trombetti, Theatinus, Praefectus Coll. Armenorum Leopoli (1706-1723).

et dum hanc gratiam humiliter efflagito a clementia Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum, venerando profundissime Sacram Purpurae Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum Fimbriam maneo semper

Emin.marum et Rev.marum Paternitatum Vestrarum Benefactorum meorum munificentissimorum devotissimus Servus

Josephus Szumlanski,
Episcopus Leopolien., Halicien. et Camen. etc. etc. Ritus Graeci Unitus.
Leopoli, die 28 Aprilis, 1705 Anno.

189.

*Leopoli, 5. V. 1705.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj iterum instat Congregationi de Prop. Fide pro nominatione P. Stephani Trombetti in Praefectum Collegii Armeni Theatinorum Leopoli, ob eius magnam utilitatem eparchiae suae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 3, fol. 139rv.

Emin.mi et Rev.dmi S.R.E. Ecclesiae Principes, Sacraeque Congregationis de Propaganda Fide Cardinales, Domini, Domini Patroni Colendissimi et Benefactores Amplissimi.

Si iterum hac posta Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum clementiae, et benignitati supplicationes meas cum humillimis meis obsequiis reverenter porrigo, rogo Eminentias Vestras Rev.mas, ut condonare dignentur, quia desiderium quod nutrio habendi hic ex gratia et benignitate Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum in Praefectum ad has Missiones Apostolicas Adm. R.P. Stephanum Trombetti, Lectorem, pro ulteriori Sanctae Unionis incremento, cum quo confidentiam habeo, bene de omnibus circa Sanctam Unionem informatum, et valde mihi necessarium Patrem, sicut antea exposui, ad hanc unicam gratiam iterum efflagitandam me urget. Praeterea cum nudiustertius ad hanc Cathedram meam Leopoliensem magnus uniti Cleri mei totius Dioecesis pro festivitate Sancti Georgij numerus confluxerit (f. 139v) et vota sua ad hunc effectum adiunxerit, non potui ipsi denegare hanc gratiam, quin et eorum omnium desideria, et supplicationes Emin.tiis Vestris Reverendissimis ad finem impetrandi hanc unicam, et eandem summe exoptatam gratiam, reverenter nomine omnium exponerem, cum et ipsi omnes valde praedictum Adm. R.P. ament et optent. Inenarrabilis est infaelicitas et perditio istius Regni nostri nisi Divina bonitas parcat, et flagellum commutet, timemus et quidem brevi nunc valde in istis nostris Russiae partibus inundans diluvium militum devastantium omnia; caeterum dum ad potentissimum patrocinium

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum confugio, humillimo Sacrae earundem purpurae osculo maneo in perpetuum.

Supplico Eminentiis Vestris pro hac unica gratia uti concedere dignentur in praefatum R. Patrem, quia valde est mihi necessarius et clero meo utilis.

Em.tiarum Vestrarum Rev.marum Servus humillimus et Exorator devotissimus

Josephus Szumlanski,

Episcopus Leopolien., Halicien. et Camen. in Podolia Adm.

Leopoli, die 5 Maii 1705.

## 190.

*Leopoli, 24. III. 1706.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj Procuratori PP. Theatinorum de Coadiutore sibi dando et de subsidio assignando, in persona Cyrilli Szumlanskyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 555, fol. 16-17.

Admodum R.de Pater, Domine, Patrone, et Frater Observantissime.

Quo primum tempore intellexi ab A.R.P. Lectore Collegij Pontificij promotionem A.R. Patern. Vestrae ad dignitatem Procuratoris Generalis Missionum sui Ordinis, et propensionem et affectum eiusdem erga dioecesim meam Leopoliensem Unitam, et me ipsum, sicuti non potui non laetari, ita nec desino eidem gratulari cum omni affectu, apprecando omnia fausta et felicia.

Dum ad S. Congregationem de Propaganda Fide humiliter recursum facio, ut possim habere in Coadiutorem A.R.P. Cyrillum Szumlanski, Nepotem meum,[104] et Superiorem in monasterio isto Leopoliensi, et hanc acclusam praesentandam Emin.mo Cardinali Pignatelli,[105] maximo meo Benefac-

---

[104] Cyrillus Szumlanskyj, nepos Josephi Szumlanskyj, Episcopi Leopoliensis, ab anno 1700 Ecclesiae Catholicae uniti; primum postulatus fuit in Coadiutorem Leopoliensem, aetate 36 annorum, vitae religiosae anno 12, iam anno 1704; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, pag. 196-197, nr. 758; anno 1706 iterum postulatus pro eodem officio, sed, promotione non obtenta, anno 1709-10 nominatus fuit Administrator eparchiae Luceoriensis, Dionysio Zabokryckyj in captivitatem moscoviticam ducto; Cyrillus subdidit se protectioni Czari Moscoviae et a Metropolita Kioviensi non unito consecratus est in Episcopum Luceoriensem; sed non agnitus et non obtenta possessione eparchiae, contulit se Kioviam et deinde fungebatur munere episcopi Perejaslaviensis non uniti. Obiit die 30.IX.1724; cfr. *Encyklopedia Powszechna*, vol. 24, pp. 185-186; J. Pelesz, *Geschichte der Union...*, vol. II, p. 328; *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, et *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, nec non *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I-II, secundum *Indices nominum et rerum*.

[105] Franciscus Pignatelli, Nuntius Varsaviensis ann. 1700-1703.

tori, commendo benignitati A.R. Paternitatis Vestrae et eandem pariter exoratam posco, ut eidem Emin.mo necessitates meas exponere non gravetur; non solum quas hic exaro, sed et quas exponet A.R. Paternitati Vestrae praedictus A.R.P. Lector, de meis omnibus negotijs bene informatus.

In isto Regno infelici, flagellato a bello et peste in hac nostra parte Russiae sunt iam tandem devastata totaliter a militibus bona mea omnia, ita ut in dies majores experiar ruinas. Dignetur proinde V. A.R. Paternitas et apud praedictum Emin.mum, cui etiam supplicavi, et apud Sacram Congregationem me, meumque novum Coadjutorem juvare, in istis miseriarum temporibus pro aliquo subsidio.

Ill.mo Praemisliensi, post unionem factam (scribo hoc confidenter), dignata fuit S. Congregatio declarare et assignare aliquos Abbatiales Proventus. Spero ego quoque huiusmodi gratiam impetrare mediante efficacia A.R. Paternitatis Vestrae. (f. 16v) Pro meo autem Coadiutore procuret saltem ad aliquod tempus subsidium aliquod, ut possimus et nos sicut alij gloriari quod vivimus in gratia S. Congregationis, quae per totum mundum summa charitate beneficia sua diffundit. Circa Promotionem mei Coadjutoris, quem totis viribus recommendo, rogo, ut quam primum possibile erit dignetur procurare mediante etiam clementia Eminentissimi Cardinalis Approbationem, Concessionem et Placitum S. Congregationis. Sum enim senex et infirmitatibus gravatus, unde iam tempus quiescendi a laboribus, quos subibit meus novus Coadiutor, ne ullum fiat detrimentum meae Dioecesi. Pluribus non immoror Paternitatem Vestram Admodum R. et dum me remitto informationi praedicti A.R.P. Lectoris maneo interea.

Admodum R.dae Patern. Vestrae

Frater et Servus humillimus et Exor. dev.mus
Josephus Szumlanski, Ep. Leop. et Camen. etc.

Leopoli, 24 Martij 1706.

(f. 17) Supplico V.S. Ill.ma compatirmi se non vengo in persona trovandomi indisposto, suppetendole, che già 4 anni sono, col contento del Re Augusto, fu il P. Cirillo Sumlanscki eletto da cotesta Sac. Congregatione[106] Coadiutore del Zio, e V.S. Ill.ma ne potrà veder il Decreto seguito; onde se così paresse alla sua somma prudenza, se gli potrebbero spedir li dispacci per consolare quel povero vecchio, tanto zelante della cattolica religione.

Devot.mo et oblig.mo servitore
D. Bartolomeo Feuro, C.R.

---

[106] Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, pag. 196-7, nr. 758, die 2.VI.1704. Nota Procuratoris Theatinorum in Urbe, qui etiam negotia Leopoliensia tractabat ratione Collegii Leopoliensis.

## 191.

*Mukačevo, 3. XII. 1706.*

*Vicarius Mukačoviensis J. Hodermarskyj de obitu Ep. Josephi De Camillis et de providendo quam primum novo Episcopo ob pericula imminentia, de loco et circumstantiis funeris Episcopi defuncti.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 558, fol. 148-149.

Eminentissimi et R.ndissimi Domini.

Omnipotenti Dexterae placuit e vivis evocare ad aeternitatem nupernis diebus, nempe 22 Augusti Anno currenti, Ill.mum ac R.ndissimum Dominum Joannem Josephum de Camellis, Episcopum Graeci Ritus Munkacsensem, primum Episcopum vere Unitum,[107] et taliter Grex Christi absque Pastore relicta per me ad Vestras Eminentias et mediantibus illis ad Sanctissimum Dominum nostrum Clementem, tanquam caput Universalis Ecclesiae recurrit, instando humillime, quatenus Sua Sanctitas nos orbatos diu haerere non sinat. Sunt enim nonnulli ex nostris sacerdotibus Neo-Uniti, quos schismatici vicini partim in Marmatia, partim hic in Hungaria volunt ad suos errores pertrahere, et hoc practicant, instigando Populum unitum ne suas ecclesias frequentet, quod Episcopus idiota plus quam 60 nostros Dioecesanos in Presbyteros ordinavit, qui omnes schismatici actu manent administrantque unito Populo Sacramenta, si non possunt publice, privatim. Ex his sunt tres aut quattuor, qui in tam gravem errorem sunt prolapsi, ut suadeant Populo, ne quis etiam in articulo mortis confiteatur aut Viaticum sumat aut baptisetur vel baptisari curet per Unitum in absentia ipsorum, verum illi (:si quis ex ipsorum Asseclis moriatur sine baptismo aut confessione:) accedunt sepulchrum et sic baptisant superfundendo aquam terrae, et absolvunt post (f. 148v) mortem. Et iam in tantum labefacta est Unio Sacra, ut jam sexdecim integri Pagi cum suis sacerdotibus in Comitatu Bihariensi, in Districtu Bereto dicto, non solum ab Unione ad Schisma, verum ad Calvinismum sunt prolapsi, et nupernis diebus Imagines, Cruces, libros, Altaria in unum cumulum congregarunt, et taliter confregerunt, conculcarunt et combusserunt. Eosdem imitari et sectari videntur Valachi ipsis vicini in Comitatu Szathmariensi, qui novam haeresim quodammodo instituunt, dando suis viaticum solam aquam absque ulla particula consecrata aquae imposita, nec quidem ulla peccatorum confessione praemissa, qui tamen Valachi nisi in articulo mortis solent de peccatis poenitere, in vita nihil omnimodo de Confessione aut Communione.

---

[107] Josephus de Camillis; Procurator Basilianorum et Ecclesiae Ruthenae in Urbe (1674-1689), dein nominatus Vicarius Apost. Mukačoviensis (1690-1706). Cfr. de eo plura documenta praesentis voluminis secundum *Indicem nominum et rerum.*

Haec et reliqua mira ab unitis sacerdotibus et saecularibus ex instinctu vicinorum Schismaticorum practicantur, et verendum ne per diuturnitatem sedis vacantis magis et magis errores schismatici in Populo unito invalescant et tandem exstinguatur Unio Sacra a nobis, etiam cum periculo vitae propugnata.

Secundo, magnum scrupulum fecerunt Unitis et Schismaticis praepedimentum quominus amplectantur Unionem R.ndi PP. Ordinis S. Francisci Seraphici strictioris observantiae Conventus Epperiesiensis, dum pie defunctum Episcopum nostrum non permittebant Ritu Graeco in sua ecclesia sepeliri; qui cum fuerit Roma ad nostras partes missus, a Schismaticis et Neo-Unitis quibusdam putabatur fuisse latinus Episcopus; idcirco pro avertenda hac suspicione ego cum Clero Ritus Graeci duxi sepeliri in ecclesia RR.PP. Minoritorum; quod si permisissemus Ritu Latino sepeliri, nullus succedere potuissent Unitorum in Episcopatu Munkacsensi, de quolibet enim ista suspicio fuisset orta. Rogat igitur humillime Clerus quatenus Sacra Congregatio commonefaciat RR.PP. Franciscanos (f. 149) conventus C. Regiaeque Civitatis Epperiesensis, quatenus Nos non impediant in propagatione Sacrae Unionis. Caeterum omnia alto sanctoque judicio Vestrarum Eminentiarum commendamus, manentes semper.

In Hungaria, Munkacsini, in Comitatu Bereghiensi, Anno 1706, die 3 Decembris.

Benignum praestolati responsum Filij obsequiosissimi

Joannes Hodermarszky, Sede vacante Vicarius cum toto Clero (mpr).

## 192.

*Peremyslia, 12. XII. 1706.*

*Ep. G. Wynnyckyj S. Congr. de P.F. petit, ut pro bono Unionis duo alumni Peremyslienses in Collegium Urbanum et unus in Collegium Graecum admittantur.*

APF, *Coll. Greco,* vol. 1, fol. 323-324.
MUH, vol. V, pag. 32-33, nr. 20.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini, Domini mei Clementissimi.

Quae inter tot mala, quorum praesens aetas feracissima est, aegritudo animum meum divexat, ea vel maxime est, quod tam pernecessariarum bono dioecesis meae gratiarum benignissime quondam circa aggregationem ipsius Sanctae Unioni per germanum praedecessorem meum [108] factam ei-

---

[108] Innocentius Wynnyckyj, episcopus Peremysliensis (1680-1700), ab anno 1681 clam unitus Ecclesiae Catholicae, quam unionem simul cum eparchia palam declaravit an. 1692; cfr. plurima documenta praesentis voluminis. Ei successit eius frater Georgius Wynnyckyj, qui dein fuit et Metropolita Kioviensis (1708-1713).

dem oblatarum, non modo potiri non fuerit integrum, verum neque earundem comminisci apud Eminentias Vestras, quod quia sentio magno dispendio illius accidere, ne longiores adhuc trahendo moras in ipsarum comminiscentia ac crescant et augeantur ampliora et graviora detrimenta, decrevi supplex per omnes difficultates et impedimenta temporis recurrere ad sinum clementiae et benignitatis Eminentiarum Vestrarum pro earundem effectu.

Cumque inter alios favores et gratias, quibus pro tunc piae memoriae praedecessorem meum, et in ipso hanc dioecesim prosequi Eminentiis Vestris placuit, censeatur oblatio pro duobus subiectis locorum in inclyto Collegio Eminentiarum Vestrarum, humillime insto, velint me nunc ad ipsius apprehensionem admittere, quae quanto propius me ipsum tanget, eo arctius ad omnia desideria et expectationes, quae ex humili servitute mea provenire possunt, Eminentiae Vestrae obligabunt. Nec enim alios destino mittendos ad usum praefatae gratiae, (fol. 323v) nisi qui sunt os de ossibus meis, et caro de carne mea, eo vel maxime consilio et voto, ut sicut per unum de stirpe et cognatione mea cultus et obedientia erga Sanctam Sedem Apostolicam in hac dioecesi est instauratus, ita non desint unquam in ipsa, qui sedulam operam et virile studium suum in iisdem conservandis et tuendis praebeant, accepta ad id aptitudine et gratia Eminentiarum Vestrarum, si ipsis adyta perfectioris pietatis, puritatis morum et sublimioris literaturae in gremio Urbis aperire voluerint.

Quod si itaque Eminentiis Vestris hisce votis et precibus meis subscribere visum fuerit, ausim sigillatim rogare Eminentias Vestras, quatenus uni saltem ipsorum, dumtaxat nepoti ex fratre meo germano, locum in Collegio Graeco definire velint,[109] ea ratione vel maxime ductus ad id supplicandum ab Eminentiis Vestris, quod optem illi servatam integram libertatem circa electionem futuri sui status; cum enim unus sit de stirpe sua, ac tota spes illius propagandae in ipso sita sit, operae pretium est tali eum inseri collegio, in quo nulla lege teneatur ad amplexum status, qui cum spe domus suae convenire non possit. Qua libertate accepi gaudere Collegium praefatum Graecum. Unde ex hoc motivo prae aliis mihi optabilius est. Alterum vero arbitrio Eminentiarum Vestrarum (fol. 324) hoc in passu subiicio, et hunc sanguinem meum utrumque impuberem, alterum vero in Collegio Sacrae Congregationis de Propaganda collocandum, literis et moribus egregiis formandum, poliendumque. Et sacras purpureasque Eminentiarum Vestrarum oras demississime basians, me ac dioecesim meam clementissimo earum patrocinio instantissime commendo.

---

[109] Agitur de Antonio Wynnyckyj, filio Petri, ann. 13, studuit in Collegio Graeco grammaticae; natus die 1.I.1695.




EPISCOPUS PEREMYSLIENSIS: GEORGIUS WYNNYCKYJ
(1700-1713)

Datum in monasterio Sancti Salvatoris, die 12 Decembris 1706.

Eminentiarum Vestrarum Dominorum meorum Clementissimorum humillimus Servus et Exorator

Georgius Winnicki, Episcopus Premisliensis ritus graeci (m.pr.).

## 193.

*Monast. S. Salvatoris, 12. XII. 1706.*

*Episcopus Peremysliensis G. Wynnyckyj Summo Pontifici de admittendis duobus Alumnis ad Collegia Pontificia Romana in utilitatem Ecclesiae unitae.*

ASV, *Vescovi,* vol. 54, fol. 465rv.

Beatissime Pater.

Cum nihil magis prae me feram in votis meis, quam illam fidem, reverentiam et obedientiam, quam quondam germanus praedecessor meus erga istam Sacrosanctam Sedem Apostolicam, ad quam Sanctitatem Vestram Providentia Divina magno gaudio et emolumento Orbis Christiani sublimavit, non mediocribus conatibus ac etiam impensis suis ex bonis Paternis, cum damnificatione Domus Suae, cui debita ferenda reliquit, erogatis in hanc Dioecesim vastissimam invexit, novis et novis fulcris firmare assidue hinc id fere incessanter animo meo revolvo, ut subiecta aliqua idonea huic muneri e Ritu suo aptare et formare possim, in utroque tam spirituali quam saeculari statu. Ac dum convenientissimum etiam sit, ut unumquodque per quas causas caepit, per easdem continuetur et conservetur; prout praefatum Sacrosanctum Opus ortum habuit e minima domo et cognatione mea, ita eandem prae caeteris omnibus plurimum semper conferre in illius sustentationem optarem.

Delegi proinde in hunc finem duos surculos de gentilitia arbore mea, qui ut eo (fol. 465v) maiora incrementa pietatis, scientiae et quod caput est desideriorum meorum, zeli in propugnando et tutando honore Vicarii in terris Dei throni concipiant, non alibi illos plantandos duxi, quam ad ipsum istorum omnium fontem, in Urbe videlicet, sola Magistra verae religionis et pietatis, supplicando humillime, prostratus ad beatissimas plantas Sanctitatis Vestrae, ut ex singulari benignitate Sua iubeat locum aliquem ipsis designare inter eos quos nutrit et alit munificentissima manus eius, futuris obsequiis Ecclesiae, ut puritate morum, sanctitate vitae et scientiae sublimitate talibus instrui possint, quibus Reipublicae Catholicae plurimum prodesse valeant. Unus ex his Alumnis est meus ex fratre nepos, alter etiam sanguis meus; pro priori in Collegio Graeco erudiendo supplico Sanctitati Vestrae, pro altero in Collegio S. Congregationis de Propaganda

collocando et inter oscula pedum Sanctitatis Vestrae id unice voveo, ut ipsam Deus ter Optimus Maximus sospitem et incolumem diutissime gregi suo universali foveat et servet.

Sanctitatis Vestrae obedientissimus,

Georgius Winnicki, Ep.pus Praemisliensis Ritus Graeci

Datum in Monasterio Sancti Salvatoris, 12 X-bris 1706.

## 194.

*Mukačevo, . . . 1707.*

*Vicarius gen. J. Hodermarskyj cum clero supplicant Card. de Saxonia ut procuret varias indulgentias in favorem diversorum locorum et personarum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 560, fol. 58.

Serenissime ac Eminentissime Princeps, Domine, Domine Clementissime.[110]

Innata et summa propensio Serenitatis Principalis ad clementiam qua suos clientes supereminenter feret, me tam praesumptuosum fecit, ut non contentus Privilegijs mihi benigne a Vestra Serenitate concessis, ulteriores ad me per Vestram Serenitatem apud SS.mum D.N. Clementem Gratias et Facultates petam.

*Et inprimis*: Indulgentias Plenarias fidelibus illis, qui meae Consecrationi, Sacrosanctae Missae cantatae saltem certis festivitatibus et Concioni interfuerint, indulgentias Plenarias dandi certis festivitatibus per 40 horas.

Secundo: Indulgentias pro ecclesijs: 1mo, In Raduanka Pago, pro festo Nativitatis S. Joannis Baptistae, ubi magnus concursus populi singulis annis congregatus fieri solet et frustratur in suis intentionibus, supponendo ibi esse indulgentias; 2do, Pro Festo Assumptionis B.V.M. In... Ternava; 3tio, Pro ecclesia neo-fundata in Pago Rafaioce, ubi multa miracula contigerunt in festo Pentecostes, ubi proxime fundabitur Monasterium Basilianorum; 4to, Pro Monasterij Basilianorum ecclesia in festis SS. Apostolorum Petri et Pauli; 5to, In ijsdem festivitatibusque SS.rum Apostolorum Petri et Pauli, pro ecclesia Pagi Szambron; 6to, Pro festo S. Pantaleonis Martyris, in ecclesia Pagi Kurow, ubi iam Indulgentiae Roma datae decennes cessarunt expirantes tempus suum, uti et in ecclesia Szambronensi, sub numero 5to positae.

---

[110] Agitur de Cardinali Christiano Augusto de Saxonia; germanus, episcopus Iaurinensis (Raab, Györ) in Hungaria ab anno 1696, coadiutor Strigoniensis ab an. 1701, dein Archiepiscopus Strigoniensis ab an. 1707; cardinalis a die 17.V.1706; obiit 22.VIII. 1725. Ut Primas Hungariae curabat etiam negotia Mukačoviensia.

Tertio: Numismatibus sorarijs et candelis a me benedicendis Indulgentias Plenarias pro articulo mortis.

Quarto: Facultatem dispensandi et absolvendi ab Irregularitate sacerdotes bigamos, eos, loco quorum alij ab hac censura liberi substitui non possunt. Praeterea in ordinandis in Bigamia ijs, ex quibus speratur magnum emolumentum Ecclesiae Catholicae.

Quinto: Liberandi animam ex Purgatorio semel aut bis in hebdomada, iuxta meam Intentionem.

Sexto: Siquidem in locis periculosis Praedonibus saepe agitatis, revolutionibus ac incapacitatibus obnoxijs, im... haereticorum et schismaticorum situm Episcopatum habeam, casu quo in defensionem meam propriam sanguinem effunderam, aut effunderem, sim liber ab Irregularitate, pro cuius absolutione si reccurrerem ad Sedem Apostolicam, et per longum tempus a meis officijs cessarem, magnum inde sequeretur ovibus meis detrimentum et scandalum.

Septimo: Plenarias Indulgentias ijs qui mihi confessi fuerint, et in articulo mortis quos ego absolvam. Deinde quando ad infirmum cum Venerabili ibo, ministro et qui comitati fuerint me easdem indulgentias consequantur.

Octavo: Concedendi Indulgentias Plenarias facultatem certis (quae mihi magis ad salutem animarum ovium mearum videbuntur aptae et congruae) festivitatibus. Haec omnia uti Episcopatui meo ad conservandam fidem integram in Ca holicis, et extirpandam haeresim et schisma in dissidentibus adiacentibus, per Vestram Serenitatem Principalem a SS.mo D.N. Clemente maxime necessaria ut obtineam peto obnixe et maneo.

Vestrae Serenitatis Capellanus humillimus

Joannes Hodermarszky, G. Ritus Unitorum Episcopus
Nom. Munkatz (mpr).

## 195.

(*Mukačevo, . . . 1707*).

*Nominatus Mukačoviensis J. Hodermarskyj Card. Christiano de Saxonia de concedendis variis indulgentiis in variis locis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 560, fol. 268.

Serenissime et Eminentissime Princeps.[111]

Exosculatis Serenitatis Vestrae manibus humillime insinuo: Pro salute animarum uberius procuranda, adeoque Dei gloria promovenda necessa-

---

[111] Cfr. notam praecedentem.

rium esse, ut ego indignus Episcopus Munkacsiensis in neo-collato Episcopatu, cum consolatione fidelium compaream, Eminentia Vestra dignetur apud Sanctissimum Dominum nostrum semet interponere, quatenus primo Indulgentiae pro festo Sancti Nicolaj Munkacsinum pro ecclesia Monasterij; 2do, pro festo Sacri Pentecostes pro ecclesia Monasterij Kis Beresna; 3tio, pro festo Gloriosissimae Assumptionis Dominae Nostrae in ecclesia Sasova; 4to, pro festo Nativitatis Beatissimae Matris in ecclesia Orlow; 5to, pro festo Transfigurationis Domini in ecclesia Unghvariensi pijssime, et benignissime tribuantur.

Serenitatis Vestrae humillimus Capellanus

Joannes Hodermarszki, Graeci Ritus Unitorum, nominatus
Episcopus Munkacs (mpr).

## 196.

*Vienna, 1. X. 1707.*

*Cardinalis Christianus Augustus de Saxonia commendat Cardinali Paolucci petitiones Nominati Mukačoviensis de indulgentiis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 560, fol. 261.

Emin.mo, e Reverend.mo Signor mio Oss.mo. Al Signor Cardinal Paolucci.

Sapendo io quanto l'Emin.V. sia inclinata d'interporsi volontieri in favore, et a prò dell'anime fedeli nel Regno d'Ungheria, per questo è, che mi fò lecito d'inviar all'Eminenza Vostra il qui gionto memoriale,[112] presentatomi dal nominato Vescovo di Mongacz unito del Rito Greco, per l'ottenimento di qualche Indulgenza di Nostro Signore; Io mi sono reso tanto più facile intercessore, quanto che detto Vescovato è sottoposto alla mia Giurisdizione Arcivescovale di Strigonia, sperando, che l'Emin.V. non pigliarà per male la libertà, che piglio d'incommodarla con le mie spesse istanze, ma m'assicuro più tosto, che favorirà d'inviarmi, quanto prima ciò sarà possibile, le desiderate Indulgenze, di che mentre restarò obligato infinitamente, le bacio umilissimamente le mani.

Vienna, 1° 8bre 1707.

Di V. Eminenza umil.mo, divot.mo Servitore vero

C.A. Cardinal di Sassonia.

---

[112] Cfr. nr. 194, et nr. 195.

## 197.

*Ex regno Hungariae, 21. X. 1707.*

*Episcopus Luceoriensis D. Zabokryckyj, in exilio degens, Nuntio Varsaviensi de suo miserabilissimo et deplorandissimo statu scribit, ut Sedi Apostolicae referet, laudando etiam operam P. Trombetti.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 561, fol. 251-52.

Excellentissime, Illustrissime, et Reverendissime Domine, Domine, Protector, et Maecenas Gratiosissime.

Tam diuturni silentij mei, et ad hoc usque praesens tempus retardatae, saltem literaliter, Vestrae Excellentissimae, Illustrissimae et Reverendissimae Dominationi demississimae venerationis, quae sit causa, non ambigo Vestram Excellentissimam, Illustrissimam, et Reverendissimam Dominationem aegre mihi id, nec sine admiratione tulisse. Prout quidem, aeque redargutionem et impolitici notam exinde promererer, si per supinum neglectum hanc necterem moram; verum, quoniam iusto Dei Iudicio, pro iniquitatibus meis, arenam maris numero et quantitate superantibus, a praeteriti adhuc 1706 Anni, verno tempore, Moschicis, et Sveticis indesinenter in mea miserrima Persona, Dioecesi, Cathedra, ac Bonis tam Episcopalibus, quam Patronymicis proprijs, idque ad praesentem diem impetor, affligor, et vitae solum restanti, in continuis versanti periculis, quaerendo securiores, quantum fieri potest, tam in Regno Poloniae, quam etiam in confinibus Provincijs latebras, absque minima quiete, vel respirio peregrinari, an potius divagari, et alienum haurire caelum, cantans vacuus coram latrone (quia omni Gazophylacio, Redditibus, et Supellectili paupercula, ternis vicibus regeminatis, per commissarios eorundem exercituum penitus spoliatus) viator, necessitor; erigo spem firmam, quin hanc retardationem, non meae humillimae parvitati, sed impropitio fato, per tam longum tempus mecum severissime colluctanti, Vestra Excellentissima, Illustrissima, et R.ndma Dominatio imputabit, et praesens, cum quo acclivis, plantis Vestrae Excellentissimae, Illustrissimae et R.ndmae Dominationis advolvor, sereno ac favorabilissimo supercilio, non dedignabitur acceptare homagium, non ex nativo licet Regni Poloniae, et meae Patriae Climatis solo, sed ex loco exilij mei infelicis, in Hungariae transmontanis latebris, tanto alacrius, et citius expeditum, quanto securior animus, et lassatae millenis aerumnis, ac afflictionibus corporis seniculi vires, aliquantulum per triduum praesens (in quo hanc attigi Regionem) refocillatae, liberius, quam ante permiserunt, imo urgenter in id stimularunt.

Quod dum reor, in pijssimo Excellentissimae, Illustrissimae, ac R.ndissimae Dominationis Vestrae pectore, admissionem propitiam inventurum,

supplex imo (f. 251v) cernuus, id etiam peculiarissime exposco, ut Excellentissima, Illustrissima, et Reverendissima Dominatio Vestra (cuius pervigili curae, consummatae prudentiae, ac zelosissimo studio, a Sancta Sede Apostolica Oves Christi fideles in Regno Poloniae, et Provincijs annexis commissae sunt, ne per voraces lupos, Ovili Orthodoxo infensissimos, cum Pastoribus suis dissipentur, aut devorentur) cognita et perpensa, ex Religiosissimo Patre Stephano Trombetti, Praefecto Collegij Pontificij Leopoliensis Thaeatinorum, Amico, et Patrono in praesenti afflictione mea observando, Causa eiusdem afflictionis meae, continui vitae discriminis, exilij per longa temporum intervalla, tertia iam nunc vice, de Domo, Cognatione, et Patria causati, ex Gazophylacio, et omni penitus substantia, ac Supellectili paupercula depraedationis, Bonorum Cathedralium, et Patronymicorum meorum in favillam, et ad ultimam irreparabilem ruinam redactionis, aliarumque quas non nisi pro accessu meo ante quadriennium nuperrime, cum Eparchijs meis, Luceoriensi et Ostrogiensi, ad Gremium Sanctae Matris Ecclesiae Universalis Romanae, constantissimo, Dei suffragante gratia, perpetior animo, pressurarum mearum innumerabilium adeo praegravantium, ut in ultima existens pauperie, non solum Episcopali, ac etiam Presbyterali vel vilissimo sacro vestitu, et libris longam antiquitatem in se continentibus, spoliatus sim, quinimo offam quoque panis pro me, et Familia Religiosa Cathedrali emendicare, aut fame extrema, et amictus defectu attritus vitam exhalare cogar. Ea omnia Sanctae Sedi Apostolicae, et Sacrae Rituum Congregationi exponere, suamque pro officio sui muneris (quo in Regno Poloniae fungitur) zelo ardentissimo, et pijssima in me miserum compassione, efficacem per evincendas a Magnificis Senatoribus Regni, et Magni Ducatus Lithuaniae, Spiritualis et Saecularis Ordinis, praesertim confidentia et favoribus apud Magnum Ducem Moschoviae plenis, instantias, eundem magnum mihi reconciliare Diploma, securi ex praesenti exilio meo infelici regressus, ac ulterioris cum Dioecesanis meis omnibus quietis, tum restitutionis in integro ablatae, et inter (f. 252) Legiones Exercitus Moschovitici dispartitae supellectilis Cathedralis, damnorumque illatorum refusionis, impetrare, ac opem et adiutorium omne, pro possibili, in tanto meo infortunio, quantocius ferre non dedignetur. Remunerabitur haec studia, et curam solicitam pro me pauperculo, et pro Ovibus Christi, cum integro mearum Dioecesum Ovili, Sanctae Sedis Apostolicae obedientia, per me indignum in Vinea Domini Operatorem, subditis impendendum, Vestrae Excellentissimae, Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationi, summus omnium bonorum Retributor Deus, longaevis in terra viventium annis, et post sera dierum transactorum fata, immarcescenti in coelo corona: quae ut eveniant per Dei gratiam, supplicia ad ultima funera mea fundere vota ad Superos non intermittam; in praesentiarum vero uberrimis hanc paginam

irrigando lacrymis, Fimbriam Vestrae Excellentissimae, Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationis corde pleno basians, profiteor quod sim

Vestrae Excellentissimae, Illustrissimae, ac Reverendissimae Dominationis, Domini, et Protectoris mei Gratiosissimi indignus Exorator et humillimus Cliens

Dionysius Zabokrzycki, Episcopus Luceorien. et Ostrog.
Ritus Graeci Uniti.

Ex Regno Hungariae, die 21 8bris 1707 Anno.

## 198.

*Ex regno Hungariae, 21. X. 1707.*

*Episcopus Luceoriensis D. Zabokryckyj, exsul patria et eparchia, Congregationi de Prop. Fide exponit suum miserabilem statum et enarrat persecutiones et pericula petitque protectionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 561, fol. 254.

Eminentissimi, Reverendissimi Principes, Domini, et Protectores Gratiosissimi.

Quemadmodum toti id Christiano manifeste constat Orbi, quod non solum propagandae, et in sarto conservandae Sanctae Orthodoxae Fidei, verum etiam afflictis, et persecutionem pro eadem tollerantibus ferendae opis, ac protectionis, Eminentijs Vestris Reverendissimis incumbat, et sit supremae curae ratio; ita dum et ego Indignus, et Infelicissimus in Vinea Christi Operarius, iusto Dei Iudicio pro iniquitatibus meis, arenam maris numero et quantitate superantibus, a praeteriti adhuc 1706 anni, verno tempore, Moschicis et Sveticis indesinenter, in mea miserrima Persona, Dioecesi, Cathedra, ac Bonis tam Episcopalibus, quam Patronymicis proprijs, usque ad praesentem diem impetor, affligor, et vitae solum restanti, in continuis versanti periculis, quaerendo securiorem, quantum fieri potest, tam in Regno Poloniae, quam etiam in confinibus Provincijs latebram absque minima quiete, vel respirio peregrinari, an potius divagari, et alienum haurire caelum, cantans vacuus coram Latrone viator (quia omni Gazophylacio, Redditibus, supellectili paupercula, ternis vicibus regeminatis, per immissarios eorundem exercituum penitus spoliatus, et extorris factus) necessitor; erigo spem indubiam, quam Eminentiae Vestrae Domini, et Protectores mei Gratiosissimi, miserti tam iniquissimae sortis meae (quam per praesentes humillime pedibus Eminentiarum Vestrarum me advolvor, non sine uberrimis, atque indesinenter exundantibus lacrymis, et ipse defero, et luculentius per Religiosissimum Patrem Stephanum Trombetti, Collegij Pon-

tificij Leopoliensis Theatinorum Praefectum,[113] Amicum, et in praesenti mea tribulatione singularem Patronum meum, exponendam curavi) perpensa causa, et integro negotio, huius tam arduae infelicitatis meae, continui vitae discriminis, exilij, per longa temporum intervalla, tertia iam nunc vice, de Domo, et Patria causati, ex Gazophylacio, et omni penitus substantia ac supellectili paupercula depraedationis, Bonorum Cathedralium, et Patronymicorum meorum in favillam, et ad ultimam irreparabilem ruinam redactionis, aliorumque quod non nisi pro accessu meo ante quadriennium nuperrime cum Eparchijs meis Luceoriensi, Ostrogiensi, ad Gremium Sanctae Matris Ecclesiae Universalis Romanae, constantissimo, Dei suffragante gratia, perpetior animo, pressurarum mearum innumerabilium, adeo praegravantium, ut in ultima existens pauperie, non solum Episcopali, ac etiam Presbyterali, vel vilissimo sacro vestitu, et libris, longam antiquitatem in se continentibus, spoliatus sim, quinimo offam quoque panis pro me et Familia Religiosa Cathedrali mendicare, aut fame extrema, et amictus defectu attritus, vitam exhalare cogar. Praemissa omnia (f. 248v) Sedi Apostolicae manifestare, ut sua authoritate interposita, pro solito ardentissimo zelo, ac pijssima in me miserum compassione, efficacia ad reconciliandum Magnum Ducem Moschoviae porrigere quantocius media, Diploma apud eundem, securi ex praesenti exilio meo infelici regressus, ac ulterioris cum Dioecesanis meis omnibus quietis, tum restitutionis in integro ablatae, et inter legiones exercitus Moschovitici dispartitae supellectilis Cathedralis, damnorumque illatorum refusionis obtinere, ac opem et adiutorium omne, pro possibili, in tanto infortunio meo ferre, Paterna sua Gratia dignabuntur. Quod dum ab Eminentijs Vestris, Dominis ac Protectoribus meis Gratiosissimis, demississime per hanc supplicem et lacrymosam exposco Literam, copiosam retributionem a Deo Ter Optimo, Maximo, pro tanto beneficio mihi, ac Paterni affectus documento praestando, reportaturas non ambigo, measque indignas orationes pro incolumitate Eminentiarum Vestrarum pro semper, ad ultima vitae meae funera obligando, profiteor quod sim

Eminentissimarum, Reverendissimarum Dominationum Vestrarum indignus, continuus Exorator et obsequentissimus ac demississimus Cliens

Dionysius Zabokrzycki, Episcopus Luceorien. et Ostrogen.
Ritus Graeci Uniti.

Ex Regno Hungariae, die 21. 8bris 1707 Anno.

---

[113] Stephanus Trombetti, theatinus; lector et dein Praefectus Pontif. Collegii Theatinorum Leopoli (1706-1723). Hic erat quasi Procurator negotiorum Leopoliensium et Peremysliensium. Cfr. de eo *Indicem nominum et rerum* praesentis voluminis et *Acta* et *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. I et II.

(f. 255v) Monsignor Dionisio, Vescovo Ruteno Unito di Luceoria, con lettera delli 21 di Ottobre passato espone, come pure in altra simile alla Segretaria di Stato, d'aver patito grandissimi danni dalli eserciti Svedesi, e Moscoviti, con la perdita di quanto aveva tanto lui, quanto la sua Chiesa, con essere stato anco esiliato. Supplica perciò delli offitij, et interpositione della S. Sede appresso il Czar di Moscovia, per ottenere da esso il ritorno dall'esilio alla sua residenza, la restitutione in integrum di tutti i suoi Beni, e delle Sac. Suppelletili della sua Chiesa, spartite, e divise tra quei soldati, con la refettione de' danni patiti.

Die 23 Januarij 1708:

Procurentur officia per D. Internuntium Viennae, et Nuncium Poloniae, et Cardinalem Saxoniae; et cum SS.mo. Sanctitas Sua mandavit per me, Secretarium, alloqui Ulissem Vincenti, prout de ordine Sanctitatis Suae feci, et dixit se scripturum Principibus de Kurakin, et de Menzikov.

S. de Cavalerijs, Secretarius.

## 199.

*Leopoli, 12. XI. 1707.*

*Excerptum ex testamento J. Szumlanskyj, Ep. Leopoliensis, de ecclesia et fundatione Krylosensi in favorem Religiosorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 3, fol. 18.

Punctum excerptum ex originali Testamento Ill.mi olim Josephi Szumlanski, Episcopi Leopoliensis, Haliciensis, et Camenecensis, condito A° D.ni 1707, die 12 nov.ris, in Cathedra S. Georgii Leopoliensis, et ab eodem subscripto; ex Polonico mixto Latino idiomate in Latinum transportatum, tenoris sequentis:

« Ecclesiam Cathedralem Kryloscensem Haliciensem, de ruderibus cura mea erectam, desiderabam adhuc convenientibus ditare, et dotare ex substantia mea splendoribus, sed quoniam ad hoc perventum non est, si D. Deus concedet mihi ulteriorem vitam, habebo hoc in voto. Penes quam ecclesiam, in augmentum gloriae Divinae, ex tenuitate fortunae meae quatuor Religiosis, ut hi assidue devotionibus attenderent, Maiestatem Divinam pro peccatis meis exorent, fundavi decem millia in villa mea hereditaria Komorovo, in terra Haliciae sita, officiose, modo reemptitio cum admissa intromissione, et actuali possessione inscripsi, prout eadem inscriptio edisserit, in caemeterio ipsis a parte mansionem edificavi, et iam actualiter illos in praesentia mei introduxi, bona praedicta in possessionem dedi, et ut id

in meliori ordine, etiam post fata mea, in perpetuum remaneat, distincta fundatione circumscripsi, et eosdem Religiosos obligavi. Hoc totum et praesenti dispositione approbo, et omni meliori modo ratifico. Non alienando tamen saeculares quoque penes eandem ecclesiam Kryloscenam ibidem permanentes Spirituales, qui ad Parochiam, Religiosi autem ad singulam tantum devotionem pro anima mea tenebuntur, qui ut a Superiore sufficientiam victus et amictus habeant serio praecaveo, et moneo.

Habens prae oculis antiquae erectionis monasterioli Krylosceni sub titulo S. Eliae siti, in qua nihil vetustius videtur, desolationem, ut talis antiquitas ulteriori non subiaceat ruinae, praeparare incepi, et iam in potiori parte reparavi; sin autem adversa fata finire hanc reparationem me impedirent, sexcentos florenos pro ea assigno, qui ut post fata mea eidem monasterio quantocitius enumerentur volo, et in eo Dominorum executorum, et successorum meorum conscientias obstringo ». Actum in Cathedra S. Georgii Leopoliensis, (fol. 18v) die 15 Nov.bris 1707 A°. — Josephus Szumlanski, E.pus Leopoliensis, Haliciensis, et Camenecensis Podol., Administrator Metropoliae, Kryloscen. Archimandrita in Regno... (p.ra manu).
L.S. - Sequuntur Testes.

(L.S.) Ego infrascriptus supra descriptum excerptum Testamenti cum originali authentico per me visum, lectum, et collationatum de verbo ad verbum concordare attestor, et in fidem publicam praemissorum ea, cum impressione Sigilli Notariatus mei publici, subscribo.

Basilius Ilaszewicz, Publicus Sacra Auctoritate Apostolica
Notarius Dioecesis Leopoliensis, manu propria.

## 200.

*Olomouc, 7. III. 1708.*

*Ex litteris Archidiaconi Chr. Szembek de rebus tristissimis Poloniae et Unionis temporibus Czari Petri I Moscoviae, de causa Episcopi Luceoriensis, D. Zabokryckyj eiusque securitate et miseria.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 3, fol. 209-210v.

Capitoli di Lettera ad Ulisse Vincenti di Monsignor Christoforo Szembek, Arcidiacono di Pomerania,[114] sotto i sette di Marzo 1708, da Olmutz, in risposta di quanto il Vicenti scrisse d'ordine della Sagra Congregazione de Propaganda.

[114] Christophorus Szembek, dein episcopus Chelmensis (1712-1718), Peremysliensis (1718-1724), et dein Archiepiscopus Gnesnensis (1738-1748).

Monsignor Vescovo del Rito Greco di Luceoria sa bene, quanto si è fatto per lui, ed ha ringraziato Sua Altezza Monsignor Primate per quello che ha fatto. Se poi non ha havuta tutta la sodisfattione, che meritava per quelli suoi danni, in questo bisogno, che si consoli con la simile ed ancor più grande disgrazia degl'altri Signori. Signor Vincenti mio, non si puol spiegare quanta era la furia dei Tartari, Calmuchi, e Cosachi quando il Re di Svezia fece quei patti con la Svezia. E se Sua Altezza non rimediava con la sua venuta nelle Parti di Russia, e con Editto publico per il Gran Conseglio di Leopoli, forse tutta la Polonia non sarebbe rimasta in quel stato, come adesso, ma in peggiore. L'Unione fatta dei Greci sarebbe tornata al suo Scisma, e la metà della Gente sarebbe stata mandata ad empire li Paesi deserti di Sibiria, Dominio di Moscovia, come fu fatto con quelli di Luceoria. Ci voleva assai per fermare (f. 209v) quel furore dei Moscoviti, ma sia lodato Dio, che con quella risoluzione di S.A., e con quella representazione della Maestà della Republica nel Gran Conseglio si riferì tutto, ed il Czar restò persuaso, che non Polonia, ma il Re haveva mancato alla parola data a lui.

Subito fu accordato il modo di giudicare l'esorbitanza dell'una, e l'altra Parte, e furono deputati Giudici, tanto Polacchi, come Moscoviti. In quel giudizio ogn'uno cercava la giustizia: molti sono stati consolati, ed ancor per dir la verità molti restarono senz'haver havuto la sentenza. Del resto quanto dipendeva dal canto di S.A. non si è lasciato niente non solo per servizio di Monsignor di Luceoria, ma ancor di tutti. Non crederebbe nessuno le operazioni, e li discorsi fatti per queste esorbitanze, non solo con i Ministri, ma anche col medesimo Czar. Questo buon Principe si affliggeva assai per questi disordini, e dava ordini buonissimi: ma questa era la disgrazia, che quelli ordini (f. 210) fin tanto erano buoni, ed efficaci, quanto erano freschi. Gl'Officiali tedeschi, Eretici, rovinavano tutto, e poi trovavano mille pretesti di far male, e di scusarsi bene. Noi medesimi quanto habbiamo patito? In poche parole la Guerra è una cosa cattiva.

Quanto poi alla sicurtà del detto Monsignore di Luceoria, Greco, lui poteva essere sicuro, se non temeva; così si diceva di Monsignor Sumlaschi, Vescovo Greco di Leopoli: quanta paura hebbe questo vecchio per amor dell'Unione? Alla fine con grandissima difficoltà si lasciò persuadere, che non temesse, e venisse per inchinarsi a Sua Maestà Czarea, e quando lo fece restò sodisfatto, perche quando volse bagiar le mani a Sua Maestà, Sua Maestà non lo permise, ma bensì ella medesima bagiò le mani del Vescovo.

Il Signor Trombetti, Teatino, Prefetto degl'Armeni,[115] sa quanto si faceva, e spesso mi ricordava questo Monsignor di Luceoria. Lui puol fare il

---

[115] Cfr. notam 113.

testimonio, se non si faceva tutto quello, che si poteva, et adesso S.A. farà quello, che potrà, (f. 210v) e per togliergli ogni timore se gli procureranno i salvicondotti.

I Ministri di Sua Maestà Czarea danno l'avviso a S.A. che Monsignor di Leopoli [116] già è arrivato a Minscko in Lituania: Laus Deo, che si pone in libertà questo Prelato, come noi con tante fatiche habbiamo procurato.

## 201.

*Valkowar, 10. III. 1708.*

*Vicarius generalis Sirmiensis de sua regione eiusque necessitatibus, praesertim de penuria Cleri, de Alumnis aliisque rebus. Littera illustrat statum regionis ubi et Rutheni vivebant.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 562, fol. 366rv.

Em.mi, e Rev.mi Prencipi Signori, Signori Padroni Colendissimi.

Con tutta humiltà, e devotione mi rapresento al sacro consesso delle lor Eminenze, Clementissimi Prencipi, per dar un atestato delle mie infinite obligationi, con quali eternamente io devo tributar la gran felicità della pijssima, e Paterna Protettione, con cui l'Eminenze Vostre risguardano tutto il mondo fedele, e particolarmente me indegnissimo servo, e questa Christianità del Sirmio; [117] la quale unicamente è consolata nelli affari spirituali dalla paterna sollicitudine di Vostre Eminenze, per corisponder alla quale, secondo l'obbligo del mio giuramento, giorno e notte ne sto alla veglia come il più esperto del di lei miserabil stato, e perciò nel pericolo di danarsi eternamente, e la raggione s'è perchè la più parte d'essa è nata sotto il perfido giogo del Turco; hora poi allevata tra pessimi costumi de Schismatici, e le sfrenatezze di tante calamitose guerre, sprovista di zelosi Parochi, quali s'incaminassero nella strada della salute eterna. A tal fine ho, e tuttavia vò stabilendo le Scuole nei luoghi più principali delle Terre, e Castelli per

---

[116] Forsan agitur de Archiepiscopo Leopoliensi Latinorum tunc temporis, Constantino Zielinski (1699-1709).

[117] Eparchia Sirmiensis in Croatia, erat in dominio Austro-Hungariae, et multum devastata fuit sub tyrannide turcarum; hoc anno episcopus Sirmiensis erat Josephus Antonius Maria Favini, O.F.M. Conv. (1703-1717); iam tunc agebatur de quodam coadiutore, sed Petrus Bakich, propositus ab Aula Viennensi non fuit confirmatus; in hac regione cura animarum exercebatur a Patribus O.F.M. Obs. Noster Vicarius Generalis promotus fuit ad sedem Bellogradensem iam 26.I.1709 pro « ecclesiis Hungariae sub dominio turcarum proprio pastore viduatis »; obiit 19.I.1720. Cfr. *Hierarchia Catholica*, vol. V, pag. 117.

instruire la Gioventù nelli Dogmi principali della S. Fede e se sarò promosso dalle loro Eminenze ad una delle due Chiese di Belgrado, o Sirmio, mi porterò alla Maestà di Cesare, dal quale, si come fui benignamente provisto d'un commodo viatico nel ritorno mio da Roma (f. 366v) al Sirmio, così spero nella bontà di dover ottener alcuni luoghi, e Ville per la Residenza Vescovale, mentre la Chiesa ho incominciato l'anno passato a fare, e dentro questa S. Quaresima sarà ultimata, con apresso un Seminario, dal quale possan uscire dotti, ed esemplari sacerdoti, per custodia di questo abandonato gregge; per aiutar il quale, son costretto di ricorrer alle Eminenze Vostre, acciò si degnino di rispedirmi Mattia Cragliae, Alunno di Fermo, in luogo del quale, come anche quello della Samandria in Loreto, o altrove supplico la fervidissima carità delle lor Eminenze a commandarmi, che invij altri due Chierici di ottima indole, i quali à tal fine, o per le estreme necessità di questa Christianità, io alimento presso di me. Con che, bramosissimo d'adempir i comandi impostimi dalle lor Eminenze, resto bacciandole l'estremità delle Sacre Porpore.

Walkovar, 10 Marzo 1708.

Delle Loro Eminenze humilissimo, devot.mo ed oblig.mo Servo

Luca Natale, Vicario Generale di Sirmio.

## 202.

*Vienna, 24. III. 1708.*

*Josephus, Episcopus Sirmiensis Congreg. de Prop. Fide enarrat suas difficultates et pericula et ponitur hic ad illustrandam hanc regionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 562, fol. 367.

Emin.mi, e Rev.mi Signori, Signori Padroni Col.mi.

Secondo l'ordine dell'Eminenze VV., nè giorni più fieri dell'anno, che anco fanno peggiori le per altro quasi impratticabili strade, per le quali ho corsi diversi pericoli, con cascate et è mancato un mezzo quarto d'ora d'andare per lo meno di ricatto in mano à rebelli, che ancor tengono invasi questi confini con rubbarie, incendij de villagi, e dar morte à chi atrappano; finalmente li 21 corrente gionsi qui, ben sodisfatto d'havere ubbedito all'ingiontomi, e presentatomi al Signor Auditore di questa Nunziatura Apostolica, ho protestato la mia profonda rassegnazione verso la S. Sede. Umiglio questa notizia all'Eminenze VV., e mi dichiaro prontissimo ad ubbedirle ulteriormente, come quì usarò ogni sforzo per conseguire l'assegna-

mento per vivere, e procurarò d'insinuare tutto il vantaggio per la S. Sede, protestandomi il più religioso verso di essa, e col bacio delle S. Vesti

Delle Eminenze VV. Rev.me umil.mo, osseq.mo et obb.mo Serv.

F. Gioseppe, Vescovo del Sirmio.[118]

Vienna, 24 Marzo 1708.

(f. 368) Gli Originali, che mancano, furono trasportati nella Congregazione delli 4 Aprile 1718, in tempo, che fu trattato delle chiese di Belgrado, e Samandria.

## 203.

*Karnkow, 16. IV. 1708.*

*Episcopus Chelmensis latinus Congregationi de Prop. Fide de quibusdam iniuriis Ruthenis factis respondet et explicat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni,* vol. 3, fol. 224rv.

Eminentissime, Reverendissime Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Literas Eminentiae Vestrae nomine Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ad me directas, in causa et laesionibus Cleri Ritus Graeci Uniti, non magis manibus, quam corde recepi, ibidemque requisita Eminentiae Vestrae, et Sacrae Congregationis ad fidelem executionem reposui. Non miretur Sacra Congregatio his iniquissimis temporibus, pro licentia incolarum, Clerum Ritus Graeci Uniti aliquando opprimi; siquidem idem impetus in Ecclesiam Romanam, quam ipsi profitentur, saepius experitur, et nisi loci ordinariorum solicitudo et cura eum pro posse refringeret, plurimae inconvenientiae inter populum Catholicum nascerentur.

(f. 224v) Quoties tamen aliqua ex iniuriis, Sacrae Congregationi delatis, ad notitiam meam perveniet, absque mora solicitudine Pastorali, et omni possibili conatu eam amovere, vindicare non intermittam, ut Apostolicae solicitudini, et meae obligationi ex asse respondeam. Me interim Protectioni Emin.V. cum submississima veneratione recommendo.

Eminentissimae, Rever.dmae D.nis Vestrae devot.mus, oblig.mus et humil.mus Servus

C. Episcopus Chelmensis[119]

In Karncow, 16 Aprilis 1708.

---

[118] Josephus Antonius Maria Favini, O.F.M. Obs., Episcopus Sirmiensis ann. 1703-1718. Cfr. notam praecedentem, nec non et epistolam Vicarii Generalis Lucae Natale.

[119] Casimirus Lubienski, Episcopus Chelmensis Latinorum (1705-1711).

## 204.

*In monasterio Tinecensi, 20. IV. 1708.*

*Episcopus Vladislaviensis C. Szaniawski respondet Congregationi de Prop. Fide de lamentatis iniuriis Clero Rutheno illatis datque explicationem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Polonia*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 226rv.

Eminentissimi ac R.ndmi Domini, Domini, Patroni Colendissimi.

Cum mandata quaevis S. Sedis Apostolicae semper pro lege mihi sint, ideo tam sanctam tamque salutarem Sacrae Congregationis Eminentiarum Vestrarum sollicitudinem circa asserendam Cleri Graeco-Uniti libertatem non adimplere piaculum foret. Et quamvis certum est nullas Graecas in Dioecesi mea Vladislaviensi existere ecclesias, injurias tamen Clero huic misero graves a Saecularibus in alijs Dioecesibus intra Poloniam et Lithuaniam inferri, plus quam notorium. Quas pressuras sicut prius ante omnem Sacrae Congregationis Eminentiarum Vestrarum requisitionem iam proprio motu pro posse meo avertere curaverim, non modicum ijsdem Sacerdotibus praestando auxilium, dum in gravi aliquoties versarentur periculo, ita nunc magis particularibus Eminentiarum Vestrarum excitatus mandatis, ut ad generalem, qua Clerus (f. 226v) latinus in hoc Regno gaudet, perveniat immunitatis ecclesiasticae praerogativam, totis viribus publice et privatim contendam, quatenus et Sacrae Congregationis Eminentiarum Vestrarum pijssimis desiderijs, et meae obligationi respondeam. Interea nutibus Eminentiarum Vestrarum promptitudinem servitiorum meorum pro semper offerendo, Sacras earundem Purpuras profundissimo veneror osculo, simulque maneo

Eminentiarum Vestrarum devotissimus, obseq.mus ac hum.mus Ser.

Constantinus Szaniawski, Ep. Vladislav.

In Monasterio Tinecensi, die 20 Aprilis 1708.

## 205.

*Vratislavia, 23. IV. 1708.*

*Episcopus Peremysliensis latinus Congreg. de Prop. Fide respondet de immunitate Cleri Rutheni et de iniuriis aliquando obventis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 562, fol. 590-591.

Emin.me et Rev.me Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Mandato Sacrae Congregationis pro manutenendis immunitatibus Cleri saecularis Rutheni S.R.E. uniti omnem debitam exsolvo reverentiam, cui

exequendo nullum intermittam studium, cum requisitus fuero a Domino Episcopo Rutheno, qui hucusque de simili sacerdotum suorum gravamine nunquam mihi conquestus est, multo minus meam in hoc operam compellavit, quam sine dubio in causa adeo iusta libentissime impendissem. Quocirca ne ad Sacram Congregationem, nescio qua de causa et quo authore, delata, liceat mihi pro munere officij mei, ac pro zelo propagandae sanctae fidei insinuare quaedam, quae ad effectum recte stabiliendae immunitatis (f. 590v) sacerdotum Ruthenorum congrua ac necessaria iudico et ad consequendum finem, quatenus character sacerdotalis apud saeculares laicos in respectu habeatur, scilicet ne Domini Episcopi Rutheni sacerdotes suos ab aratro ad altare accipiant, sicut passim fieri solet, ut ijsdem familiaritatem rusticorum tum et labores agrestes inhibeant, ut personas cultiores et saltem aliquibus scientiae rudimentis imbutas ad Ordines ac beneficia promoveant, ut haereditatem filiorum post patres in beneficijs abrogent, ne demum ipsi Domini Episcopi sacerdotes suos serviliter tractent, neque apellationes ad Sacram Nunciaturam a suo tribunali ijsdem impediant. Quae tantummodo hic obiter tacta, Sacrae Congregationi suggerenda putavi, cum propter motus Regni Poloniae et probata iam (f. 591) multoties pericula a dioecesi mea abesse cogar, nec ad manus habeam, quae ad firmiter stabiliendam Rutheni Ritus cum S.R.E. Unionem, nec non reformandos ultimos abusus occurrunt opportuna; quare hac brevi informatione praemissa, uberiorem in praevio reditu meo Sacrae Congregationi daturus sum rationem; ad praesens Eminentiae Vestrae Sacram Purpuram quam devotissime exosculor, ac enixe rogo ut scribi merear

Eminentiae Vestrae humillimus, devot.mus et oblig.mus Servus

Jo. Casimirus, Episcopus Premislien.[120]

Vratislaviae, die 23 Aprilis 1708.

## 206.

*Varmia, 23. IV. 1708.*

*Episcopus Varmiensis Congreg. de Prop. Fide respondet de lamentatis iniuriis Cleri Rutheni, quem tamen in sua dioecesi non habet.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 222rv.

Emin.me ac R.ndme Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Nihil iustius ac salubrius quam quod Eminentia Vestra dignatur mihi nomine Sacrae Congregationis commendare respectu Cleri Rutheni. Agno-

---

[120] Joannes Bokum, Episcopus Peremysliensis (1700-1718).




EPISCOPUS LEOPOLIENSIS: BARLAAM SZEPTYCKYJ
(1710-1715)

sco sufficientissima esse motiva quae in Literis ad me datis sunt exarata, ut dictus Clerus meliori tractetur respectu et charitate a Dominis temporalibus. Verum doleo occasionem mihi deesse exequendi S. Congregat. Mandata et illi Clero opitulandi, si quidem nullus eiusmodi in mea reperitur Dioecesi nec in vicinis, sed longissimis hinc distant spatijs.

Si tamen aliqua dabitur occasio (f. 222v) praemissorum, omni studio conabor conformare me tam pio desiderio S. Congregationis, et Mandatis Eminentiae Vestrae, cuius manus reverenter exosculor.

In Varmia, die 23 Aprilis 1708.

Eminentiae Vestrae dev.mus, obl.mus et hum.mus Servus

Andreas, Episcopus Varmensis et Culmensis.[121]

## 207.

*Leopoli, . . . 1708.*

*Episcopus Leopoliensis J. Szumlanskyj Nuntio Varsaviensi in causa Confraternitatis Leopoliensis, quae independentiam ab Episcopo praetendit et immediatam subiectionem Sedi Apostolicae petit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 563, fol. 125rv, 130.

Copia di Lettera scritta da Monsignor Szumlanski, Vescovo Ruteno Unito di Leopoli, a Monsignor Nuntio di Polonia.[122]

Non privatum desiderium, nam mea adhuc recondo, sed publicum Ecclesiae nostrae bonum, populi salutem, integritatem S. Unionis quo magis ampliari in populo, et servari (prout haec omni voto, et desiderio curavi), etiam secutura aetate possit, propono Excellentissimae Dominationi Vestrae, uti supremo S. Apostolicae Sedis in Regno Nostro Vicario.

Confraternitas Ritus Graeco-Uniti per Orbem clara Leopolensis binarum ecclesiarum, Assumptionis in Coelum Gloriosissimae V. Mariae intra, et S. Onophrij Eremitae, extra moenia Civitatis sitarum, Fundatores, et a primaeva fundatione promotores, tutores, protectores et Patroni Stauropegij titulo, quondam a Patriarcha Constantinopolitano insigniti, privilegijs, libertatibus Serenissimorum Regum dotatis, pro Domo, e Gloria Dei desudantes, decus et ornamentum Ecclesiae promoventes inter alios excellentes, et maiores, totque dexterrimis pro bono Ecclesiae, et Nationis suae gestis, et actionibus clari aeque ac gloriosi, quorum tutela, sudore, et opera decus Ecclesiae cum gloria Dei augetur, et crevit, Sanctam Unionem glorioso et

[121] Andreas Zaluski, episcopus Plocensis et Varmiensis (1696-1711), ab an. 1702 etiam Cancellarius Regni Poloniae.

[122] Josephus Szumlanskyj, Episcopus Leopoliensis, qui eparchiam suam post longam praeparationem an. 1700 Sedi Apostolicae univit, obiit die 23 Julii 1708.

laudabili exemplo libere acceptarunt, professionem praestiterunt, et perinde non minorem se populi partem traxerunt, tandem firmissime et constanter tenent, tenerique curant ante Sanctam Unionem, in disunione hoc vel maximo iure, quondam a Patriarcha Constantinopolitano habito[123] gaudebant, ne Jus, Jurisdictionem et dependentiam in actionibus a loci Ordinario Episcopo habeant, sed ex nomine Stauropegij ad Jus, et Jurisdictionem soliusmet Patriarchae nominati spectent, solique illi ex omnibus ecclesiae, et suis respondeant actionibus, et semper a loci Ordinario hoc servabatur. Nunc vero post eiuratum Schisma, et liberum ad S. Unionem accessum (f. 125v) et eam eiurarunt, nec esse volunt dependentiam, sed simili libertatis, et immunitatis Stolla ab eo quem ad praesens summum caput agnoscunt cooperiri curant.

Recurrant supplices ad Excellentissimam Dominationem Vestram quatenus id a Summa Sede, promotione eius obtineant, et quod antehac Jus praemissum, et jurisdictionem a Patriarcha, nunc a Summo ipso Pontifice habeant solique jurisdictioni Papali in omnibus subsint, quod hactenus ipsis et ego servavi, manutenui, scriptis approbavi, et ad praesens ad praemissa accedo meamque ad Excellentissimam Dominationem Vestram Episcopalem interpono autoritatem, consensum supplicemque libellum, quatenus de plenitudine gratiae, et potestatis suae hanc suam velit ipsis, in promovendo negotio hoc, praestare gratiam, quatenus per scriptum, a Summo Pontifice, hoc exaratum ius habeant prout luculentius explicabit praemissa Rev.dus Dominus Trombetti, Praefectus Collegij Pontificij, intimus meus in desideriis Patronus. Ego solummodo obnixe expostulo effectum praemissorum. Nihil per id derogabitur antiqua ipsis indita, renovabuntur, et solidabantur jura, eoque magis ferventior in Populo exardescet propagandae, et confirmandae, etiam per secuturam aetatem, animus, et stimulus attraheturque vulgus, quo maior in praemissis Excell. D. Vestrae facultas et Sanctissimae Sedis apparebit gratia. Firmabitur per idipsum in animis tam Nobilissimae Confraternitatis, quae non postremam populi transit partem, S. Unionis ratio, ambitus etiam in posteris, et zelus. Interim ego dum eas pro praemissa Confraternitate, nulli pietate secunda, instantiales ad Excell. D. Vestram effundo praeces, id (f. 130) autumo, quod ex gratia, et promotione eius sortientur petita effectum, cum ea protestatione, et professione manebo, semper et maneo qua sum...[124]

---

[123] Confraternitas Stauropeghiana Leopoliensis probata fuit an. 1586 a Patriarcha Antiocheno Joachimo et dein a Patriarcha Constantinopolitano Hieremia II, anno 1589.

[124] Privilegium a Sede Apostolica concessum fuit Confraternitati per Breve Clementis PP. XI, die 5.IV.1709 dato. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 9-11, nr. 628.

## 208.

*Posonia, 3. V. 1708.*

*Cardinalis Christianus de Saxonia Domino Ziglieri de quodam negotio Domini Matussek et de nominatione episcopi Mukačoviensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 563, fol. 272.

Carissimo mio Signor Zigleri.

M'è capitata molto bene la sua lettera dalli 15 del passato, dalla quale sicome viddi, che gl'affari del Signor Mattuseck, passato il tempo di tre mesi, dovranno esser di nuovo proposti in Concistoro se lui ritardasse d'inviare il Cambio necessario per la spedizione delle Bolle; e mentre appare assai chiaro dalle circostanze, quasi detto Signor Mattuseck non fosse per il presente in stato di poter pagar la Somma richiesta, di scudi duecento e trenta, così havrà la bontà V.S. di truovar qualche mezzo, col rappresentar il stato misero del Regno d'Ungheria, e far di sorte, che non sia necessario di proporre di nuovo questo affare, doppo che sarebbe spirato il prefisso tempo di tre mesi.

Quanto poi concerne il Vescovo di Mongatsch, dò parte à V.S. qualmente lui non sia propriamente Vescovo di quel luogo, ma che venga esser chiamato così, à cagione ch'il di lui predecessore sia stato sempre il capo in Ecclesiasticis tra gli Greci uniti, ed aveva la sua Residenza in detto Mongatsch, di sorte che senza alcun altro riguardo dipende sempre dalla volontà di Nostro Signor di dargli qualch'altro titolo in partibus, il chè havrà tanto meno di difficoltà, quanto che questo servirà di grandissimo emolumento per la nostra S. Religione Cattolica, attesochè detto Vescovo havrà sotto la sua direzzione più di mille Parochie, le quali, rendendosi poi senza capo, tornarebbero alla Setta Schismatica; io commetto tutto alla solita destrezza di V.S. e resto immutabilmente

Posoniis, 3 Maggio 1708.

Di V.S. ben affettionato

C. Cardinale di Sassonia.[125]

## 209.

*(Leopoli), 28. VII. 1708.*

*Professio fidei catholicae Archimandritae Unioviensis, dein Episcopi Leopoliensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 563, fol. 759-760v.

---

[125] Cfr. notam 110.

In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ego Barlaam Szeptycki, Abbas Unioviensis, Ritus Graeci Ruteni Unitus, firma fide credo, et profiteor omnia, et singula quae continentur in simbolo fidei, quo Sacra Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem Omnipotentem factorem coeli et terrae...[126] ...qui ex Patre Filioque procedit... et vitam venturi saeculi. Amen. Veneror etiam et suscipio universales Synodos, prout sequitur, videlicet: Nycaenam primam...[127]

Constantinopolitanam primam...

Ephesinam primam tertiam in Ordine, etc...

Constantinopolitanam quartam octavam in Ordine, et profiteor in ea Phocium merito fuisse damnatum, et P. Ignatium Patriarcham restitutum.

Veneror etiam et suscipio, omnes alias Universales Synodos, authoritate Romani Pontificis legitime celebratas, et confirmatas, et praesertim Florentinam Synodum et profiteor quae in ea definita sunt...

Pariter veneror et suscipio Tridentinam Synodum et profiteor, quae in ea definita et declarata sunt...

Insuper Romano Pontifici B. Petri Principis Apostolorum Successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac juro.

Hanc fidem catholicae Ecclesiae, extra quam nemo salvus esse potest, quod in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram inviolatam, usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere et..., atque a meis subditis vel illis, quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem Barlaam Szeptycki, Archimandrita Unioviensis[128] spondeo voveo, et iuro. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

Et quia haec eadem supra scripta professio fidei ex speciali Commissione et Delegatione ab Excellentissimo, Illustrissimo ac Reverendissimo Nuntio S. Sedis Apostolicae ad Regnum Poloniae Magnumque Ducatum Lituaniae, Domino, Domino Spinola, Archiepiscopo Tarentino, per R.dmum Patrem Stephanum Trombetti, Missionis Apostolicae in eodem Regno Poloniae Praefectum, singularibus ipsius literis ad me datis, mihi intimata

---

[126] Textus breviatus proponitur; textum plenum cfr. supra nr. 93, pag. 123-128.

[127] Plenus textus invenitur eodem loco; non videbatur necessarium hunc iterum repetere in eodem volumine.

[128] Barlaam Szeptyckyj, Archimandrita Unioviensis adhuc non unitus (ante annum 1675), dein an. 1681 fidem catholicam clam professus est cum Josepho Szumlanskyj, episcopo Leopoliensi, quam anno 1700 palam manifestavit; post obitum J. Szumlanskyj electus est in episcopum Leopoliensem, sed tantummodo die 17.II.1710 consecratus fuit, et eparchiam regebat usque ad an. 1715; anno 1712 famosum Capitulum Unioviense celebravit, quo disciplinam monasticam instauravit; cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. V.

in manibus meis est emissa viva voce eademque in praesentia mea, manu ac sigillo eiusdem suprascripti Per.llis et R.ndmi Domini Archimandritae Unioviensis firmata et roborata die 28 Iulij 1708 Anno, indubitatam et inviolatam fidem facio manus meae subscriptione et sigilli appositione.

Georgius Winnicki, Episcopus Premisliensis (mpria).

## 210.

*Neapoli, 7. VIII.1708.*

*Cardinalis Pignatelli F. Congregationi de Prop. Fide gratias agit de decisione erigendi Seminarium Leopoliense promittitque se scribere Episcopo Leopoliensi J. Szumlanskyj, ut eam exequatur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia, Ruteni,* vol. 3, fol. 246rv.

Emin.mi e Rev.mi Signori miei Oss.mi, Sig. Card. Sacripante, Prefetto della S. Congregazione de Propaganda Fide (Roma).

Degna del gran zelo, e della sublime pietà, che tanto risplendono nell'EE.VV. è la risoluzione fatta da cotesta Sac. Congregazione, di dar principio al Seminario Ruteno in Leopoli nella forma, che si degnano divisarmi, colla somministrazione sussidiaria della somma, a tal effetto assegnata, per mantenimento di quel numero de' Giovani, che si potrà di presente. Io eseguirò, come debbo, l'ordine riverito dell'EE.VV., col scrivere a Monsignor Szumlanski, Vescovo della stessa Città di Leopoli, che già trovai, e credo tuttavia costantemente disposto a compromovere quest'Opera, tanto utile e pia per impulso del proprio zelo, e cura Pastorale. Ma debbo suggerire all'EE.VV. ciò, che parmi d'haver riverentemente motivato loro altre volte, che il detto Prelato, quanto abbonda di volontà, tanto manca di forze, e di mezzi valevoli, da poter contribuire a tal fine, essendo in istato d'haver anzi bisogno d'aiuto per le indigenze di quella Chiesa, e Greggia, che di poter somministrarlo altrui. In ordine poi agl'altri Personaggi di Polonia, dalla religiosità de' (f. 246v) quali e dalla generosa loro indole, potria altresì sperarsi qualche proporzionato sussidio, bisognerà aspettare, che quel Regno, lacerato al presente dalle correnti scissure, e note calamità, risorga, e passi dal male al bene, il quale allora sarà communicabile anche a questa Santa Opera; et io, ovunque mi verrà permesso, non mancherò di dare a tempo opportuno ogni possibile eccitamento, e fomento alla loro buona inclinazione, e disposizione. Mentre colmo di riverenza, bacio all'EE.VV. umilissimamente le mani.

Napoli, 7 Agosto 1708.

Dell'EE.VV. humilissimo e rev.mo Servitore

F. Card. Pignatelli (mpp).

## 211.

(*Roma, 13. VIII. 1708*).

*Vicarius Mukačoviensis, nominatus Episcopus ab Imperatore, cum Clero, instante etiam Cardinali Christiano de Saxonia, petit confirmationem et assignationem alicuius tituli in partibus. Refert Secretarius Congr. de Prop. Fide.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 563, fol. 275v.

13 Agosto 1708.

I Greci Uniti d'Ungaria espongono all'EE.VV. trovarsi doppo la morte di Monsignore de Camillis Vicario Apostolico di Monchatz senza Pastore in mezzo all'insidie de loro Nationali Scismatici, con molto pericolo della Religione Cattolica. Che il Sig. Cardinale di Sassonia, Primate del Regno per provedere al bisogno ha stimato espediente di proporre a questa S. Congregazione il Sacerdote Gio. Giuseppe Hodermarski, già Vicario Generale del defonto Vicario Apostolico, soggetto di sperimentato zelo e ben prattico delle lingue, perchè venga proveduto d'un Vescovato in Partibus. Perciò gl'Oratori supplicano l'EE.VV. a degnarsi di condescendere alla gratia.

Unita a questo memoriale esibiscono una lettera del detto Signore Cardinale diretta ad un tale Zigleri,[129] nella quale S. Eminenza dice, che il Vescovo di Monkatz non è propriamente Vescovo di quel luogo ma viene così chiamato, perchè così il suo Predecessore è stato sempre in spiritualibus il Capo de' Greci Uniti di quel Regno, e risiedeva in detto luogo, dependere perciò sempre dalla volontà di Nostro Signore il dargli qualche altro titolo in Partibus, e potendo ciò essere di gran vantaggio alla Religione Cattolica; mentre detto Vescovo averà sotto la sua direttione più di mille Parochie le quali rimanendo senza Capo, torneranno facilmente allo Scisma.

Sopra di che devo dire all'EE.VV. essersi già scritto al Signor Internuntio di Vienna,[130] pro secreta informatione sopra le qualità del Sacerdote proposto, e che questo affare è stato dall'EE.VV. rimesso alla Congregatione Particolare, a causa delle difficoltà consistenti nell'essere stato Eletto da quel Popolo l'istesso soggetto che parimente ora si propone, e che gl'Imperatore gl'avesse già spedito la nomina, e nell'altra nomina fatta dal Principe Ragozzi in Persona del Sacerdote D. Petronio Kaminski, col supposto che siasi suo Juspatronato, con aver fatta istanza al Metropolita della Russia d'istituire il nominato da lui a quel Vescovado, et in oltre all'essere stata da questa S. Congregazione data l'Amministratione di quella Chiesa al Ve-

---

[129] Cfr. supra nr. 208.

[130] Internuntius Vindobonensis tunc temporis erat Marcus Antonius Santini (1708-1709).

scovo Ruteno unito di Premislia, quale non vogliono riconoscere, e finalmente nell'essere anco stata proveduta dalla S. Sede quella Chiesa di Vicario Apostolico in persona del suddetto defonto Monsignor de Camillis, non col titolo di Monckatz, ma col titolo in Partibus di Sebaste, ad istanza della bo.me. del Signore Cardinale Kollonitz nell'anno 1689, quali difficoltà però pare, che ora svanischino, se venisse fatta la provisione dalla Sede Apostolica, secondo quest'ultimo stato.

Die 13 Augusti 1708.

Expectetur responsio D. Internuntij Viennae.

S. de Cavalerijs, Secretarius.

## 212.

*Volodimiria, 24. VIII. 1708.*

*Instrumentum electionis Georgii Winnicki in Metropolitam Kioviensem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 564, fol. 292-3.
APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 3 fol. 265-268, 270v.

In Nomine Sanctissimae, et individuae Trinitatis, ad praesentem notitiam, et perpetuam rei memoriam tradimus.

Quod nos infrascripti in nomine Eius, qui Discipulis, et Apostolis suis praesentiam suam usque ad consummationem mundi pollicitus est, congregati in hunc locum, ut deplorata licet nunquam sufficientibus lachrymis iactura magni, et primi luminaris Mystici Caeli Ecclesiae nostrae Roxolanae, morte videlicet p.mem. Illustrissimi, Excellentissimi, et R.mi Domini Leonis Szlubic Zalenski, Archiepiscopi Metropolitae Kijoviensis, Haliciensis, et totius Russiae, Episcopi Vlodimiriensis, et Brestensis, venerandis exuvijs illius (f. 265v) pro debito nostro, et officio christianae charitatis, ultimo parentaremus obsequio, ac animae illius solitis succurreremus suffragijs: — non prius ad supremum hocce pietatis officium devenimus, quam exuere lugubrem totius Hierarchiae nostrae saccum, ac viduatae Ecclesiae Roxolanae reddere sponsum procurantes, conformando nos hac in parte usitatae consuetudini, et praxi, vetustis iuribus Regijs, et Apostolicis approbatae Ecclesiae nostrae, non valentes opportune ob praesentem tempestatem, iniuriamque temporum Regni nostri, quae procul a nobis dissitam tenet Vicariam Sedis Apostolicae potestatem, ad eandem pro intimatione electionis recurrere, aliunde autem protelationem (f. 266) eiusdem periculosam, multisque incommodis, et damnis Ecclesiae nostrae, ex longiori destitutione Primatis sui obnoxiam considerantes, praecipue cum ferrea etiam saecula similium iacturarum, Praelatorum per electionem promoveri solitorum nusquam et nullibi prohibeant, quamvis pauci siquidem in ritu nostro pro nunc

Polocensis, et Smolenscensis Archiepiscopales, Leopoliensis, et Albae Russiae Episcopales Throni vacant, reliqui tamen, quibus superesse adhuc concessum est, completi numero, cogente indispensabili necessitate ad electionem succedanei per mortem Metropolitae, et Primatis nostri devenimus.

Atque ita invocato nomine Spiritus Sancti (f. 266v), bene omnium meritis, capacitate, et dignitate quotquot idonei suffectioni huic muneri Metropolitano, et Primatiali videri potuerunt pensatis, praeferendum omnibus in Domino iudicavimus Illustrissimum et Rev.mum D.P. Georgium Winnicki, Episcopum Premisliensem, Sanocensem, et Samboriensem, Archimandritam Dermanensem, et Dubnensem,[131] uti avita nobilitate, et generis charitate illustrem, obsequij in Republica, in primaevo praesertim suo statu, clarum, meritis in Ecclesia Sancta conspicuum, zelo in promovenda Unione Sancta, in quo etiam germanus frater eius, ac immediatus eiusdem Praedecessor in hoc ipso stallo Episcopali, in quo nunc ille reperitur, summopere enituit, meritissimum, et probatissimum, omnibus virtutibus ornatissimum, ac plane parem tanto muneri, (f. 267) et dignitati. Quem proinde, licet summe renitentem et omnibus viribus subterfugientem, ac se excusantem, permovente etiam inter alia sensu, et voto pie defuncti praefati Metropolitae, qui eundem intime perspectam habens ipsius dignitatem, et capacitatem in Coadiutorem sibi adoptare decreverat, ac Sedi Apostolicae iam hac in parte supplicaverat, concordibus animis, et votis, nemine protinus discrepante, in dictum Metropolitam Kijoviensem, Haliciensem, et totius Russiae elegimus cum praesentissimo omine boni totius Sanctae Ecclesiae Catholicae et gloriae Gentis nostrae Roxolanae, et ut humeros suos supponere tantae moli primarum Curarum, et solicitudinum, quas (f. 267v) secum trahit praedictum munus Metropolitanum circa universale bonum totius Ecclesiae nostrae Roxolanae, nullatenus amplius detrectaret, egerrime licet, ab eodem impetravimus.

Unde nihil amplius restat, nisi ut eumdem tum Sacrae Regiae nostrae Maiestati, quatenus benignissime, et clementissime votis nostris annuendo solito Diplomate praesentationis suae donare dignetur, tum Sanctissimo Domino Nostro, ut firmare Apostolico suo oraculo velit,[132] humillime commen-

---

[131] Georgius Wynnyckyj, episcopus Peremysliensis (1700-1713) electus est iam hoc anno in Metropolitam Kioviensem, sed dignitatem hanc obtinere non valuit ob tempora incerta Regni Poloniae, de quo duo principes praetendebant: Augustus II Saxo (1697-1704) et Stanislaus Leszczynski (1704-1709), et armis inter se contendebant cum sorte alterna; non aderat securus Rex, qui novum Metropolitam Sedi Apostolicae praesentaret. Tandem anno 1710 Rex Augustus, victor, hanc praesentationem fecit. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 12-14, nr. 629; eius vero epistolae publici factae sunt iuris in vol. III *Epistolarum Metropolitarum Kioviensium Catholicorum*, pp. 217-273, nnr. 1-42, cum brevi biographia, Romae 1958.

[132] Cfr. notam praecedentem de quadam mora in hac provisione.

damus, suppliciterque exoremus, prout enixissime etiam nunc commendamus, et humillime exoramus. Et quia Religio nostra Basiliana, Mater omnium (f. 268) nostrum, praesertim autem Congregatio Lithuana SS.mae Trinitatis, intimo nexu coherere debet, uti capiti, suo Metropolitano, ab eodemque iuxta leges, et statuta sua dependere, idcirco eandem huic nostro praesenti Domino electo apprime commendamus, amandam, fovendam, tuendamque circa omnia iura, et privilegia sua, et quascumque praerogativas a Sancta Sede Apostolica quandocumque concessas, et indultas.

In cuius rei fidem manibus nostris proprijs subscripsimus, sigillaque nostra apposuimus.

Actum Vlodimiriae, in Residentia Cathedrali, die 24 Augusti, Anno 1708.

Dionysius in Zabokrzykj Zabokrzycki, Episcopus Luceorien., Exarcha; Gedeon Woyna Oranski, Episcopus Chelmensis, et Belsensis; Petrus Porphyrius Kulczycki, Episcopus Pinscensis, ac Turoviensis, Archimandrita Leszczinen., Administrator Polocensis.

(f. 270v) — Per manus EE. et RR.morum DD. Cardinalium

Gabriellij, Acquavivae, Vallemani, Caprarae, Fabroni, Bichi, et Barberini, qui dignetur remittere D. Secretario.

(f. 293v) — Nella Congregatione de 12 novembre 1708.

## 213.

*Kupieczow, 2. IX. 1708.*

*Episcopus Pinscensis P. Kulczyckyj Nuntio Varsaviensi defert de iniuria Hierarchiae Ruthenae ab Episcopo Chelmensi illata, acceptando quamdam nominationem in Metropolitam a Rege Stanislao.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Polonia*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 255rv.

Copia Literarum a Domino Episcopo Pinscensi, ad Ill.mum Dominum Nuntium Apostolicum, tam suo Nomine, quam aliorum Episcoporum, Confratrum, scriptarum.

Excellentissime, Ill.me et R.ndme Domine, Domine, Patrone Colendissime.

Proviso omni meliori ordine in nostra Hierarchia per coadunationem Vladimiriae Episcopalem, de quo iam ante edocuimus Excellentissimam ac R.ndmam Dominationem Vestram, certi de omnibus Statutis ab omnibus manutenendis, quisque ad propria redijmus, et ecce ibi itinere assecutus me nuntius multum alteravit, de attentata per Ill.mum Chelmensem Episcopum,[133] Collegam nostrum a nobis sancitorum perturbatione, propter ob-

---

[133] Episcopus Chelmensis erat tunc temporis Gedeon Wojna-Oranskyj (1693-1709)

tentum, nescio quibus cuniculis, a Serenissimo Rege Stanislao[134] Privilegium juribus Supremae Apostolicae Potestati, et nostrae Hierarchiae multum adversans, Iurisdictionem Spiritualem immediate eidem tradens, ac plane nihil quod in Schismate practicabatur alienum praeseferens, cuius copiam Excellentissimae Ill.mae Dominationi Vestrae spero exhibendam. Obstupui super tantum ausum, et magis obstupesco, dum praedictus Episcopus vi huius Privilegij cogitet hanc dioecesim invadere et apprehendere possessionem. (f. 255v) Ne ulterius tanta procedat insolentia, Excellentissimae, R.ndmae Vestrae Vicariae Apostolicae Potestati, et Jurium Ecclesiae Conservatori supplicandum duxi, cohibeatur per seriam Excellentissimae, R.ndmae Dominationis Vestrae, verius dico, Apostolicam admonitionem a simili cogitatione, et sinat Arbitrio SS.mi Domini Nostri subijciendas hic conclusas Ordinationes ad effectum deduci, suo ordine cuncta peragi, et canonice ordinari quod summum est. Authoritatem Apostolicam discat melius venerari. Pro qua gratia Excellentissimae, R.ndmae D.ni Vestrae nomine R.ndmorum Episcoporum, Confratrum meorum, iam ad propria reversorum, geminatas exponendo preces, cum debito Sacrae Lacinitis finio basio, et maneo

Excellentissimae, Ill.mae ac R.ndmae D.nis Vestrae, D.ni et Patroni mei Colendissimi humillimus ac obsequentissimus Servus

Petrus Porphirius Kulczycki, Episcopus Pinscen. ac Turov.,
Archimandrita Leszczynen., Administrator Polocen. (mpp).

## 214.

*Varsavia, 10. XII. 1708.*

*Excerptum ex litteris Nuntii Varsaviensis de utilitate et necessitate supersedendi in confirmatione Metropolitae Kioviensis nuper electi, Georgii scilicet Wynnyckyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 565, fol. 226rv.

Capitolo di lettera di Monsignore Arcivescovo Spinola, Nunzio di Polonia, sotto li 10 Xmbre 1708.

Rappresenterà li miei umilissimi rispetti al Signor Cardinale Sacripante, e può insinuargli da mia parte, che la mancata delli Ruteni in proposito della Metropolia vacante ricerca soprassessoria, perchè per quanto la S. Congregazione sia del sentimento, che mi viene communicato, vi è molto

---

[134] Privilegium hoc nominationis obtentum fuit a Rege Stanislao Leszczynski (1704-1709), dum contentio de Regno Poloniae inter praetendentes adhuc in pleno erat cursu, et Sedes Apostolica a confirmatione abstinebat.

da dire in contrario, onde io credo assolutamente, che ogni novità sarebbe molto nociva prima della Pace del Regno.[135] Non mancano mal contenti, e gl'Ecclesiastici non sono li più aderenti alla S. Sede, tanto per le Chiese, quanto per l'Abbadie. Meno pretesto che loro si dà di ricorrere al Re di Svezia,[136] sarà sempre più salutare, massime perchè il tempo ci puol essere più favorevole. Intanto l'amministratione si esercita con quella quiete, che non mi sarei supposta in un Regno turbato, et in una Nazione che pesca sempre nel torbido. Se si conferma Stanislao, ho la parola, che le convenienze di Monsignore Winnicki saranno conservate.

## 215.

*Varsavia, 17. XII. 1708.*

*Excerptum ex aliis litteris Nuntii Varsaviensis de procrastinanda confirmatione Metropolitae electi et exspectandi in promotione aliorum episcoporum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 565, fol. 226rv.

Altro Capitolo di Monsignor suddetto, sotto li 17 Xmbre 1708.[137]

Accludo un certo Decreto, che dalla S. Congregazione di Propaganda mi fu trasmesso mesi sono inserto fra molti altri, acciò V.S. lo sovvenga col mio ossequio al Signor Cardinale Sacripante in proposito di quanto le significai col (f. 226v) decorso. Da esso risulta il Ius regio di supplicare per la Metropolia Rutena, come canonizato dalla stessa Sacra Congregazione, onde non basta à persuadermi, che possa riuscire quello, che costà mi s'insinua di voler fare servendosi della congiuntura di questi torbidi. Piacesse al Cielo, che fossero opportuni per la S. Sede, ma per mia disgratia, e con mia gran passione devo dire, che forse li maggiori di quel Regno si rivolgono contro la medesima, e perciò preghi S.E., a trattenere ogni risolutione, perchè non conseguiremo l'effetto, anzi metteremo al fuoco delle altre legna. Vi sono degl'altri Vescovati vacanti, che Nostro Signore trattiene coll'istesso motivo, che però occorrendo la medesima parità, anche in questa parerebbe, che meritasse d'esser sospesa del pari; et è certo, che il Jus di supplicare non può controvertersi.

---

[135] Pax speranda tantummodo anno sequenti locum habuit, victoria obtenta ab Augusto II et Czaro Moscoviae super Carolum XII, Regem suecorum eiusque protectum regem Stanislaum Leszczynski.

[136] Carolus XII, Rex suecorum (1682-1718). Agitur hic de s.d. « bello septentrionali », longo, extenso et sanguinoso, in Europa centrali et orientali, in quo praesertim Moscovia, Polonia et Ucraina implicatae fuerunt.

[137] Agitur de Nuntio Varsaviensi Nicolao Spinola (1707-1712).

216.

*Tylza, 15. III. 1709.*

*Episcopus Vilnensis C. Brzostowski de P.S. Pieszkiewicz ad Archiepiscopatum Polocensem promovendo expetit litteras commendatitias, ut possit apud Cancellarium Lithuaniae instare in eius favorem et monendus novus Metropolita ne alium promoveat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 567, fol. 31.

Eminentissime et R.ndme Domine, Domine ac Patrone Col.me.

Cum debita reverentia, ac pedissequo cultu, accepto mandato ab Eminentia Vestra nomine Sacrae Congregationis in favorem Admodum R. Patris Sylvestri Pieszkiewicz Ordinis S. Basilij, Procuratoris Generalis, in procurando illi Archiepiscopatum Polocen., a multo, ut fatear, tempore, in alba Russia maximo cum periculo insidiantium Schismaticorum vacantem, ex nunc, apud quos necesse fuit, omnem possibilem diligentiam, et curam alacriter suscepi; sed quia hoc in negotio multum interest, ut eadem Sacra Congregatio etiam Celsissimum Principem Radziwil, Magnum Cancellarium Magni Ducatus Lythuaniae, a quo, uti Primo Custode Legum Patriae, haec dignitas plurimi dependet, pro supra memorato commendatissimo subjecto, in adjuvando illo, specialis conveniat Litera. Quem credo firmissime ex maximo erga Sanctam Sedem in promovenda Catholica Fide zelo, ac Sacram Congregationem, uti Propagatricem hujus, quem habet respectu, corresponsurum ad mentem. Idcirco convenientissimum duxi Eminentiae Vestrae hoc notificare, ut talis recommendatoria, quam cito potest fieri, transmittatur mihi. Qua habita, indefesso studio, celeriori passu, ac longe fortiori applicatione, obtemperando iustissimae Sacrae Congregationis requisitioni, tantum faciam, ut et valorosissima illius, nomine Sanctae Sedis apud dictum Celsissimum Principem instantia, debitam quamprimum habeat efficaciam, et praedictus R.dus Pater, cui peramanter omnia precor bona, sua valeat possidere vota. Esset enim bene, immo permaxime necessarium, ut eadem Sacra Congregatio animadversum faciat etiam Electum Metropolitam Russiae, Dominum Georgium Winnicki, Episcopum Praemysliensem, quatenus ille, rejectis alijs, si qui sunt (:de quo dubitandum non est:), Concurrentibus, ac subreptitio modo Archiepiscopatum Polocensem apud eundem procurantibus, desiderijs Sacrae Congregationis correspondeat, et promotioni ab eadem jam factae pro superius nominato R.ndo Patre apud Dominum Metropolitam defunctum, consentiente insuper toties super hoc suo Protoarchimandrita, unice attendat, nullique alteri promittat, neque conferat, donec idem Electus Dominus Metropolita Russiae, primo a Sancta Sede Apo-

stolica confirmatus,[138] et Pater Procurator Generalis Ordinis, noviter a Sacra Congregatione nomine dictae Sanctae Sedis illi propositus, et reccommendatus non fuerit. Quae omnia summo cum desiderio ab Eminentia Vestra expectans, et R.ndum Patrem Sylvestrum in synum gratiae et protectionis suae quam apprime recommendans, cum solita mea submissione sacram illius exosculor Purpuram et maneo

Tylza, in confinijs Borussiae, 15ta Martij 1709.

Eminentiae Vestrae devotissimus, oblig.mus et humil.mus Servus

Constantinus Brzostowski, Episcopus Vilnensis.

Ad Eminentissimum Cardinalem Sacripante.

## 217.

*Tylza, 15. III. 1709.*

*Episcopus Vilnensis C. Brzostowski de eadem promotione P. Pieszkiewicz ad sedem Polocensem etiam Secretario Status Paulutio scribit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 3, fol. 276rv.

Eminentissime et R.ndme Domine, Domine ac Patrone Col.me.

Injunxit mihi Sacra Congregatio de Propaganda Fide, ut Admodum R. Patrem Sylvestrum Pieszkiewicz, Ordinis S. Basilij Procuratorem Generalem, ad Ecclesiam Polocensem Archiepiscopalem Ruthenorum, cum summo periculo rudis Populi, et Cleri inter insidias Schismaticorum longo intervallo temporis vacantem, ubi, quando, et apud quos necesse fuerit promoveam illum. Mandatum cuius cum summa alacritate et celeritate explevi; sed quia ad majus robur huius requiritur adhuc, quatenus Celsissimo Principi Radziwill, Magno Cancellario Magni Ducatus Lythuaniae, a quo ut plurimum haec dignitas Archiepiscopalis prout et aliae dependet, tam dignum et in Unione Sancta ac Sua Religione benemeritum subjectum, nomine Sanctae Sedis apud eundem promoveatur. Supplicandum duxi Eminentiae Vestrae, ut taliter etiam apud dictum Celsissimum Principem, ab Eminentia Vestra uti supremo Status ministro recommendari dignetur. Quem, ob devotionem Sanctae Sedis, et zelum Catholicae Fidei, ad mentem illius, ac votum Eminentiae Vestrae spero corresponsurum. Conveniens etiam, immo necessarium fore existimo, ut noviter Electus Metropolita Russiae, Do-

---

[138] Confirmatio haec locum habuit anno tantummodo 1710, die 7 Maji; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 12-14, nr. 629. De rationibus huius morae cfr. notam 131.

minus Georgius Winnicki, Episcopus Praemysliensis, praemoneatur ab Eminentia Vestra ne ulli alteri, vigore litterarum recommendatitiarum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ad Dominum Metropolitam defunctum jam transmissarum (:ex quo secundum Bullam Clementis VIII jus provisionis Ruthenorum Ecclesiarum vacantium ad Ill.mum spectat:), hanc dignitatem Archiepiscopalem audeat promittere, ac conferre, donec ipse primo a Sancta Sede Apostolica confirmatus, et dictus R.ndus Pater Procurator Generalis Ordinis nomine illius propositus, ac a Sacra Congregatione de Propaganda Fide denuo, et specialiter ab Eminentia Vestra recomendatus non fuerit. Pro qua obtinenda gratia millenis repetitis vicibus ad Eminentiam Vestram dum accurro, dictum R.dum Patrem Sylvestrum unicae illius Protectioni mecum ipso insinuo, nec non sacerrimam Eminentiae Vestrae devotissimo basio exosculor Purpuram.

Tylzae, in confinijs Borussiae, 15 Martij 1709.

Eminentiae Vestrae devotissimus, oblig.mus et humillimus Servus
Constantinus Brzostowski, Episcopus Viln.

Ad Eminentissimum Cardinalem Paulutium,
Secretarium Status.

## 218.

*Tylza, 15. III. 1709.*

*Episcopus Vilnensis C. Brzostowski Secretario de Prop. Fide de eadem promotione P. Pieszkiewicz simili argumento scribit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 567, fol. 32.

Ill.me et R.ndme Domine, Domine Patrone Col.me.

Literas Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, in quibus commissum mihi fuerat, ut cooperem promotioni Admodum R.di Patris Sylvestri Pieszkiewicz, Ordinis S. Basilij Procuratoris Generalis, ad Archiepiscopatum Polocensem, a multo tempore in Alba Russia cum periculo vacantem, per eundem mihi transmissas magno cum solatio legi, et operam omnem in procurando illi apud quos necesse fuit adhibui, et spero desiderijs Sacrae Congregationis me brevi satisfacturum, dummodo Sacra Congregatio velit hoc in negotio nomine Sanctae Sedis vel suo ad Celsissimum Principem Radziwil, Cancellarium Magnum Magni Ducatus Lythuaniae, Instantiales quam prius in manus meas transmittere, a quo multum hoc dependet. Nec non cautum reddere Electum Metropolitam Russiae, Dominum Georgium Win-

nicki, Episcopum Praemysliensem, quatenus nullas admittat concurrentias, sed attendat unice hac in re dispositioni Sacrae Congregationis primae, sub tempus Metropolitae defuncti jam alias factae[139] ac nulli alteri hunc Archiepiscopatum promittat vel conferat donec ipsemet Electus Dominus Metropolita a Sancta Sede confirmetur et iterum dictus R.ndus Pater Procurator Generalis Ordinis, nomine Sacrae Congregationis vel Sanctae Sedis, illi propositus vel recommendatus non fuerit. Qua in re sensum etiam meum in literis tam ad Eminentissimum Cardinalem Paulucium, Secretarium Status, quam etiam ad Eminentissimum Sacripante, Sacrae Congregationis Praefectum, sat abundanter exposui. Unicum stat, ut hoc negotium dicti R.ndi Patris Procuratoris Generalis Vestra Illustrissima Dominatio tam apud Sacram Congregationem, quam apud Sanctam Sedem suo solito, de quo multum gloriatur supra memoratus R.ndus Pater, protegat affectu, cui me cum ipso dum insinuo, maneo.

Tylzae, in confinijs Borussiae, 15 Martij 1709.

Ill.mae Dominationis Vestrae devotissimus et oblig.mus Servus

Constantinus Brzostowski, Episcopus Vilnensis.

Ad Ill.mum D.num de Cavallieris, Secretarium.
Sacra Congregatio de Propaganda Fide.

## 219.

*Posonia, 8. VII. 1709.*

*Cardinalis Christ. de Saxonia Praefecto Congregationis de Prop. Fide J. Hodermarskyj in Urbem proficiscentem commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 569, fol. 110 (copia).

Emin.me et Rev.me Domine mi Observantissime.

Exhibitorem praesentium, Dominum Joannem Hodermarsky, qui ob introscriptam in acclusis, Suae Sanctitati sonantibus literis, instantiam, Romam proficiscitur, Eminentiae Vestrae hisce recomendare volui, quam de caetero dici incolumem supervivere eorum diutius exopto, ac manus eiusdem humillime excosculando permaneo.

Posonij, die 8 Iulij 1709.

Eminentiae Vestrae umil.mo, divot.mo Servitore vero

Il Cardinale di Sassonia.

---

[139] Cfr. de hoc negotio plurima documenta in *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, secundum *Indicem nominum et rerum*: Pieškevyč, annis 1708-1709, etc.

## 220.

*Posonia, 8. VII. 1709.*

*Cardinalis Christianus de Saxonia Summo Pontifici instat de Joanne Hodermarskyj, Nominato Mukačoviensi, ut ei titulus in partibus adsignetur enixe commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 569, fol. 111rv (copia).

Sanctissime Pater.

Facit affectus, quo complecti soleo Personas de Ecclesia Dei in defendenda, ac propaganda fide orthodoxa benemeritas, ac etiamnum pro eiusdem incremento strenue militantes, ut liberius apud Sanctitatem Vestram intercedam pro latore praesentium, Domino Joanne Hodermarsky, Graeco unito; qui cum quidem Episcopus Mongaczciensis ex eo capite vocitetur, quod suum ibidem Domicilium habeat, ac Graecis unitis in dicto loco, ac districtu quoque degentibus, in Ecclesiasticis praefuerit, in Alma vero Civitate Romana, ut huius nominis Episcopus consecrari posset, difficultas aliqua obstare videatur, eo quod dicta Civitas, ac Districtus Mongaczciensis ad Dioecesim Agriensem spectet. Cum (f. 111v) autem, ut muneri suo maiori cum incremento fungi posset, ac aliunde iam fere trecentae per Schismaticos Ecclesiae, ut refertur, ex defectu huius obtentae consecrationis acceptae sint, necesse sit, ut eo citius in Episcopum consecretur. Idcirco hisce Sanctitatem Vestram demisse, ac enixe rogare volui, quatenus praefato Domino Hodermarsky titulum in Partibus, vigore cuius in Praesulem benedici, ac consecrari valeat, clementissime impertiri eumdemque in reditu suo, ut ipsum ad Graecos unitos remittere possim, ad me assignare non dedignaretur. Interea Deum Optimum Maximum instanter rogo, ut Beatitudinem Vestram, cuius SS.mos Pedes quam humillime exosculor, Universalis Ecclesiae clavum quam faelicissime moderantem, in plurimos annos tueatur, et sospitet.

Datum Posonii, 8 Iulij 1709.

Humillimus, dev. et oblig. Servus et Creatura Vestrae Sanctitatis

Cardinalis de Saxonia.

## 221.

*Biala, 2. IX. 1709.*

*Hierarchia Unita, ut videtur ex Capitulo Bialensi, instat apud S. Congregationem de unitate Metropoliae Kioviensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 3, fol. 312rv.

Eminentissimi et Reverendissimi S.R. Ecclesiae Principes,
Domini et P. Clementissimi.

Inter tot Bellorum turbines, congregati in unum, ut, bono ordini consulentes, pacem internam in Unione nostra stabiliremus, quod expediens erat acceptare, quod impediens resecare, in hacce nostra statueramus Congregatione, quae omnia sublimi Judicio, et Approbationi Eminentissimarum Vestrarum Dominationum subijciet noster R. Pater Procurator, cui nos humiles jungimus preces, ut ubi iratum patria Nostra experitur Numen, consolatrix respiciat Eminentiarum Vestrarum Clementia, eadem, qua sub Clemente VIII, Beatissimo Patre, ad maternum Ecclesiae sinum fueramus admissi. Et quia ipso hoc nostro Congressu primum curandum esse censuimus, ut quod per revolutiones Schismatum scissum erat, illud pristino in Unione Sancta canonico copularetur nexu, Ecclesiam Metropolitanam Chijoviensem, et Haliciensem respeximus, quae a prima erectione sua, insimul unita per SS.mum Dominum Nostrum Clementem VIII, in eadem perpetua unitate confirmata, tandem succedentibus rerum vicissitudinibus, et legum convulsionibus dismembrata, ut in posterum uni, quem Deus et Sancta Sedes Apostolica nobis providebit, pareat utraque, et subsit Archiepiscopo Metropolitano Russiae, Eminentijs Vestris unanimiter duximus supplicandum. Dabit fusiorem circa hoc negotium Informationem R. Pater Procurator noster, cui ut faventissima Eminentiarum Vestrarum gratia benignas exhibeat aures, unitim supplicamus et nosmet ipsos sacris substernentes plantis, manemus.

Bialae, die 2da Mensis Septembris, Anno 1709.

Eminentissimarum, et Reverendissimarum Celsitudinum Vestrarum infimi Servi, Clientes, et perpetui Exoratores

Dionysius Zabokrzycki, Episcopus Luceorien. et Ostrogien., Exarcha.

Petrus Porphyrius Kulczycki, Episcopus, Pinscensis, ac Turoviensis Archimandrita Leszczynensis, Administrator Polocensis (mpp).

Georgius Winnicki, Episcopus Premisliensis (mpp).

Gedeon Oranski, Episcopus Chelmensis (mpp).

Leo Kiszka, Proto Archimandrita Ordinis Divi Basilij Magni (mpp).

## 222.

*Roma, 23. IX. 1709.*

*Archiep. de Cavaleriis Card. Sacripanti refert de futuro Vicario Ap. Mukačoviensi ex Alumnis olim Collegii Graecorum eligendo.*

Arch. Coll. Graecorum de Urbe, vol. 3 (*olim 13bis*) fol. 276.

Em.mo e R.mo Signore e Padrone Colendissimo.

Vaca già da più anni il Vicariato Apostolico di Monkatz in Ungheria. Premendo perciò a questa Sacra Congregazione che si proveda quanto prima questa si grave et importante carica, mi ha ordinato di supplicare, conforme faccio, per parte sua l'Eminenza Vostra a degnarsi d'informarla de' soggetti già stati alunni del Collegio Greco, che dalla somma prudenza de Eminenza Vostra venissero giudicati a proposito per il Vicariato predetto. Con esporre dunque riverentemente all'Eminenza Vostra il desiderio della Sacra Congregazione, adempisco le parti della mia ubbidienza, e colla rassegnazione del mio umilissimo ossequio all'Eminenza Vostra profondamente m'inchino.

Dalla Propaganda, 23 settembre 1709.

Di Vostra Eminenza umilissimo, divotissimo et obligatissimo servitore

S. de' Cavalieri.

Signor Card. Sacripante, Protettore del Collegio Greco.

## 223.

*Roma, 10. X. 1709.*

*Cardinalis Ruffo Secretario de Prop. Fide transmittit quasdam notitias de rebus Ruthenorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 569, fol. 589.

Di Casa, di 10 Ottobre 1709.

Il Cardinal Ruffo riverendo cordialmente Monsignor de Cavalieri, Segretario di Propaganda Fide, doppo di aver ricavate dal Padre Generale de Basiliani le notizie desiderate dalla Sacra Congregazione, le manda qui annesse à S. Signoria Ill.ma, affinchè si compiaccia rappresentarle, insieme coll'obedientissimo ossequio che tiene S. Eminenza in secondare gl'ordini autorevoli dell'istessa Sacra Congregazione, e resta etc. etc...

## 224.

*Roma, 12. X. 1709.*

*Cardinalis L. Corsini Secretario de Prop. Fide se offert ad indagandum de apto candidato ad Sedem Mukačoviensem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 569, fol. 587.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Pigliate, secondo il comandamento di cotesta S. Congregazione, l'informazioni opportune de' soggetti, che sono già stati Alunni nel Collegio

Greco, e che potrebbero esser abili a sostenere il Vicariato Apostolico di Monkaz in Ungheria, trovo di poter proporre a tal effetto quei cinque, che V.S. Ill.ma vedrà descritti nell'ingiunta nota. Se questi, dopo esser usciti di Collegio, non hanno mutato costumi, io gli stimerei a proposito per detto Posto, non solo per ciò che concerne la dottrina, ma anche per ciò che riguarda la bontà della vita; e dico, se non hanno mutato costumi, perchè quando son fuori, avviene spesso in loro tal mutazione; Onde non sarà se non bene, che V.S. Ill.ma se n'assicuri col prender di loro le notizie da i Luoghi, ove presentemente ciascuno di essi si trova. Tanto debbo all'onore compartitomi dalla medesima S. Congregazione, e a V.S. Ill.ma auguro intanto le più meritate fortune.

Di Casa, 12 Ottobre 1709.

Di V.S. Ill.ma aff.mo per servirla sempre

L. Card. Corsini.[140]

Monsignor De Cavalieri, Segretario della S. Congreg. di Propaganda.

## 225.

*Cattaro, 8. XI. 1709.*

*Archiepiscopus Antibarensis Vincentius proponit quemdam candidatum ad Vicariatum Apostolicum transcarpaticum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 570, fol. 63.

Emin.mi, e Rev.mi Signori, Signori Padroni Col.mi.

Li Scismatici d'Ungaria sono di professione Rasciani, o Serviani, e di solo idioma Illirico. Per reprimere le loro insidie devesi un soggetto dell'istessa lingua, pratico delli modi per impugnarli con zelo, e trattarli con prudenza. Il Signor Abbate di Perasto, D. Antonio Zambella, sarebbe idoneo per quell'importantissimo ministero, perche dotato dell'accennate conditioni. Via della moralità non possiede altre scienze, ma documentato dall'esperienze del proprio governo conosce il veleno Scismatico, e sà apprestare li medicamenti opportuni al morbo. È mio alievo, compagno d'ogni mia fortuna, e delle presenti vessationi. Quando alla carica del Vicariato fosse unito (il che m'è ignoto) il carette episcopale, et havesse modo proprio per sua decorosa consistenza, consecrarebbe l'opera sua al servitio della Chiesa di Dio in quelle lontananze. Io non trovo soggetto ne più idoneo, ne più proprio

---

[140] Corsini Laurentius, florentinus, Archiep. Nicomedien., Cardinalis S. Susannae a die 17.V.1706, dein varios obtinebat titulos; electus Summus Pontifex Clemens XII 12.VII.1730; obiit die 6.II.1740.

per quell'impiego, che ricerca, e pratica, et intelligenza per deludere l'arti scismatiche del pari gravi, et insidiose. Devo questo riverentissimo sentimento all'ossequiato commando dell'EE.VV. segnato sotto il 23 7bre, e col profondo rispetto le faccio humilissima riverenza.

Catt., 8 Novembre 1709.

Di V.V. Eminenze umil.mo, devot.mo, oblig.mo Servitore

Vin. Arcivesc. d'Antivari.[141]

## 226.

*Mukačevo, . . . 1710.*

*Nominatus Mukačoviensis J. Hodermarskyj Cardinali de Saxonia historiam suae activitatis et nominationis enarrat, explicat originem delationum ad Sedem Apostolicam et petit protectionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 570, fol. 75rv.

Serenissime Dux, et Eminentissime Domine Cardinalis, Domine, Domine et Princeps mihi Benignissime.

Post tot in promovenda S. Unione in Hungaria exantlatos labores, adversitatumque superatas procellas, dum propediem ad alios quoque pro ejusdem propagatione subeundos me fortiter animabam, insperate a quibusdam malevolis apud S. Sedem et Serenissimam Eminentiam Vestram sinistre me delatum esse intellexi; quasi in Causa sanguinis contra Ribelles me immiscuissem, cum autem haec ex passione fieri contra me facile colligam, ut et eorum falsa delatio, mea vero innocentia mere elucescat, reverenter Cardinalitiam Serenissimae Emminentiae Vestrae exosculando Purpuram, praesentibus humillime repraesento.

Recordari benignissime Serenissima Eminentia Vestra dignabitur, qualiter anno 1707, in Mense Septembri, Augustissimus Imperator, collato mihi benignissime Episcopatu, etiam Genti Ruthenae, ex innata sua clementia, Gratiam suam Caesareo-Regiam clementissime impertitus sit, mihique per Serenissimam Eminentiam Vestram Protectionales Literas consignare dignatus sit, clementissime mandando, quatenus cum ijsdem ad locum vicinum Hungariae me conferendo Ruthenis ea par esset sollicitudine easdem intimari faciam. Cui mandato qua indignus vasallus promptissime parere stu-

---

141 Archiepiscopus Antibarensis Vincentius Zmaievich (1701-1713), a Iulio 1702 deputatur visitator apost. ecclesiarum et missionum prov. Epiri seu Albaniae; translatus ad eparchiam Iadrensem 1713, retento officio administratoris Antibaren. per breve tempus; obiit die 12.IX.1745.

dens, eo me contuli, unde mandatum modo quo meliori in effectum deduci potuit, pro mea obligatione homagiali deduxi, et Gens Rhutena ad fidelitatem suae Sacratissimae Majestatis contestandam se promptissimam exhibuit in secreto. Haec ex Mandato Augustissimi Imperatoris taliter peragendo, in nulla causa sanguinis me immiscui, unde nec irregularitatem incurrere potui.

Quod autem aliqua excursio contra Rebelles ex Polonia facta sit, cum non per Ruthenos ex Hungaria, quibus Protectionales antehac secreto intimaveram, sed per Polonos, nec haec mihi (f. 75v) imputari ullo modo debet, nam Poloni hanc excursionem proprio motu fecerunt, utque admodum aliqui Rakoczio serviunt, ita alii Suae Majestati Sacratissimae contra ipsum servire pro honore sibi reputant, uti etiam tempore aliarum antehac exortarum Rebellionum ijdem Poloni excursiones ejusmodi faciebant. Et aliunde ego nec in eadem praesens fui, nec illos homines dirigebam; miscere autem se in causa sanguinis involvit homicidium directe et voluntarie factum. Quod cum a me nunquam patratum sit, nec intentum, non possum convinci de Irregularitate.

Imo per Protectionales nihil aliud intendebam, quam Incolumitatem Ruthenorum ad quam praecepto charitatis obligor. Quod non tantum ego feci, verum omnes quotquot apud Rebelles consanguineos habent, procurabant ipsis amnystiam et Gratiam; ergo omnes deberent esse irregulares.

Cum igitur hae delationes tam apud S. Sedem quam apud Serenissimam Vestram Eminentiam non ex alio capite fiunt, quam ut in Episcopatu (:quem pro Majori Dei Gloria et S. Unione promovenda supplico:) obtenendo me impediant, et per hoc majorem ruinam in animabus et Fide Orthodoxa augeant, humillime supplico apud Serenissimam Eminentiam Vestram, dignetur pro zelo suo ardentissimo, quem in promovenda Dei Gloria in corde fovet et pro avertenda tanta animarum jactura S. Sedi benigne repraesentare, ut eadem propter ejusmodi sinistras delationes tantam animarum jacturam fieri non permittat, mihique benignissime titulum, vi cujus consecrari valeam, conferre dignetur. Gratiam Serenissimae Eminentiae pro gratiosa diuturnaque vita Deum Ter Optimum Maximum exoraturus demereri omni conatu studebo, dum me gratiosissimo Patrocinio recommendo et maneo.

Serenissimae Eminentiae indignissimus Servus

Joannes Hodermarsky, G.R. Vicarius Generalis in Munkacz
et nomin. Episcopus.

(f. 78v) Ad Serenissimum Ducem et Eminentissimum Dominum, Dominum Christianum Augustum S.R.E. Cardinalem de Saxonia, Archiepiscopum Strigoniensem (:Titulus:) etc. etc. Dominum, Dominum Principem Benignissimum.

## 227.

*(Mukačevo), . . . 1710.*

*Expositio J. Hodermarskyj, ut videtur, de sua activitate in Transcarpatia, de administratione Episcopi Peremysliensis, de sua nominatione in Episcopum, de periculis et damnis sequutis ex non acceptione a Sede Apostolica eiusque rationibus, ex sinistra delatione provenientibus etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 570, fol. 76-77.

Humillima repraesentatio et genuina Expositio, qualiter Joannes Hodermarsky, Graeci Ritus Unitorum Generalis Vicarius in Munkacz, per Augustissimum Imperatorem Nominatus Episcopus, hac Nominatione contra Schismaticos invadentes Ecclesias Unitorum usus fuerit, suamque confirmationem (:putans bona fide ibidem esse Episcopatum, aut in defectu illius titulum Episcopalem in partibus ad quem consecrari valeat:) a S. Sede Apostolica pure ex zelo conservandae ac promovendae Unionis in Hungaria demississime supplicuerit.

Primo: Postquam ego, Joannes Hodermarsky decem fere annorum spatio, Deo Auxiliante, in Hungaria diversis in locis, a piae recordationis Emin.mo Cardinali[142] missus Unionem Sacram promoverim multasque ecclesias cum Monasterijs Basilianorum S. Romanae Ecclesiae aduniverim, per pium ex hac vita decessum Josephi quondam de Camillis, Episcopi Sebasteni, et Vicarij Apostolici in Munchacs, a clero, varijs in locis pro electione Episcopi secundum consuetudinem antiquam, Synodaliter congregato electus primum, dein rogatus, ac tandem, me renitente, coactus fuissem, ut viduatae Ecclesiae curam in me suscipiam, deque Summi Pontificis Beneplacito et clementissima confirmatione sollicitus sim; Ego, saevientibus licet undique in Ecclesiam Dei Schismaticis, postpositis etiam vitae periculis hanc curam et onus potius ad ulteriorem S. Sedis dispositionem pro conservanda Neo-Unione suscepi. Et illico, qua vere S. Sedi obediens filius, ad S. Congregationem de Propaganda Fide per literas supplices recurri, eidem, flexo poplite, mortem primo supradicti piae memoriae D. de Camillis exponens, et me prorsus in ijsdem literis omisso, quatenus de alio providere benignissime vellet et dignaretur rogavi.

Secundo: Donec igitur S. Sedes nullum Administratorem deputasset, ego qua per Clerum Electus curam, qua potui sollicitudine, orbatae gessi

---

[142] Cardinalis Leopoldus de Kollonitz, qui obiit die 20.I.1707, et erat Archiepiscopus Strigoniensis et Primas Hungariae.

Ecclesiae; Quamprimum vero dicta S. Sedes Dominum Vinnicky, Episcopum Premisliensem, in Administratorem nobis declarasset,[143] eidem ego primus in Russiam personaliter comparens omni reverentia et debito respectu me submisi, Vicariamque Potestatem tanquam S. Sedis deputato resignavi, et universo Clero ad id Munkacsinum convocato, Bullam Pontificiam fideliter in Rhutenicum idioma versam praelegi, monendo et adhortando serio eundem sub censuris in Bulla contentis, ut omnem obedientiam Domino Vinnicky praestet, et eundem pro deputato a S. Sede Administratore indubitate agnoscat. Clerus vero Universus, contra dictum Dominum Administratorem, ob duplicem potissimum Causam, solenniter protestabatur: Primo, quia manet in alio distincto, et lingua et moneta et alijs rebus Regno, ad quod transitus viarum passum non (f. 76v) solum difficiles, periculosi, clausi, verum etiam a Racozio prorsus prohibiti sub poena amissionis bonorum, et etiam gravissimis poenis; secundo, quia a nonnullis ecclesijs et praecipuis etiam 40 et amplius distet milliaribus, quo pro ordinibus et alijs occurrentijs nonnisi cum periculo vitae erat accessus. Ob has igitur et alias praegnantes rationes Clerus (:me unico protestante:) Dominum Vinnicky in Administratorem acceptare recusabat. In me vero exasperatus ex eo, quod ut me ab Electione facta liberem, mea opera Dominus Vinnicky fuisset factus Administrator, una cum deputatis ipsius ex Synodo amandavit.

Hinc ego (:cum aliunde Dominus Vinnicky in Administrationem se nullo modo immitteret:), ne majus schisma oreretur, ex Hungaria discessi, et anno 1707, in mense septembri, veniendo Viennam intendebam Romam viam dirigere, verum detentus ab Augustissimo Imperatore, nominatus fui illius Ecclesiae (:supponendo bona fide ibidem esse Episcopatum:) Episcopus et Patentibus publicatus, et exspectaturus benignissimam S. Sedis confirmationem in eadem sopiri possim.

Tertio: Cum vero in dies iam in meditullio Unitorum, Pro Dolor! impune labes illa schismatis grassabatur, Uniti officijs privabantur, Parochijs expellebantur, ecclesiae, quasi pollutae per Unitos, a Schismaticis consecrabantur, infantes post mortem baptisabantur et alia nefanda scandala etiam ab Unitis fatebantur, multaque alia patrata fuissent, si Schismatici scivissent Unitis de Pastore non esse provisum, ego cum Patentibus Augustissimi Imperatoris et Eminentissimi et Serenissimi Domini Cardinalis de Saxonia ad confinia Hungariae me contuli, ostendendo Unitis, quod provisum sit de Pastore per nominationem Caesaream ac Regiam, et ad con-

---

[143] Georgius Wynnyckyj, episcopus Peremysliensis (1700-1713) nominatus Administrator eparchiae Mukačoviensis, post obitum Josephi De Camillis, die 7.IV.1707; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 9, nr. 627.

fundendos schismaticos, qui potissimum in eo divexant Unitos, quod vocent illos Simias Romanorum, et quod hi per vim ad Unionem se intrudant, a Romanis vero contemnentur, et despectui habeantur, imo opprimantur. Haec et similia licet falsa sint tamen tepidos Unitos dejiciunt, conturbant, et facile ad vomitum pertrahere solent, praecipue dum Pastore, per quem animari deberent, careant. His igitur ut ego obviem, usus sum nominatione Caesarea ac Regia, Unitos animando, Schismaticos vero confundendo, falsa esse ostendens haec quae propudiose in Unitos effutiunt. Quod utique facere non potuissem nisi intuitu (:cum confirmatus nondum fuerim:) collationis Regiae et ipsius authoritate.

(f. 77) Et hoc non sine fructu, nam multi Uniti, ad Schisma propendentes et jam viam ad Pseudo Episcopum parantes, per hoc retracti sunt, et Schismatici aliquantum ab ulteriori invasione ecclesiarum se continuerunt; donec post aliquod tempus ab Unitis ad me pro ordinibus recurrentibus, me non esse consecratum Uniti cum summo dolore, Schismatici vero cum gaudio intellexissent et pejus quam antehac in Unionem sevijssent.

Quarto: Hinc ego, clare videns pure ex defectu Pastoris Unionem hanc ruinam pati, ad Serenissimum et Eminentissimum Dominum Cardinalem quam Archiepiscopum nostrum, et Ill.mum modernum Nunciaturae Administratorem recursum Anno 1708, in Mensibus Majo et Junio feci,[144] ruinamque hanc exposui, et consultis gravibus et doctissimis viris, ex consensu Serenissimi et Eminentissimi Domini Cardinalis projectum feci: siquidem piae recordationis Eminentissimus D. Cardinalis a Kollonitz Episcopum Unitum pro Transylvania, absque confirmatione S. Sedis, consecraverit, et multi Metropolitani hanc Facultatem habeant, an pro modernis tam gravibus circumstantijs id fieri pro avertenda tanta jactura animarum fieri non posset? quod fieri haud posse dum intellexissem, destiti illico ab hoc Projecto, et usque in praesens benignissimam (:juxta mihi benigne in partibus conferendum:) expecto confirmationem.

Haec igitur taliter a me facta non ex arrogantia aut praesumptione, sed pure ex zelo conservandae Unionis, a me multis laboribus periculisque vitae promotae, et ne laboribus (:quibus in Hungaria non peperci:) hic indulgere videar, humillime repraesento, paratus, si circa Unitorum scandalum fieri posset, ut alius idoneus Episcopus Unitis per S. Sedem ponatur, de me vero eadem secundum suum beneplacitum, ut cum Filio obedire promptissimo, disponere clementissime dignetur, cui semper obedientissimus vivo et morior, etc...

---

[144] Internuntius Vindobonensis tunc temporis erat Marcus Antonius Santini (1708-1709).

228.

*Byten, 18. III. 1710.*

*Nominatus Mukačoviensis, P. Filipowicz gratias agit pro nominatione et, hanc acceptando, promittit subiectionem et operam, expetendo protectionem Congregationis de Prop. Fide etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 572, fol. 234-235.

Emin.me et Reverendissime Domine, Domine, Domine Clementissime.

Recepi cum ea qua par est reverentia et submissione duplicatas Eminentiae Vestrae, Domini mei Clementissimi, datas in manus Ill.mi Episcopi Premisliensis, Ritus nostri, alienatus iam a latere et obsequio eiusdem, ac dissitus ab illo multis intervallis, quibus Eminentia Vestra indicare mihi dignatur, voluntatem Sacrae Congregationis Eminentissimorum Dominorum meorum, qui satagendo prospicere tot annis iam orbato gregi Ruthenico in Oris Hungariae idoneum Pastorem et Rectorem, in me, tot praetermissis longe dignioribus et capacioribus, benignissimos oculos suos conijcere voluit, et ad hocce munus sublimare decrevit. Equidem non modo confusus, sed attonitus prorsus haesi, ponderando mature tum magnitudinem tantae gratiae DD. meorum clementissimorum, qua me ultro, nullis prorsus meritis ad ipsam suffragantibus, insignire statuerunt, tum gravitatem muneris, quod eadem secum deferet, improportionem omnimodam virium mearum plane nullarum, illi portando. Unde primario humillimis pro praetacto respectu, quo me vilissimum et novissimum omnium, clementissime suspicere dignati sunt, ad sacras plantas earundem Eminentiarum DD. meorum profusis gratiis, quod attinet ipsam muneris molem, quam super imbecilles lacertos meos collocare velle visum est benignitati ipsorum, (f. 234v) id de me testatum facio Eminentiae Vestrae, si meo iudicio et arbitrio relinquerer, procul dubio omni semota deliberatione, in id unum contenderem universis viribus et precibus meis, ut in alios humeros digniores et robustiores illud transferre dignarentur, ne me ipsum tantae dignitatis frustrationis discrimini objicerent. Sed quia instituti mei religiosi est, seposito iudicio et arbitrio proprio, alieno semper agi et regi, cum me obedientia Religionis meae (quae a beneficiis assiduis huius Sacrae Congregationis, quae in ipsam ubertim derivantur, omnibus nutibus suis totam se mancipatam profitetur) stringit, ut paream huic vocanti gratiae illius, ad usus et ministeria sua, captivo intellectum et voluntatem meam in obsequium ipsius. Sperans, quod esto ob exilitatem virium mearum defuero in hoc munere votis et expectationi, ex mea parte, huius Sacrae Congregationis, tanto faciliorem inveniam in benignissimis pectoribus eiusdem veniam, quanto minus electionis mei ad illud praecessit desiderium et studium. Quod vero tem-

poralia necessaria concernit, tam capessendo huic muneri et ministerio, quam eidem pro decore debito deinceps gerendo, iacto hac in parte totum cogitatum meum in paternam providentiam (f. 235) Sacrae Congregationis, quae ex his nil unquam servis suis deesse patitur, meliusque novit, quid unicuique necessarium esse possit, quam id ab illis peti exprimique valeat. Et demississime S. Fimbriam Sacrae Purpurae Eminentiae Vestrae exosculans, eiusdem me ulteriori patrocinio ac protectioni totum quantum enixissime devoveo.

In Monasterio Bitenensi, die 18 Marcij 1710.

Eminentiae Vestrae, Domini mei Clementissimi humillimus Servus et Exorator

Polycarpus Filipowicz, O.D. Basilij Magni, Consultor, et Superior Monasterij Bitenensis.

## 229.

*Leopoli, 14. VI. 1710.*

*Epistola quaedam Episcopi Leopoliensis Macarii Tuczapskyj de subiectione sui episcopatus Metropolitae Kioviensi deque eius figura iuridica, ecclesiastica et administrativa. Litterarum traductio authenticata ex occasione novae provisionis Eparchiae, et litis de cathedra Haliciensi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Pol.*, *Ruteni*, vol. 3, fol. 327v-330v.

1° - In nomine Domini Amen. Praesenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, et sit notum, quomodo anno a Nativitate eiusdem 1710, indictione R.ma 3a, Pontif. SS.mi in Christo Patris et D.N.D. Clementis divina providentia eius nominis Papae XI anno X, die vero mensis Junii XIV, personaliter constitutus Admodum R.D. Severianus Klepacki, Ordinis S. Basilii Magni Procurator, petiit a me Prothonotario Apostolico, quatenus ex actis meis Apostolicis scriptum quoddam, seu litteras infrascriptas polonico idiomate, ante annos X actitatas, ingrossatas et existentes, nunc vero in latinum stylum fideliter versas, collationatas et concordantes per totum, eidem traderem, quod in quantum de jure, quia in manifestis acta nemini denegari debent, obtinuit. Cujus quidem scripti, seu litterarum tenor est, qui sequitur talis:

« Ego Macarius Tuczapski Episcopus Curiae,[145] de brachio Ill.mi Archiepiscopi Metropolitani Kijoviensis, Haliciensis et totius Russiae Macarij, Ha-

---

[145] Macarius Tuczapskyj, episcopus Leopoliensis, post renovatam eparchiam (1539-1549).

liciensis, Leopoliensis, Camenecensis, Snjaticensis, Rohatynensis, Trembovlensis et omnium terrarum Russiae et Podoliae, eorumque districtuum, notum facio his meis litteris, coram Clementissimo Deo, castissima eius Matre, S. Caelestibus Potestatibus et omnibus Sanctis, qui coram Domino Deo manuerunt, quod quoniam Dominus et supremus Pastor noster Illustrissimus Archiepiscopus Metropolita Kyoviensis, Haliciensis et totius Russiae Macarius,[146] de voluntate et gratia sua, potestate Sedis, sanctitate et Pastoratu suo me creavit Episcopum suae Curiae et dignatus est mihi Metropoliam suam Haliciensem (f. 328) de bracchio suo conferre, ecclesias Dei et spirituales personas, ac omnes homines, qui nuncupari possunt ovium grex obedientium Christi, Russiae et Podoliae Terrarum mihi famulo suo, meaeque inspectioni ac regimini spirituali concredidit et injunxit mihi Dominus Metropolita eo modo procedere in spiritualibus causis, veluti antea Antecessores mei processerunt in hac Metropolia Haliciensi. Et quam Serenissimus Rex me penes hanc Metropoliam regio suo privilegio et litteris roboravit. Idcirco ego Macarius litteris meis voveo Domino et Primati Pastori meo hoc spirituale officium sedis Ill.mi Metropoliae Haliciensis administraturum me, successores Episcopos Halicienses de voluntate Ill.mi et imperio gubernaturos ecclesias Dei, spiritualem statum et omnes christianos nuncupatos homines nostrae Religionis Graecae in hac Haliciensi Metropolia existentes, iuxta traditionem et denunciationes canonum SS.rum Apostolorum et S. Patrum ac etiam Ill.mi Metropolitani Kijoviensis et totius Russiae Domini Macarii Benedictionem et Doctrinam ac quidquid mihi Dominus meus Clementissimus dederit de hac Haliciensi Metropolia proventuum spiritualium ex consecratione ecclesiarum Dei et de omnibus perceptis spiritualibus, haec omnia collecturum et de his collectis, quovis anno post Pascha Ill.mo rationem redditurum. Ill.mus vero medietatem sibi capiet, altera vero medietas mihi pro labore obveniet; propterea spondeo, et sub maledictione SS. Apostolorum et SS. Patrum (f. 328v) obligor me, hanc sedem Metropoliae Haliciensis pro sua proprietate non agniturum, neque hoc attentaturum, ut a Metropolia Kyoviensi segregetur, nec meos successores ausuros, sed eam possessurum et post me futuros Episcopos de voluntate et gratia ac benedictione Ill.mi Domini Metropolitae Kyoviensis, Haliciensis et totius Ecclesiae Macarij, successorumque eius. Portatilia quoque Altaria subscripturum nomine Domini mei Metropolitae Kyoviensis, Haliciensis, totiusque Russiae Macarij. Quod si ego, et successores mei non iuxta Canones San. et Religionem nostram in hac Metropolia Haliciensi procedemus et contrarium quid in me Ill.mus reperiet, licitum erit ei punire me juxta demerita mea, prout jus spirituale imperat. Quod si ego Ma-

---

[146] Metropolita Kioviensis Macarius II, ann. 1538-1555.

carius vel successores mei ab hac mea inscriptione in minima parte recederint vel contrarietatem aliquam Ill.mo D.no et Pastori meo Metropolitano Macario et successoribus eius Metropolitanis in Sede Metropolitana Kyoviensi ,et Haliciensi fecerint, hunc statum meum Episcopalem amittam et pro hoc praeterea ausu incurram supra praefatam maledictionem Sanctorum Apostolorum et SS. Patrum. Denique Serenissimo Regi florenorum vadia exsolvere tenebor, Metropolitano vero Kyoviensi et Haliciensi et totius Russiae Macario, post eumque futuris Metropolitanis nongentos Florenos in perpetuum. Porro dedi Domino meo Ill.mo Metropolitano Macario et post eum futuris Metropolitanis Kyoviensibus et Haliciensibus, ac totius Russiae hoc meum manuscriptum cum sigillo meo, praesentibus (f. 329) tunc Episcopis: Polocensi, Vitebscensi et Mscislaviensi Simeone, Vladimiriensi et Brestensi Gennadio, Luceoriensi et Ostrogensi Arsenio, Turovensi et Pinscensi Basiano, Premysliensi et Samborensi Arsenio, Chelmensi et Belzensi Jona, Principe Georgio Simeonide Olelkovicz Slucensi, Domino Alexandro Joannide Chodkievicz, Capitaneo Brestensi, Marescalcho Serenissimi Regis, Domino Joanne Hornostay Thesaurario Terrestri, Gubernatore Palatinatus Trocensis, Mareschalco et Notario Regis, Domino Joanne Andrzeievicz Thesaurario Curiae Serenissimi Regis, ac expetitis ab Episcopis, et Ill.mis Dominis appositionem sigillorum, illi vero ad mea humilima postulata hoc fecerunt, et sigilla sua ad has literas meas apposuerunt. Scriptum Novogrodeci, anno a Nativitate Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, mensis Februarij vigesima secunda die, Indictione decima tertia.

« Apud has literas sigilla septem, et subscriptio in eum modum: ego Macarius Tuczapschi ipse propria manu has meas literas subscripsi.

« Super ejusmodi per depromptum ex actis meis Prothonotarialibus extraditione praememorati scripti, idem qui supra Principalis petijt a me Prothonotario Apostolico, quatenus unum vel plura, publicum vel publica Instrumentum sive Instrumenta conficerem, atque extraherem, prout opus fuerit, et ego requisitus ero. Acta vero sunt haec Vilnae, Anno, Indictione, Pontificatu, mense, et die quibus supra. Praesentibus Admodum R.dis Dominis Andrea Woytkievicz, Commendario, Joanne Sochonowski, Vicario ecclesiae tituli S. Joannis, Parochialis Vilnen., actu Presbyteris, fide dignis testibus, ad premissa vocatis, rogatis, habitis, et adhibitis. (f. 329v) Et quia ego Joannes Pauli Tolscikieviz, Prothonotarius Sedis Apostolicae, Canonicus Smolen., Parochus, et Notarius Venerabilis Cap. Vilnen., S.R.M. Secretarius prememoratas literas polonico stylo in actis meis Prothonotarialibus ante annos X olim ingrossatas, nunc in latinum idioma fideliter versas, illesas, collationatas in praesentia testium supra memoratorum, et per totum concordantes, ex ijsdem actis apostolicis extradidi, ideo super hac re Instrumentum publicum per me confectum, licet aliena manu, mihi tamen sem-

per fida scriptum, manu mea propria subscripsi, et signo, quo in talibus utor, communivi, rogatus, et requisitus. Idem qui supra manu propria ».

2° - « Motu proprio, et ex certa scientia nostris, et de Sedis Apostolicae plenitudine statuimus, et ordinamus, ut quandocunque posthac aliquas ex praedictis eorum Cathedralibus Ecclesijs, seu sedibus Episcopalibus Wladimiriensis, nimirum, et Brestensis invicem, Luceoriensis, et Ostrosiensis, etiam invicem, Polocensis, et Vitepscensis etiam invicem, Pinscensis, et Turroviensis, pariter invicem, Premysliensis, et Samborensis similiter invicem, Chelmensis, et Belzensis etiam invicem, Leopoliensis, et Camenecensis, etiam invicem perpetuo etc. vacare contigerit, a predicto Archiepiscopo Metropolitano Chyoviensi, et Haliciensi nunc, et pro tempore existenti etc. ».

3° - « Referente Eminentissimo Domino Cardinali S. Xisti instantiam Agentis Metropolitae Russiae, et litteras Nuntij Poloniae de Bullis Coadjutoriae ipsius Russiae Metrop. expeditis pro F. Raphaele (f. 330), Episcopo Haliciensi, Rutheno unito,[147] cum clausula ordinaria: *ut decedente coadiuto vacet Ecclesia Halicensis*, Sacra Congregatio censuit, si SS.mo placuerit, delendam esse dictam clausulam a praedictis Bullis, vel novas, sine illa esse conficiendas, aut alio modo providendum, ne praedicta Ecclesia Haliciensis per mortem Coadiuti vacet, quia semper unita fuit cum Metropolit. Russiae, et ex eius pinguioribus redditibus Metropolitae pro tempore substententur. Eadem die SS.mus D.N. jussit agi cum R.mis DD. Datario, et Maraldo, ut provideant juxta petita, vel per expeditionem in forma, cui prius vel alio modo sine dispendio Coadiuti, et Coadiutoris juxta privilegia Ruthenorum unitorum ».

Die 5a Iunij 1631...[148]

Georgius Winnicki Dei, et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Metropolitanus Kyoviensis, Haliciensis, totiusque Russiae, Episcopus Premisliensis, Sanocensis, Samboniensis, Archimandrita Dermanensis, et Dubnensis.

Universis, et singulis, quorum interest, vel intererit notum facimus per praesentes, quas sub fide, honore, et conscientia nostra damus, quod ab Ill.mo, et Rev.mo piae memoriae Metropolitano Russiae Leone Zaleschi habendo nobis commissum negotium requirendi Cathedram Haliciensem, quam pro tunc Szumlanschi, fundata adhuc possessione in Schismate, tunc autem jam in Unione existens, et cum hoc fine, et motivo in anno 1700 ipso descenderimus Leopolim, supremus dux exercitus Polonici, (f. 330v) singularis Protector Unionis Sanctae eiusque incrementa procurans, maxime in Dioecesi Leopoliensi auctor primarius exterminatae disunionis piae.mem.

---

[147] Raphael Korsak, episcopus Haliciensis (1626-1632), dein Pinscensis (1632-1637) et demum Metropolita Kioviensis (1637-1640).

[148] Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 103, nr. 184 et respectivum decretum.

Ill.mus Jablonovius, nos in persona nostra studio invitatos, semotis arbitris fortissime est dehortatus, ut non solum ego desisterem a praemeditata actione, verum ut et Ill.mus Metropolitanus pateretur tantisper, validissimas dando rationes, ne in recenti accessu suo exacerbaretur litigijs juris Canonici, cui non erat assuetus, idem Episcopus Leopoliensis, et quod ille recuperaverit aliqua bona ab Ecclesia Haliciensi avulsa, et sic persuasit, quod propter bonum Unionis, tanquam recenter evadenti cum ampla Dioecesi, dissimulatum est. Quod ita factum est inter nos, et supradictum Ill.mum Supremum Ducem, verbo Episcopi assero, et testo. In quorum fidem hasce sigillo nostro munitas manu propria subscripsimus.

Datum in Monasterio S. Salvatoris, die 21 Januarij 1711.

Georgius, Archiep. Metrop. totius Russiae.

(Loco=Sigilli)

## 230.

*Uroż, 22. XI. 1710.*

*Archiepiscopus Polocensis S. Pieszkiewicz certiorat Congreg. de Prop. Fide de sua consecratione, de conflagratione cathedrae et insufficientia bonorum Archieparchiae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 576, fol. 6rv, 9rv.

Eminentissimi ac Rev.mi Domini, Domini Patroni Col.mi,
et Maecenates Amplissimi.

Demississimo poplite, ac omni venerationis, nec non debitae observantiae cultu, pro praestitis mihi Beneficijs, Eminentijs Vestris summas dum refero grates, significo, quod Ill.mus Dominus Metropolitanus, vigore Instantialium Eminentiarum Vestrarum, cum assistentia Ill.mi Episcopi Leopolien. (f. 6v) et aliorum, consecravit me die nona currentis pro Archiepiscopatu Polocensi, cuius ecclesia, nunc mea Cathedralis, in Arce Civitatis sita, nescitur quo fatali casu tormentario pulvere explosa, non aliud, quam cineres et rudera pro sui reliquit memoria. Ipse Archiepiscopatus sive Bona (f. 9) ad Mensam meam spectantia, partim per rapinam Nobilium aliquorum, partim per incuriam Administratoris sunt ad incitas redacta. Quare nescio modum, qualiter pro decore dignitatis mea subsistam ibi. Quo hisce pergo diebus, inde plura significaturus et plenam ac exactam de omnibus daturus notitiam. Modo vero dum me immutabili protectrici reccomendo (f. 9v) Eminentiarum Vestrarum gratiae, aeternum gratus, Sacram devotissime exosculor Purpuram.

Urozijs, die 22 9bris 1710.

Eminentiarum Vestrarum Dom.num mihi Clementissimarum humillimus Servus et Exorator perpetuus

Sylvester Pieszkievicz, Arch.pus Polocen.

## 231.

*Urož, 30. XI. 1710.*

*Consecratus Archiepiscopus Polocensis S. Pieszkiewicz Secretario de Prop. Fide gratias agit, certiorat de consecratione, et ulteriori programmate petitque litteras missionariatus pro P. Laurentio Sokolinskyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 576, fol. 7-8.

Illustrissime ac R.ndme Domine, Domine, Patrone Colendissime, et Benefactor Amplissime.

Protectrix Gratia et omnimoda propensio erga meam indignam Personam, perenni gratitudine perdurans in corde meo, stringit me ad persolvendum debitum homagium Ill.mae Dom.ni Vestrae, Benefactori, et Promotori meo singularissimo, qua adjutus, ad felicem tandem vigore Instantialium Sacrae Congregationis perveni portum. Consecravit me modernus Ill.mus Dominus Metropolitanus pro Archiepiscopatu Polocensi, de cujus ecclesiae in Arce Civitatis sitae, nunc meae Cathedralis, statu deplorabili, suppono quod jam pridem innotuit Ill.mae Dom.ni Vestrae, et Sacrae Congregationi; mihi vero, et posteritati non aliud, quam cineres pro memoria reliquit sua. Peracta est Consecratio mea die nona currentis Mensis, Urozijs, (f. 7v) cum Assistentia Ill.mi Domini Episcopi Leopolien. Ritus nostri et aliorum. Hisce diebus pergam Zloczowiam ad Ill.mum Dominum Episcopum Cujaviensem cum Literis Sacrae Congregationis, poscentis eum, ut mihi, et Clero meo per Serenissimum Regem nostrum, apud Czarum Moschoviae, nec non Ministros illius conciliet securitatem, inde vadam ad meam Dioecesim. Unde de omnibus exactam dabo notitiam Ill.mae Dominationi Vestrae. Archiepiscopatus mei bona ad nihilum sunt redacta ita, ut vix umbra ipsorum remansit. Literas patentes pro Missionariatu Apostolico R.ndo Patri Laurentio Drucki-Sokolinski, et facultates Episcopis dari solitas in partibus, maxime necessarias, in Personam meam expediendas, et transmittendas humillime supplico. Et modo cum (f. 8) profundissima adoratione, aeviterna gratitudine maneo

Urozijs, die 30 Novembris 1710.

Illustrissimae ac R.mae Dominationis Vestrae, et Benefactoris mei Amplissimi humillimus Servus

Sylvester Pieszkievicz, Archiepiscopus Polocensis.

## 232.

*Mukačevo, . . . 1710.*

*Nominatus caesareus Mukačoviensis Joannes Hodermarskyj Cardinali Austriae, Christiano Augusto de Saxonia, de damnis ex sua non confirmatione in Episcopum Mukačoviensem a Sede Apostolica.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 524rv.

Serenissime Dux, ac Eminentissime Cardinalis, Domine,
Domine Archi Praesul Benignissime.

Deosculando Cardinalitiam Serenissimae Eminentiae Vestrae Purpuram, humillime repraesento: Quantam ob non obtentam meam Confirmationem ac Consecrationem Unio passa sit, ac etiam nunc patiatur jacturam, ubi:

Primo, Maior pars Sacerdotum ac Parochorum per Schismaticum Episcopum ordinata actualiter reliquos quoque Unitos labe Schismatis inficit, dum ex Indulto cujusdam praetensi Uniti, Georgij Bizanczy, G. Ritus Presbiteri, Missas celebrat, contra Serenissimae Eminentiae Vestrae mandatum ac meam Intimationem. Imo:

Secundo, in congregatione Kalloviae hoc Anno peracta, meos homines ad Unionem illos adhortantes, ejiciendo, ac demum incarcerando, omnibus spoliando, se non velle agnoscere Summum Pontificem, in praesentia dicti Bizanczi, protestari non sunt verriti.

Tertio, Sacerdotes Bigami, irregulares et caeteris censuris involuti ex ejusdem licentia celebrant, pariter saeculares duas, tres uxores vivas habentes reliquis convivunt adultere cum ejusdem facultate.

(f. 524v) Quarto, supradicti Schismatici, imo et antehac Uniti ad Schisma relapsi in praesentia mea pro quattuor Patriarchis loco Summi Pontificis, in Missa orabant, clara voce et actualiter orant. Denique fere omnes Parochi, rejectis Ritibus unitis, ad persuasionem toties dicti Bizanczi ad priores errores schismaticos sunt relapsi, ac in ijs haerent; hinc

Quinto, cum omnes Uniti Graeci Ritus, tam Praelati quam Clerus, tam in Russia quam in alijs Regnis, suis Metropolitanis subsint, cum Serenissima Eminentia Vestra meus sit Metropolitanus, haec tanquam meo Archi-Praesuli repraesentare necesse judicavi, supplicando humillime dignetur benignissime de medio aliquo providere, ac mihi gratiosissimam pro solatio Cleri uniti, ac conservanda Unione resolutionem impertiri. Pro qua benignitate, una cum Clero unito, quoad vixero meis indignis precibus ad demerendum me obligatissimum exhibebo.

Serenissimae Eminentiae Vestrae Servus et Capellanus obsequentissimus
Joannes Fr. Hodermarski, Graeci R. Unitorum,
El. Episcopus Munkatz.

## 233.

*Mukačevo, . . . 1710.*

*Ut videtur, Polycarpus Filipowicz, Nominatus Bodoniensis, de gestis et abusibus Josephi Hodermarskyj, Nominati Caesarei, in Transcarpatia. Forsan etiam cuidam Cardinali Vindobonensi vel Metrop. Kioviensi hoc defert.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 534-535v.

Minime ausus hucusque sum Ill.mam, et Rev.mam Vestram Excellent. Dominum meum Clementissimum (sciens aliunde publicis de conservatione Hierarchiae, ac continuis occupatum esse curis) tanquam ignotus exigua molestare litera mea. Cum vero nunc transeundo per inclytam Archidioecesem Premislien. mirabilia, et quidem inaudita a certis, et fide dignis tum spiritualibus, tum saecularibus utriusque Ritus Personis de transactionibus R.P. Joannis Josephi Hodermarski, ficti Episcopi Munkaczynensis perceperim, idcirco easdem Ill.mo, ac Excellentissimo D. Archipraesuli nostro gratissimo referre non otior.

1mo, quod Dominus Hodermarski incedit in vestitu, et ornatu Episcopali; 2°, Personas consecrat in subdiaconos, et diaconos, et ut a quibusdam audivi etiam in Praesbiteros; 3°, in ecclesijs Romanis sub pane azimo in districtu Graeco celebrat; 4°, Praesbiteris per districtum Macovicensem Homonen. Stropkovicensem per octodecim florenos Hungaricales extorquet; 5to, Praesbyteros bene habiles, adhibito brachio saeculari, captivat, in compedes projicit, ab iisdem ad placitum tributa extorquet; 6to, Cum conscriptis praedonibus hinc inde per montana vagatur; homines ex substantia tum mobili tum immobili exuit; 7mo, Personas in censuris ecclesiasticis existentes ex alijs dioecesibus cum ex Praemisliensi recipit, ijsdemque Beneficia confert; 8vo, Praesbiteris secundas uxores ducere benedicit; 9no, cum scandalo maximo tum Haereticorum, tum Catholicorum vitam gerit; 10mo, Hoc etiam (f. 534v) defero, quod certa Persona Unguara donavit titulo eleemosinae tribus Monasterijs Dioecesis Premislien., Dobromilen., Laurovien., et Smolnicen. Sanctimonilium tria vasa vini, quae D. Hodermarski intercaepit, et sibi appropriavit.

Id etiam non sit molestum Ill.mo Domino legere, quanta debita contraxit Dominus Hodermarski. Primo, R.P. Gabrieli Hoveniensi, Societatis Jesu, Rectori Tyrnaviensi tenetur 3000; cuidam Nobili in Silesia, nomine Zluk, mille taleros; Fratri eiusdem centum talleros; Praelatis hinc inde tum in Polonia, tum in Moravia, Austria quantum nescio. Praeter hoc quod accepit ab Augustissima Aula scilicet primo 1000 ducales, 2do 500 Imperiales, spondens se laturum vel vivum, vel mortuum Rakocyum Viennam, de

oppignoratione certi Thesauri apud R.D. Decanum Lorensem, non procul Plesna, alias Polonice Poczyna. Haec dum defero laciniam S. Purpurae exosculans maneo...

## 234.

*Leopoli, an. 1710-1711.*

*Barlaam Szeptyckyj, Ep. Leopoliensis diffuse exponit de praetensionibus Metropolitae Kioviensis ad Cathedram Haliciensem, earumque iniustitiam probat amplissima serie documentorum historicorum et deductionibus iuridicis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 577, fol. 512-521.
APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 3, fol. 451-455v.

Ad Maiorem Dei Gloriam, Gloriosissimae Virginis Mariae in Coelum Assumptae, sub cujus titulo Ecclesia Haliciensis in Krylos subsistit, Honorem.

Incompetens Praetensio Illustrissimi Metropolitani ad eandem Ecclesiam Haliciensem deducitur.[149]

Credit Illustrissimus Metropolitanus Ecclesiam Haliciensem extare Metropoliae unitam? Non bene credit.

Nam ad bene credendum et possidendum requiritur bona fides. Et sicut bona fides ac sincera, dicitur in Iure ignorantia rei alienae seu Iuris alieni, ita mala fides dicitur, scientia vel notitia rei alienae.

Verum quidem est quod exstat memoria, fuisse quondam Metropoliae Kiovien. sub uno Domino pro tunc existenti unitam, sed subsequentes actus et anni aliter disponunt; et posteriora tollunt priora.

Vel enim Ill.mus Metropolitanus scit, vel non? quibus fulciatur Iuribus, Privilegijs, Fundationibus Principum Episcopatus Leopolien., Halicien. et Kamenecensis Podoliae.

Si scit (quod procul dubio est): nam in Patrio natus et educatus solo, Patriarum non ignarus legum, Privilegiorum, Fundationum, et Constitutionum Regni. Et vel ex ipsis traditionibus ac fama notitiam sumpsimus; et si non vidisse, saltem audivisse, memoriamque extare, Episcopos Leopolien. a prima fundatione et Privilegio semper in actuali, sine intermissione et

[149] Quaestio haec longius iam tempus vigebat et tandem sub Metropolita Kioviensi Georgio Wynnyckyj (1708-1713) modo formali promota fuit, praesertim tempore novae provisionis eparchiae Leopoliensis in persona Barlaami Szeptyckyj. Hanc causam posuimus sub annis 1710-1711 quando est exorta et formaliter definita. Cfr. de hac causa quae habentur in *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I et II; praesertim sub annis 1710-1711; nec non quae habentur annis praecedentibus, ex.gr. anno 1701, sub nr. 738 in vol. I, pag. 173.

omni praepeditione, extitisse Ecclesiae memoratae Haliciensis possessione; non item e converso; ad quid ergo ita credit, et indebite agit, ac praetendit?

Si vero non? (quod non credo): Ergo pro evidentiori informatione, ita demonstratur et probatur.

Ecclesia et Cathedra Haliciensis verum quidem est, quod Metropoliae (f. 512) Kiioviensi fuerat ab immemorabili aevo unita, sed subsequenti tempore, sub Sigismundo Primo Jagelonis Nepote, Casimiri Filio ex Magno Ducatu Lithuaniae in Regnum Poloniae post Praedecessores et Fratres suos Serenissimos Reges, Casimirum Magnum, Ludovicum Ungarum, Vladislaum Jagiellonem, Vladislaum Tertium, Casimirum Secundum, Joannem Albertum, et Alexandrum vocato, et in anno 1507 coronato dissociata, in Episcopatum transijt. Etenim Incolae Russiae Terrae Leopolien. Halicien., et Camenecen. Podoliae Status spiritualis et saecularis, proprio suo ordinario longa annorum intercapedine, ab ipsa sui Serenissimo Casimiro Magno deditione,[150] deficiente Pastore, summe et exinde pertaesi, Kijoviam tam longe distantem, Accolitos Sacri Ordinis Chirotoniam consequendi, tum et ob alias dispensationum, benedictionum, ecclesiasticarum Causarum, divortiorum necessitates, ordinandi, et plane quasi extra Altare vivendo, consilio in comitiolis facto, recurrunt ad Sacram Regiam Maiestatem supplicantes, quatenus detur illis libertas eligendi Episcopum.

Annuit votis Rex, et electus liberis votis Macarius Tuczapski, protunc Officialis Metropolitanus, in Anno 1539, Regique per Incolas praesentatus, et Privilegio seorsivo pro Episcopo Haliciensi, Leopoliensi, et Camenecensi Podoliae nominatus, et insignitus. Quod Privilegium sic in se sonat:

« In nomine Domini Amen. Ad Rei Memoriam sempiternam. — Nos Sigismundus, Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, nec non Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Culmensis, Elbingen. Pomeraniaeque Dominus et Haeres. — Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis harum notitiam habituris. Quia Nos, ad humilem supplicationem, et diligentem certorum Nobilium, Subditorum nostrorum, Terrarum Russiae Ritus et Fidei Graecae apud nos factam: Quaerebantur enim, quod eorum Spirituales cogerentur aliunde ex Terris Russiae, Podoliae Ritus et fidei Graecae pro (f. 513) Ordinibus accipiendis in Moldaviam, et alia loca se conferre, et negotia sua spiritualia, ut Divortia, et Separationes matrimoniorum, quoties ex causis, ut dicebant, legitimis eveniebant, agere. Item synagogarum et ecclesiarum ipsorum Consecrationes impetrare eo, quod eorundem locum-tenens

---

[150] Casimirus III Magnus (1333-1370), annis 1340-1349; cfr. pressius de hac re AMMANN A.M., *Storia della Chiesa Russa e dei paesi limitrofi*, Torino 1948, pag. 76-86, etc.

Haliciensis, et Sancti Georgij extra muros Civitatis nostrae Leopolien., Honorabilis Macarius Tuczapski, vulgari nomine Namiestnik dictus, qui hactenus Metropolitani ipsorum Archiepiscopi Halicien. locum administrare, et tenere dicitur, non haberet eam facultatem, praemissa omnia iuxta ritum, consuetudinem, et necessitatem fidei illorum Graecae administrandi. Supplicarunt Nobis debita cum instantia, ut illis praemissis omnibus de clementia nostra Regia prospicere, *et ex eodem locum-tenente, Halicien., et S. Georgij Leopolien. nec non Camenencen. Podoliae, praefato Honorabili Macario Tuczapski,* Wladicam eis insignire, dare, et constituere dignaremur, in ijs proventibus, et introitibus, in quibus locum-tenens Halicien. hactenus mansit et praesidebat. Quorum quidem subditorum Nostrorum spiritualium et saecularium Ritus Ruthenici petitionibus permoti annuentes, eundem Honorabilem Macarium Tuczapski locum-tenentem in Wladicam eis dandum et constituendum duximus, damusque et constituimus praesentibus, ut a Metropolitano suo Kijovien. ad eam dignitatem Wladicatus insignitus, possit praemissa omnia, quae ad Ritum illorum fidei pertinere videbuntur, eis administrare, hoc est, ut deinceps ex Terris Russiae et Podoliae, districtibusque ipsorum, videlicet Haliciensi, Leopolien., Camenecensi, Sniatynensi, Trembovliensi, Spirituales eorum ordines suos iuxta Ritum ipsorum apud eundem Wladicam suum accipiant, et ad exteras partes pro recipiendis illis se deinceps non conferant. Item, quod dictus eorum Macarius Wladica, ecclesias ipsorum et synagogas consecrare, aliasque omnes actiones ecclesiasticas, prout et alij Wladicae administrare, Divortia, et Separationes Matrimoniorum inter Saeculares fidei suae facere possit et valeat. Cui quidem Wladicae (f. 513v) Macario sub potestatem illius damus et conferimus omnes et singulos Spirituales, Popones, eorumque ecclesias, synagogas, et monasteria, Terris Russiae ac Podoliae ac Districtibus supranominatis, Haliciensi, Leopoliensi, Camenecensi, Sniatynensi, Trembovliensi annexa, videlicet Ecclesiam Halicien. Metropolitanam, in qua quondam Archiepiscopus seu Metropolitanus eorum praesidebat, quae nunc eorum lingua vulgari Krylos dicitur. *Item Monasterium Uniow,* quod in honorem et titulum Sanctissimae Dominae Assumptionis Mariae Virginis a Praedecessoribus Nostris fundatum est, et alia omnia quibuscunque nominibus vocata, eiusdem Wladicae Jurisdictioni annectimus, et adscribimus. Quodque idem Wladica praefatus Macarius modernus et alij pro tempore existentes, more aliorum Wladicarum, Clerum suum praefatum in omnibus actionibus eorum, quoad Ritum et consuetudinem fidei eorum Graecae administrabit, et disponet, Successoresque sui gerent, administrabunt, et disponent, ex singulisque Poponibus in Wladicatu suo constitutis per sex florenos, ratione contributionis Kuniczne dicta, prout et alij Wladicae in suis Wladicatibus, singulis annis habebit, et percipiet, eorumque Poponum actiones et negotia in spiritua-

libus, nec non errores et excessus corriget, et emendabit, prout ad officium suum Wladicatus pertinere et spectare videbitur.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum est appensum. Datum Cracoviae Feria quinta post Festum undecem Millia Virginum proxima, anno Domini 1539, Regni vero Nostri anno 33. Praesentibus Reverendis in Christo Patribus Petro de Gamrat, Cracovien., Sebastiano Branicki, Nominato Poznanien. et Chelmen., Samuele Macieiowski, Nominato Regni Nostri Vicecancellario, Episcopis. Nec non Magnificis Generosis Petro Kmita, Palatino et Capitaneo Cracoviensi, Regni Nostri Mareschalco, et alijs plurimis, prout in originali expressi sunt de nominibus, etc. etc... ».

Tandem ab Illustrissimo Metropolita illo tempore itidem Macario,[151] Archiepiscopo Kijoviensi et Haliciensi (nam protunc sub (f. 514) uno Dominio Regis Poloniae extiteramus) consecratus, et ab eodem Episcopus Haliciensis, Leopoliensis, et Camenecensis Podoliae nominatus et recognitus, prout eadem nominatio, idiomate Sclavonico scripta, edixerit, quae de verbo ad verbum fidelissime interpraetata sic in se sonat:

« In nomine Domini amen. Dei Gratia, et Beatissimae Virginis Mariae, nos Macarius Archiepiscopus Metropolita Kijoviensis Haliciensis et totius Russiae notum facimus hisce literis nostris, quorum interest, sive lecturis, sive audituris, nunc et pro tempore existentibus. *Quod quae Metropolia Haliciensis ab aliquot centenis annis absque Episcopo extiterat,* non habens Episcopum in his celeberibus Urbibus Haliciae, Leopoli, et Cameneci Podoliae, quocirca Dominus Noster, piae memoriae Rex Serenissimus Sigismundus, Magnus Dux Lithuaniae Russiae etc. (:Nam post fata eius, cui successit Sigismundus Augustus, hoc actum:) videns quod in his celeberrimis Urbibus Haliciae, Leopoli, et Cameneci Podoliae, Gloria Dei notabiliter cessaverat, praesertim Populus, Ovile Christi, longe a Pastore fuerat, dignatus est Serenissimum Rex, ad submissam supplicationem nonnullorum Dominorum Consiliariorum, Episcopum constituere, et hunc Episcopatum conferre Generoso ac Spectabili Macario Tuczapski. Idcirco et nos, ad mentem et mandatum eiusdem Serenissimi Domini Regis sese referendo, eundem Macarium in Episcopatum Metropoliae Halicien. consecravimus, et benediximus, etc. ».

Jam ergo ex praemissis liquidissime patet, Episcopatum Leopolien. per Serenissimum Regem in Cathedra Haliciensi, Leopoliensi et Camenecensi, cum omnibus ad id spectantibus Spiritualibus, Monasterijs, et plenaria Jurisdictione erectum et fundatum esse. Nec eidem Privilegio per memoratum Metropolitam inficiasse, nec eundem per id aliquod praeiudicium sen-

---

[151] Macarius II, Metropolita Kioviensis (1538-1555).

sisse (:cum ponat rationes, ex quibus, bonum Ecclesiae permoventibus, id fecit:), imo per impositionem (f. 514v) manuum et consecrationem libere, referendo se ad mentem Regis, consensisse, et quasi eidem Ecclesiae omnibus reditibus renuntiasse.

*Et hinc oritur contra* partem praetendentem quaestio: Liberum ne fuerat Serenissimo Regi in Regno proprio, Domino protunc et Haeredi Russiae (:ut ex titulo patet:), ad expostulationem Incolarum Russiae, sine Pastore legitimo in suis oris, tanta annorum serie existentium, Episcopatum fundare? et Privilegium, praevia personae electione, conferre? vel non?

Si liberum (quod nequaquam negari potest).

Quoniam solis Regibus vigore legum publicarum et Constitutionum Regni maiorum beneficiorum distributio, Jus Patronatus, et collatio in bonis Regalibus, uti Supremis Tutoribus, Patronis, et Conservatoribus Jurium, libertatum, et Privilegiorum in Ecclesia Graeci et Latini Ritus competit, prout Constitutio 1550 Anno id probat.

Ergo et validum, non solum ex praemissis, sed quia nihil speciale habet, quod iuri communi praeiudicet, sine ullo cuiusvis praeiudicio, praevia electione et praesentatione datum, et ab ipso Metropolita consecrante acceptatum, tanti temporis interstitiis, et pacifica contentorum possessione solennisatum, nec unquam a quopiam revocatum, vel interturbatum.

Insuper Constitutionibus, et subsequentibus Privilegijs, Diplomatibus super liberam electionem elargitis firmatum, solidatum, nec unquam immutabile.

Nam Jus publicum dicit Privilegium esse duplex:

Reale, quod alicui loco datur, ut Civitati, Ecclesiae, et tale est immutabile, prout et huic Dioecesi datum. Alterum personale, quod sequitur personam, et cum persona extinguitur.

Si vero non erat liberum? et exinde Privilegium non erat validum. Jam illud Constitutiones, Diplomata, subsequentia Privilegia, Actus publici, Decreta solidarunt, validarunt et approbarunt.

Quod pars utrumque et probare, et sufferre, ac invalidare nequaquam poterit. Nam cuius condere illius et interpraetari.

(f. 515) Et sic Macario Tuczapski, circiter annis 22 vivente, per liberam Electionem successerunt, et Regimen Pastorale pacifice gesserunt:

Arsenius Balaban, 30 circiter annis;

Filius eius Geoden Balaban, 28 circiter annis;

Ostalovicius Lopatka, 10 circiter annis, regnantibus Serenissimo Sigismundo Augusto, Henrico Valesio, Stephano Bathoreo, Regibus Poloniae;

Tandem post hos successerunt huic oneri, per liberam Electionem, sub Serenissimo Rege Sigismundo Tertio:

Hieremias Tysarowski, qui per 20 annos circiter;

Arsenius Zeliborski, sub Serenissimo Vladislao IV, Rege Poloniae, qui per 22 annos;

Athanasius Zeliborski, Frater ipsius, sub Joanne Casimiro, Rege Poloniae, qui per tres circiter annos;

Ac tandem Josephus Szumlanski, immediatus Antecedaneus meus, itidem a Serenissimo Joanne Casimiro privilegiatus, per 42 annos, sub Serenissimis Regibus Poloniae Michaële, Joanne Tertio et feliciter ad praesens nobis regnante Augusto.

Regebant gregem Ecclesiae praedictae seu potius Cathedrarum Haliciensis, Leopolien., et Camenecen. Podoliae, et singuli seorsivis Privilegijs per Serenissimos Reges insigniti, pleno titulo Halicienses, Leopolienses, et Camenecenses Episcopi nominati, in pacifica semper Dioecesiarum suarum absque omni quaestione et dubietate extiterant possessione, nec ulla unquam oriebatur eiusmodi praetensio, et a quopiam mentio.

Tot et tanti nominis Metropolitae per tot saecula numerantur in Regno uniti cum Ecclesia Romana, et disuniti, etiam post mutatum Dominium Kijovien., utpote:

| *Uniti* | *Disuniti* |
|---|---|
| Michael Rahoza, Ipacius Pociey | Isidorus Job Borecki |
| Josephus Velaminus Rudzki | Petrus Mohyla |
| Rafael Korsak | Kosow |
| Antonius Sielawa | Balaban |
| Gabriel Kolenda | Tokalski |
| Cyprianus Zukowski | Winnicki Antonius |
| Leo Zalenski | Dux Czetwertinensis |

Non deerant inter ipsos toties mutua respectu Religionis, et Unionis conventicula, partim in Comitijs, partim in alijs publicis locis colloquia, praesertim Lublinense Colloquium generale,[152] ubi, ab invicem congregati in unum, inter se disceptabant, nec tamen aliqua unquam, etiam privata, fuerat huius mentio.

Tum Comitijs generalibus Regni semper assistebant, bono Ecclesiae et Religionis attendentes, Constitutiones de consensu Ordinum Regni procurabant, et de Ecclesia Haliciensi nulla erat a Metropolita mentio, et recursus.

---

[152] « Colloquium Lublinense » temporibus Metropolitae Cypriani Zochowskyj, instante rege Joanne Sobieski Lublini in januario 1680 an. convocatum; acta huius Colloquii edita fuerunt a Metropolita Zochowskyj an. 1680 Leopoli; cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, pag. 268-269, Romae 1958.

Disceptarunt inter se Swistelnicius, et Szumlanscius,[153] uterque habens Privilegium ad Episcopatum praesentem Leopoliensem, et magno motu non per unum annum causa coram Judicijs Relationum, post Curialibus, et alijs agitabatur, stante Archiepiscopatu protunc Antonij Winnicki, Patrui moderni Illustrissimi praetendentis; fuit praesens, consecravit in eundem Episcopatum Swistelnicium, nec intrabat per indictionem; quod non de propria re inter se certabant, si erat ipsius Cathedra, sed nec mentionem vel cautionem aliquam fecit.

Similiter et subsequentes Metropolitae, nil quidquam tentarunt, nec hanc Ecclesiam sibi unitam praetendebant, solum unicum titulum, bene notum habentes, quibus innititur fundamentis, et quantae exinde sequelae, motus, Iurium interburtatio.

Ubique immediatus Antecedeneus meus in Privilegijs, Decretis, Actis Publicis, Diplomatibus, pleno titulo semper pro Leopoliensi, (f. 516) Haliciensi, et Camenecensi Podoliae nominabatur, nec unquam a quopiam ad hoc usque tempus Dioecesis mea lacerabatur.

Diploma recens Serenissimi, ad praesens nobis Regnantis, ipsi Varsaviae in anno 1700, circa susceptam cum Ecclesia Romana Unionem specifice pleno titulo nominavit ipsum, et dixit Episcopum Leopoliensem, Halicien. et Camenecensem Podoliae, et sic ad ipsa fata in anno 1708, diebus Iulij subsecuta, permansit pacifice per 42 annos in integra et plena possessione Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Podoliae, sine ulla impetitione et perturbatione.

Me quoque modernus Illustrissimus Metropolitanus similiter Diplomate suo electionis intitulavit, cum electorali Populo nominavit et inscripsit Episcopum Leopoliensem, Halicien. et Camenecen. Podoliae, absque ulla praemissorum controversia, et quaestione, manuque sua propria una cum electorali populo subscripsit, et consecravit.

Ad praesens vero, nescitur in quo Fundamento et Iure Episcopatum meum, et Jura subvertere intendit.

Scio quidem bene quod nullum Ius Illustrissimus Metropolitanus producet tale, quo nostrum reale, iustum ac immutabile (:nam Ecclesiae a tot saeculis inditum, Constitutionibus Regni et Diplomatibus firmatum, tanta annorum serie a ducentis circiter annis et pacifica possessione solennisatum, nec unquam per quampiam revocatum:) possit tollere et sufferre; non nisi praesumptive, et putative agit, quod in Iure non subsistit.

---

[153] Disceptationes hae, imo potius contentiones locum habuerunt annis 1667-1676; cfr. J. Pelesz, *Geschichte der Union der Ruthenischen Kirche mit Rom*, vol. II, pag. 336-341; A.M. Ammann, *Storia della Chiesa Russa e dei paesi limitrofi*, Torino 1948, pag. 271-283 etc.

Nam ex lege, praesumptionibus Iura certa, et instrumenta publica convelli non possunt.

Ubi veritas contraria apparet, ibi praesumptio eliditur.

Nihil asserere debemus, quod probare non possumus, aut authoritate legum, aut authoritate Canonis, aut authoritate consuetudinis et usus.

Uti hic nunquam probabitur, nec memoria extat, fuisse aliquando Antecedaneos Ill.mi Metropolitae in possessione Cathedrae Halicien., sed a privilegio semper Episcopi Leopolienses, absque ulla intermissione (f. 516v) continuarunt, authoritate legis, authoritate canonis, authoritate consuetudinis, nec quidquam in contrarium attentatum.

Ad haec quaeritur: Quisnam prior tempore fuerat? an Episcopus Haliciensis, Leopolien., et Camenecensis Podoliae? an vero Metropolita in Regno Unitus? Non potest dici quod Metropolita.

Etenim unus erat in uno protunc Dominio Kijovien., et consecravit Episcopum, post mutatum vero Dominium modo factus Metropolita in Regno, principiaque sumpserat Unio in anno 1595, iam stante Episcopatu Gedeonis Balaban.

Tunc apparet, quod prior Episcopus Haliciensis Privilegio Regis erectus, a Metropolita legitimatus, possessione Cathedrae Haliciensis solennisatus, Constitutionibus, et Diplomatibus liberae electionis firmatus.

Intererat ergo primo Metropolitae in Regno vel saltem eius succedaneis convenire Episcopum pro tempore existentem, cum eo agere, Privilegium et Fundationem per legem sufferre, ac post possessionem petere. Quod enim lex tribuit, non potest nisi ab ipsa lege sufferri.

Sed hic nihil attentatum per quempiam illorum nec in simili actum, nec Constitutiones et Diplomata aliaeque solennitates impeditae, consequenter ipsa taciturnitate praescripserunt.

Dato enim, non concesso, quod si aliquod Ius haberet Ill.mus Metropolitanus, tollit illud ipsa praescriptio tanti temporis, licet et haec debet esse in bona fide, et iusto titulo, ijsque, qui bona fide acceptam possessionem nec inquietudine litis interruptam tenuerunt, patrocinatur, et tali modo confirmat Jus Possessoris, et destruit Ius petitoris. Et haec concessa per Ius Canonicum inter personas spirituales, de bonis spiritualibus et ecclesiasticis agentes, ad quadriennium tantum, uti Lipsius, folio 76, Capite 12, Titulo: de praescriptionibus.

Hic vero nihil hactenus per Antecedaneos Metropolitas tentatum, (f. 517) si quid Iuris, praetextus, iustique tituli habuerant ad rem; et de Jure, qui patitur rem praescribi, consentire videtur.

Sed hic et praescriptio nulla, quia nec memoria extat, fuisse aliquando Metropolitas in Regno in possessione Halicien. Ecclesiae.

Noviter primus Ill.mus Metropolitanus modernus a tot annis, post octo

demortua Episcoporum actualium capita, vindicat rem non propriam, nec ulla unquam possessione per Antecedaneos suos, et per se solidatam, et nullo Jure praetendit.

Et ex ipso Diplomate consecrationis per Macarium Metropolitam, Tuczapski... dato, patet, fuisse ab immemorabili aevo Episcopos Leopolienses, dum dicit, inibidem: quod Metropolia ab aliquot centenis annis absque Episcopo extiterat; supponitur ergo quod quondam ex antiquo Episcopus Halicien. fuerat.

Alterum, Eremias Tysarowski consecravit Petrum Mohyla in Archiepiscopatum Kijovien., Leopoli in Anno 1633, diebus Maj, in ecclesia Civitatensi Stauropegiana consecravit, nec tamen et pro tunc ulla huius Cathedrae mentio fuit, sed pacifice et Tysarowski et alij succedanei eius Episcopi tenuerunt.

Ergo patet ex praemissis omnibus, et ex alijs in judicium, ubi de Jure venerit, inferendis rationibus incompetentissimam esse Ill.mi praesentis Metropolitani praetensionem et actionem.

Sed, ut magis haec injusta et incompetens praetensio Ill.mi Metropolitani elucidetur, clarius (:quod sit absque omni eius indignatione:) edisseram, quia zelus Domus meae comedit me, et ad id apponitur manus a quo pendet punctum honoris, vitae, et salutis.

Parcat mihi Ill.mus Metropolitanus, non Ecclesiam Haliciensem, in qua, et super quam fundata, ut praemissum, et erecta est Dioecesis mea totalis, sed potius villam Parehinsko unicam Dotem et congruam totius Dioecesis meae (:nam Leopolien. et Camenecensis nulla prorsus bona vel minima habet:) appetit, et vult esse sibi unitam.

Dum enim Ecclesia Haliciensis fuerat desolata, devastata, omni dote et villa privata, denudata, perpetuum de his erat silentium; (f. 517v) quando vero immediatus Antecessor meus eandem Cathedram ad perfectum reduxit statum, ecclesiam erexit, villam Perehinsko de manibus male Possessorum notabili summa et solicitudine redemit et rehabuit, en primus Illustrissimus Metropolitanus ad eandem recurrit.

Sed frustra nititur! Szumlanscius novus Haeres et Primus per exsolutam tam notabilem summam extitit, non alibi ab Episcopo avelli, nisi Episcopatui cedere debet.

Haec enim villa Perehinsko ab immemorabili aevo a Ducibus Russiae Cathedrae Haliciensi indita, ob varias temporum vicissitudines et revolutiones (:dum adhuc haec Cathedra proprium non habuit Episcopum, per quendam Czerniec, saeculari personae cuidam, Zbozny dicto:), in summa caerta invadiata et dimissa erat; Praedictus Macarius Tuczapski, post apprehensionem Episcopatus egit, et evicit, summaque exsoluta, villam recuperavit,

ac demum post fata Gedeonis Balaban, tertij Episcopi, iterum eadem villa cessit in manus alienas.

Egerunt omnes subsequentes Episcopi per varios Juris anfractus, in varijs subsellijs Castrensibus, Tribunalitijs, post Curialibus non absque impensis; nec tamen quidquam lucrari poterant, nam cum potentioribus res vertebatur, et calamitosa praepediebant tempora. Quibus stantibus, villa haec eadem pro bonis regalibus ad sinistram informationem declarata, et constitutione Comitiali iustitiae distributivae cessit, et iam stante Constitutione Regni summe perdifficilis illius, de manibus male Possessorum, magnorum in Republica virorum, erat vindicatio.

Ac tandem, faventibus Superis, immediatus Antecedaneus meus Szumlanscius, multis instantijs, cura, sollicitudine, et impensis de manibus eorundem male Possessorum, exsoluta notabili in variasque expensas, erogata ad Centum sexaginta millia florenorum Summa (:prout contractus et dispositiones eo nomine edisserunt:) recuperavit, redemit, et rehabuit, atque novus haeres villae memoratae, et primus de proprio quaesitor extitit, eandemque villam (f. 518) lege publica et Constitutione in Comitijs generalibus Varsaviensibus, Anno 1690, vallavit et stabilivit, pro Ecclesiasticis agnitam Episcopatui incorporavit.

Ac postmodum Fundos illo tempore ademptos, per strepitus Juris et granicies in vicinitate cum Illustri Koniecposki magno motu, et impensis dilatavit.

Ecclesiam Haliciensem non modico sumptu de ruderibus et fundamentis ex ipso lapide septiverticem, tum et Campanarium cum Campanis, sub quo Capellam muratam Divo Basilio Magno erexit.

Religiosos quatuor Regulae Sancti Basilij ad eandem Capellam, in bonis suis haereditarijs non procul inibidem sitis, fundavit.

Idque totum in monte excelso existens, Krylos ab antiquo dicto, muro lateritio circumclusit, et tanquam primus Fundator decoravit.

Transactionibus varijs actisque publicis officiosis eandem villam Episcopatui inesse dicit et incorporavit; Testamento ipso ultimae voluntatis plenius et planius hoc exaravit, Succedaneumque suum Episcopum, specialiter me pro executore nominato, Iudicio Dei, et conscientia firmissime obligavit, ut sim vindex, defensor, et delicatus traditorum sibi ab eo, ut dotis Christi custos, servator, et succedaneo conservator, ne avellantur, dissipentur, aut desolentur.

Ergo ne haec tam praeclare per immediatum Episcopum, in bonum Episcopatus totius acta, parta, sarta, tectaque debent Metropolitae, non Succedaneo eius Episcopo, contra expressam eiusdem Fundatoris voluntatem cedere? *Ergone* pro his et tantis, post tot exantlatos sudores in ordine, ut ea magis stabiliret et decoraret Episcopatum, praeclare gestis, debet Epi-

scopatus divelli et disrumpi, seu potius (:ut intenditur:) everti, quisque iudicet, esset ne res iustitiae? et cum gloria Dei? Episcopatum denudare seu evertere ex fundamentis et Metropoliae in tam amplis reditibus cum Episcopatu et Archimandrijs existenti (f. 518v) tribuere. Neminem locupletari licet, cum alterius injuria.

Sed et ex praemissis elicitur taciturnitas in praemissis Metropolitarum, Episcopos semper in tot subsellijs pro conservatione Cathedrae praemisisse, et recuperatione villae Perehinsko egisse; Metropolitanos vero tacuisse, nec quidquam tentasse.

Praesertim dum Szumlanscius rehabebat in publicis Comitijs Varsaviensibus illa bona, et constitutione vallavit, cur non impediebat, non intrabat Metropolita, non dixit: mea est Cathedra?

Egit postmodum cum Illustri Koniecpolski magno motu per sex vel septem annos in varijs subsellijs, Castrensi, Tribunalitio, Succamerariali, Campestri, in loco differentiarum, nullibi indictio fuit Metropolitani, proprietatem Cathedrae Haliciensis usurpantis, sed magnum semper erat silentium. Ubique praefatus Antecedaneus meus gloriose pro Cathedra sua et villa eadem egit; ubique per Decreta legitimus villae haeres et actor pronuntiatus.

Egit et in Sacrae Nuntiaturae iudicio cum Patribus Societatis Jesu Collegij Rozniatovien. respectu Fundationis in Rozniatow, in Fundis controversis Perehinscen; et in illo iudicio nemo impediebat, et per Decretum itidem legitimus Actor agnitus.

Primus ad praesens Ill.mus Metropolita post tot decessa capita praetendit hoc, ad quod certe nullum ius habet. Etsi quodcunque haberet, iam cum tempore evanuit.

Tollit illud Privilegium Regis. Tollit nulla eius per tam diuturnum tempus Possessio. Tollit tam diuturna Antecedaneorum ipsius taciturnitas, et consequenter praescriptio, quae non sufferre, sed stabilire Episcopatus debet stante unione.

Taliter vero sufferretur et everteretur Episcopatus meus, si basis et fundamentum Cathedra Haliciensis, in cuius redditibus totus Episcopatus erectus et fundatus. Nam Leopolien. nullam penitus villam nec aream habet, et Camenecen. similiter, et plane (f. 519) hostico expositus ad minimos pro nunc in tanta vicissitudine, et perturbatione status impossibilis proventus, ab ipso tolleretur. Nam sublato fundamento tollitur superficies.

Ad haec actus Antecedanei mei et pro bono Cathedrae huius gesta sufferunt, et praescindunt hoc (:si aliquod est:) Ius Ill.mi Metropolitani antiquatum, et hactenus ullo tempore non solennisatum.

Nam Antecedaneus meus non modicas, ut praemissum est, erogavit summas, et primus Episcopatum praemissum omnibus, et singulis per va-

rias calamitates denudatum, ditavit et erexit, proprio sudore ampliavit, et quod perierat, requisivit, rehabuit, et quod abiectum, nec per Episcopos alios ac Metropolitas vindicatum erat, reduxit, et quod confractum alligavit, et quod infirmum consolidavit, non propter Metropolitas, sed propter Episcopatum suum stabiliendum, et Succedaneos suos, restituit rem ad suum esse, Succedaneosque suos omni nexu conscientiae obligavit, tanquam novus haeres, Fundator et pleni ac integri Juris inconvincibilis Possessor.

Nam ad possessionem firmam probandam requiruntur de lege quatuor: titulus, traditio, pretij numeratio, et diuturna possessio, quae hic inveniuntur.

Miror Ill.mum Metropolitanum haec movere litigia, et quod est antiquitate stabilitum, exambire nulla iusta ratione.

Si propter titulum, fungitur illo, nec demitur ille. Si propter beneficium? sat est parvum et exiguum, continuo subsidio indigens.

Et primo ecclesia praefata Haliciensis per memoratum Szumlanscium erecta, post fata eius casu quodam ex ipsis verticibus collapsa; cui Ill.mus Metropolitanus, stante administratione, per semi et unum annum, percipiendo proventus, vel minimo modo non subvenit, nec ulteriori aliqua desuper protectione obviavit ruinae, ex quo magis per injuriam coeli deteriorata vult reparari, clamat, nervat, notabilem in conservationem sui requirit summam, ad viginti vel plus millia; in cuius (f. 519v) reparationem iam me contuli, teneorque et conscientia continuare. Et Ill.mus Metropolitanus vult adimere.

Postmodum villa Perehinsko ad praesens summopere desolata, subditi continuis militum stationibus, oppressionibus, et contributionibus in summam egestatem redacti, alij propria deserere coacti; ego necdum per hoc Episcopatus mei tempus frustum panis quidem exinde habui, et iam tam notabilem in conservationem et eliberationem de Contributionibus gementis Populi, ad viginti millia (:quod omnibus constat:) exsolvi summam.

Appello memoriam ipsiusmet Ill.mi Metropolitani, quantam summam, ac si per se stante administratione sua, in conservationem eiusdem villae nimis extenuatae et subditorum expensam, a me requisivit, et defacto ad... millia eo nomine debui ipsi exsolvere, realiterque recepit.

Numeret Ill.mus Metropolitanus tot et tantos reditus suos, quibus ad gloriam gentis et nominis sui sufficientissime subsistere potest.

Habet tot alia pinguiora et nobilissima Officia, cum suis reditibus tam amplis et proventibus, Metropoliam Kijoviensem cum tot et tantis villis in magno Ducatu Lithuaniae, et in Regno, quae erant antea in duabus manibus pie defunctorum, Zalenscij, actualis Metropolitae, et Antecedanei mei tanquam Administratoris, post fata cuius ampla bona in Polesia, ad Me-

tropoliam Kijovien. et Archimandriam Pieczarscen. spectantia, cum multis villis et oppidis recepit.

Habet Episcopatum Premysliensem, Sanocen., et Samboriensem cum aliquot villis, sat amplum et pinguem, usque ad Szpisz sese protendentem.

Habet Abbatias seu Archimandrias selectiores, et praecipuas Dermanensem, Dubensem, et Zydyczynensem, quamlibet cum aliquot villis, quae beneficia tam ampla nunquam Antecedanei eius tenebant, et tamen congrua sua contenti erant.

(f. 520) Episcopatus vero Leopoliensis unicam eandem villulam iam desolatam tantisque impensis per Episcopum quaesitam, et rehabitam, habet, et eandem sub specie ecclesiae adimere nititur, ut ruat totus Episcopatus meus, et nomen eius non sit. Nam in ipsa fundatus Cathedra Haliciensi. Tantus zelus et amor propagandae fidei!

Ex jure canonico et Sacrae Congregationis declaratione, Episcopatus vel beneficium aliquod maius ecclesiasticum erigi non potest, non nisi prius habeat competentem et sufficientem super bonis congruam.

In hoc Episcopatu meo haec una est villa pro congrua, per praedecessorem meum proprijs impensis et sudore de manibus male possessorum vindicata, pro Episcopis Succedaneis suis inscripta et reservata; et hoc unicum subsidium Episcopale petit, adimere vult, et quae ex officio spectat ampliare, congregare, stabilire, conservare Dioeceses, ut eo maior Metropolitana per numerum Episcoporum pateat et appareat authoritas; non vero divellere seu potius sufferre, et evertere, prout hic esse, ut praemissum.

Removeat Ill.mus Metropolitanus hanc intentionem, Deo contrariam, legi et iustitiae repugnantem, hominibus variae conditionis et status displicentem, et eiusmodi ad praemissa appetitum extinguat; sufficiat ad extinguendum summa a me accepta, et quidem non modica; quam non exprimo. Vel exinde apparet in Ill.mo Metropolitano appetitus beneficia omnia possidendi, dum et Archimandriam meam Unioviensem, a quadraginta annis in possessione mea existentem, notabilissime plane ex ipsis ruinis per me erectam et decoratam, pro obiecto sibi posuit; super eandem Privilegium sibi ad malam delationem exportavit, et eandem originali Privilegio Episcopatui Leopolien. (f. 520v) incorporatam adimere mihi intendebat, nisi obviassem et obstitissem?

Placuit semel Regi, Legi, et Reipublicae, quatenus Metropolita Kijovien. in suis redditibus Kijovien. maneat, et Episcopus Leopoliensis in ijs proventibus et introitibus, in quibus antea ipsius locum-tenens mansit et praesidebat, cum omnibus monasterijs (uti in Privilegio patet), cum non nostrae potestatis sit, et authoritatis.

Consideret Ill.mus Metropolitanus, quidnam per huius modi suum actum intendit? — Vult Privilegium Serenissimi Regis Sigismundi (:cui libe-

rum erat illud dare:), tot constitutionibus sub quovis Rege et Diplomatibus firmatum, tanta annorum serie immutabiliter observatum, et solennisatum, nec a quopiam impugnatum?

Fundationes ipsas, Constitutiones, et Diplomata (:quorum cognitio Regi et Reipublicae competit:) infringere, Episcopatum, qui per Nobilitatem, electoralem populum vigore Legum et Diplomatum conservatur, evertere, et nomen eius supprimere.

Et exinde videat, quid sequitur, adhuc in hoc turbido Patriae statu: Inter Nobilitatem, electoralem populum motus, et fremitus, status totius publici interturbatio, publicorum in Comitiolis, et generalibus Comitijs consiliorum perturbatio, et stante hoc calamitoso tempore potentiae auxiliaris iudicium.

Quod videbit Orbis, populusque Romanus, et quisque mirabitur tantam molem antiquitatis velle destruere, secutura loquetur aetas gloriam eius, quod quidquid Episcopus ad decorem Episcopatus rehabuit, reduxit, alligavit, et consolidavit, id Ill.mus praesens Metropolitanus adimere voluit, et exinde Episcopatum tollere.

Non spero tamen tantam potentiam ad capessenda vota sua inesse Ill.mo Metropolitano, nec ex justitia, nec ex necessitate, nec ex legibus. Nonnisi ex sola mente, quae est incompetens praetensio.

Tentavit quidem pie defunctus olim Zalenscius, Metropolita, cum (f. 521) Antecedaneo meo, post susceptam per ipsum Unionem,[154] de praemissis agere coram Iudicio Sacrae Nuntiaturae, sed ex declaratione perpetuum subsecutum silentium.

Et hic similiter spero, atque in Deo, iustitiae aequissimo Iudice confido, quod haec causa Juribus, Legibus, Privilegijs, Diplomatibus Regni firmissime solida et stabilita ubique, et sub auspicijs Emin.mi Judicis triumphabit, et mea Dioecesis non confundetur, nec hanc patietur perpetuam sub nomine meo labem et injuriam, nec lacerabitur.

Et quae tradita habeo ab Antecedaneo meo, haec omnia non confracta, intaminate et integerrime (:Deo adiuvante:) tradam Succedaneo meo, atque, si vita ulterior, adhuc augebo.[155]

Haec pro nunc compendiose, iuxta temporis angustias, in revidendo Archivo submitto altissimae prudentiae Illustrissimi Domini Nuntij Aposto-

---

[154] Cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. II, pag. 10-12, nr. 847; pag. 18-20, nr. 854; in hac ultima congregatione rescriptum fuit: « D. Nuntio ad mentem, quae est, ut differatur pro nunc discussio ex causis bene notis», prout proponebat Nuntius Varsaviensis.

[155] Barlaam Szeptyckyj obiit iam anno 1715 eique successit eius nepos Athanasius Szeptyckyj (1715-1746), dein Metrop. Kioviensis (1729-1746).

lici, satisfaciendo illius mandatis; quodsi plura desiderabuntur, tunc maior adhibebitur diligentia, etiam a Clero et Nobilitate, quae defendet sua Iura, per longissimas annorum series, in eligendo Episcopum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem practicata, et a Serenissimis Regibus confirmata.

Barlaam Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Haliciensis,
Kamenecensis Podoliae, Archimandrita Unioviensis (mpr).

# INDICES

I

# INDEX NOMINUM ET RERUM

P. HLIB, G. KINACH, OSBM

*Numeri signati « n » referentur ad notas voluminis*

ABBATIA vid. Basiliani.
ABRAMKA, eccl. fil. 139.
ACCORSI Sebastianus, Theatin. 80. 205. 250. n: 224.
ACQUAVIVA, Card. Franc. de Aragonia 281.
ADRIATICUM Mare 228.
AGRIA, op. 4. 6. 60. 185. 191. — Dioec. 45. 46. 53. 55. 57. 58. 62. 108. 109. 192. — Episc. 56. 57. 59-61. 140. 179. 192. 288.
ALBA Russia 208. 280. 284. 286.
ALEXANDER VII, Papa 171.
ALEXANDER VIII, Papa 175. 228.
ALEXANDER, rex Polon. (1501-1506) 307.
ALMAS, eccl. fil. 138.
ALTIERI Palutius, Card. Praef. P.F. 74n. 100. 141. 147. 150. 156. 165n. 178. 190. 198.
ALUMNATUS 101. 190. 202. — Alumni 28. 29. 32. 40. 103. 134. 198. 199. 224. 247. 257. 269.
AMMAN A.M., S.J. scr. 307n.
ANDRZEJEVICZ Joannes, thesaurarius 300.
ANGLI, pop. 231. — Anglia 231.
ANTIOCHIA, op. — Patriarcha 274n.
APERMONT, fam. 35. 132. 180. — Juliana Barbara 133.
ARDANOWO, par. 138.
ARIUS, haeret. 124. 220.
ARMENI, pop. 79. 174. 224. 245. 267.
AUGUSTUS II, rex Polon. (1697-1704; 1709-1733) 216. 233. 311. 280n. 283n.
AUSTRIA 97. 227. 231. 305. — Austro-Hungaria 268n.
AUXENTIUS, Msgr. 79.
AZOR, scr. 57.
AZYMUS, panis 125.

BABICZI, par. 138.
BABINSKI Josephus, OSBM. 211.
BAHRYNOWICZE, loc. 242.
BAHRYNOWSKI Jacobus, tribunus 240. 242.
BAKICH Petrus, Ep. Belograden. 268n.
BALABAN Dionysius, Metr. Kiov. schis. 311. — Arsenius, Ep. Leopol. schis. 310. — Gedeon, Ep. Leopol. schis. 310. 313. 315.
BALINSKI Joannes, decanus 130.
BARAN Alexander, scr. 181n.
BARANECKI Vitalis, sac. OSBM.130.
BARBERINI Antonius, Card. (S. Honuphrii) 174.
BARBERINI Carolus, Card. 3. 8-11. 13. 15. 17. 19. 20. 23. 25. 27-29. 31-36. 38. 41. 43. 44. 47. 64. 66. 67. 72. 75. 80. 85. 93-95. 98-105. 110. 111. 133. 142. 144. 147. 149. 151. 154. 156-159. 161-163. 170. 172-174. 178. 182. 183. 187-189. 197. 199. 202. 214. 220. 225. 226. 281. 244n. 249.
BARBERINI Franciscus, Card., Praef. P.F. 179.
BARBOW, par. 138.
BARKOCZY Franciscus, comes 108.
BASILIANAE, Moniales, OSBM. 117.
BASILIANI, Monaci Rutheni, OSBM,

Religio Basiliana 23. 79. 80. 106. 135. 198. 206. 217. 225. 229n. 235. 265. 266. 281. 315. — Abbatia 26. 283. 318. — Archimandria 318. — Archimandrita 22. — Generalis 290. — Hegumenus 113. 114-116. — Monasteria, vid. Berezne, Byten... — Novitiatus 115. — Procurator Gen. 182. 199. 200. 202. 254n. 264n. 285. 286. 287. — Protoarchimandrita 106. 211. 214. — Provincialis 114. 115. 116. 123. 129. 197. — Provincia Lithuana SS-ae Trinitatis 281.
BATHORI Sofia 49. 137.
BELARMINUS Robertus, Card. 155. 156. 160.
BELGRADUM, op. 16. 268n. 269. 270.
BELZ, op. 153.
BENEDICTINI, Ordo S. Benedicti 69. 77.
BENKOVITS Augustinus, Ep. Varadien. 132. 133.
BERCZÉNY Nicolaus, comes 108.
BERECH, comitatus 135. 136. 139. 255.
BEREZNE Male (Kis), — mon. 260.
BERETO, distr. 254.
BEREZOWA, ecc. fil. 138.
BERNATOWICZ, Ep. Kamenec. 80.
BIALA (Bila), op. 289. — monast. OSBM. 69. 71. 77.
BIALOZOR Martianus (Michaël), Ep. Pinscen. et Turov. 70. 73-75. 77. 81. 83. 85. 88. 90. 150. 165. 167. — AEp. Polocen. 206. 214.
BICHI Antonius, Card. 281.
BIGAMIA 27. 30. 101. 102. 110-112. 119. 168. 184. 185. 191. 193. 194. 228. 304.
BIHAR, loc. 164. 181. — comit. 254.
BILKA, par. 139.
BILOGLAU Bonaventura, Minor. Observ. 248.
BISTRA, par. 137.
BYTEN (Biten), monast. OSBM. 297. 298.
BIZANCZY Georgius, Ep. Mukačov. 304.
BLAŽEJOVSKYJ Demetrius, scr. 225n.
BLAZOWSKI Petrus, ensifer 129.
BOBOVISZCZE, par. 136.
BOGDAT Benedictus, Ord. S. Francisci 78.
BOGOROWITSA, eccl. fil. 139.
BOKUM Joannes, Ep. Premisl. lat. 272.
BONALINI P. missionarius 79.
BONESANA Franciscus, Theatinus, Ep. Caiatinus, Nunt. Varsav. 79. 80.
BORECKI Basilius, decanus 130. f
BORECKI Job, Metrop. Kiov. sch. 311.
BORSUCZINI, eccl. fil. 139.
BORISTENES, fl. 175 (Dnipro).
BORUSSIA, regio 285-287.
BOTTYAN de Adamus, dom. 133.
BRANICKI Sebastianus, Nomin. Poznanien. 309.
BREST, op. 300. — dioec. 69. 77.
BRESTOW, par. 137.
BREVE Apostolicum 186-188. 197. 206. 210. 214. 227.
BROD, eccl. fil. 138. 139.
BRUSTOW, eccl. fil. 137.
BRZOSTOWSKI Constantinus, Ep. Vilnen. lat. 284-287.
BUDZIAK (Budiak), loc. 162.
BUKOWEC, par. 139.
BUKOWINKA, eccl. fil. 138.
BULLA 52. 208. 295.
BUSK, op. 129.
BUSSOVICH, Ep. sch. 248. 249.
BYLENSKI Stephanus, O. Min. Conv. S. Francisci 78.
BYTEN (Biten), monast. OSBM. 297. 298.

CAIAZZO, loc., eparchia 80.
CALMUCHI, pop. 267.
CALVINISMUS 5n. 97. 254.
CAMENEC Pod. vid. Kamenec.
CAMPO Regio, loc. 19.
CANISIUS, S.J. 155. 156. 160.
CAPRARA, Card. 281.
CARDINALIS S. Xisti 301.
CARMELITANI Calceati 244.
CARMELITANI Discalcati — provinc. 193. 197.
CAROLUS XII, rex Svecor. 283n.
CASAGRANDE Giovanni D., missionarius 198.

CASANATE, Card. 100.
CASIMIRUS II, rex Polon. 307.
CASIMIRUS III, rex Polon. 307.
CASSOVIA, op. 193.
CATANIA, op. 69. 77.
CATECHISMUS 122. 123. 131. 164. — (Ex Horto Pastorum) 24. 37. 42. 64. 80. 85. 93-95. 99. 101. 102. 104. 110. 146. 148. 149. 155. 156. 160. 161. —
CHALCEDON. op. — synodus 124. 125. 221.
CHELM, op. 19. 25. 34. 43. 49. 50. 72. 90. 100. 135. 309. — dioecesis (eparchia, episcopatus) 12. 13. 17. 20. 26. 32. 33. 36-40. 44. 47. 64. 65. 72. 91-95. 106. 134. 219n. — Ep. lat. 204. 270. — Ep. un. et Belzensis 13. 21. 27. 33. 42. 300. 301.
CHRISTIANUS AUGUSTUS de SAXONIA, Card. (1706-25) 258. 260. 265. 275. 278. 287. 288. 292. 293. 295. 304.
CHODKIEVICZ Alexander Joannides, dom. 300.
CHODKIEWICZ Dementianus, conc. Premisl. 130.
CIPRIANOWICZ Simeon, sac. OSBM. 69. 71. 77. 84.
CLEMENS VIII, Papa 60. 61. 123. 208. 210. 286. 289.
CLEMENS XI, Papa 222. 236. 254. 258. 259. 274n. 298.
CLEMENS XIV, Papa 218.
CLERUS unitus 40. 98. 101. 129. 193. 271. 272. 304. 308.
COLLEGIUM de Propaganda Fide 6.
COLONNA, domus, fam. 162.
CONFRATERNITATES 128. 129. 217.
CONGREGATIO de Propaganda Fide 6. 9. 11-13. 15. 18-20. 25. 26. 28. 30. 31. 33-44. 47. f48. 64-67. 72-74. 76. 79. 81. 82. 85. 91. 93-96. 99-107. 110-112. 123. 132. 135. 142-145. 147. 149-151. 154. 156. 157. 159. 161. 162. 165-167. 170. 174. 176. 177. 182. 188. 189. 190. 193. 197-200. 202. 203. 205. 209. 223n. 226. 230. 231. 242. 243. 250-252. 255. 263. 266. 269. 270-272. 277. 283-287. 290. 294. 297. 298. 302. 303. — Inquisitionis 27. — S. Offizii 185. — Rituum 262.
CONSTANTINOPOLIS, op., Patriarcha 231. 232. 273. 274. 274n. — Synodi Gen. 124. 125. 220. 221.
CORSINI Laurentius, Card. (1706-40) 290. 291.
CORRADO dell'Asunta, Carmelit. discalc. 243.
COSACCHI 73. 81. 162. 165. 175. 205. 220. 267.
CRAGLIE Mattias, cleric. 269.
CROATIA, regio 46. 228. 229. 231. 268n.
CUIAVIA, op. 307. — Ep. 303.
CULMA, op. 13. 307.
CYBO Eduardus, AEp. Seleucien., Secret. P.F. 3. 8. 10. 73n. 79. 83. 85. 92. 100. 134. 135. 148. 156. 157. 160. 174.
CZAYKOWICE, par. 152.
CZAYKOWSKI Georgius, nobilis 152-154. — Nicolaus 154.
CZERLENIOW, par. 136.
CZERNIEHOW, op. 116. 239. — monast. 235.
CZERNILAVIEN. monast. OSBM. 130.
CZERSWAT, pred. 211. 212.
CZETWERTYNSKI Dionysius, Metrop. Kiov. schism. 311. — Ep. Luceor. 240. 241.
CZOPOWCE, par. 136.
CZORNOPATAK, par. 138.
CZUMOLOFALVA, par. 5.

DALMATIA, prov. 248n.
DANUBIUM, fl. 131.
DASKIEWICZ, dom. 154.
DATARIUS, prael. 301.
DAWIDHAZ, eccl. fil. 136.
DE CAMILLIS Josephus Joannes, Ep. Sebastien., Vicarius Ap. Mukačov. 6. 15. 16. 27. 34. 35. 44-47. 52-56. 58-61. 63. 96-98. 109. 131-133. 135. 140. 142. 164. 169. 170. 179. 182. 184. 185. 191. 192. 195n. 203. 204. 228. 235. 246. 247. 249. 254. 278. 279. 294. — Nicolaus 169.

DECANI 29. 114. 118. 119. 121-122. 128-130. 131.
DE CAVALERIJS Silvius, secr. P.F. 265. 279. 287. 289-291.
DECIMAE 15. 16. 46. 55. 57-59. 97.
DENHOFF Georgius Albrachtus, Ep. Premisl. (1688-1700) 100. 200-202. 226n.
DERAZYCEN. monast. OSBM. 130.
DERMAN, monast. OSBM. 280. 301. 318.
DESKOWITSA, par. 138.
DILOK, eccl. fil. 138.
DIOSCURUS, haer. 124. 221.
DOBROMIL, monast. OSBM. 115. 130. 305.
DOROBRATOW, par. 138.
DRAPSKI Constantinus, decanus 129. 130.
DRAGOLIO M., Ep. Nonae 247. 248.
DUBINA, eccl. fil. 137.
DUBNO, monast. OSBM. 280. 301. 318.
DUBRAWSKI, dom. 4.
DUBROWITSA, eccl. fil. 138.
DUBROWKA, par. 139.
DUNKOFALVA, par. 137.
DUNKOWICA, eccl. fil. 138.
DUSINO, par. 137.

ECEDIN, bona 51.
ELBINGEN, op. 307.
EPEK, AEp. schism. 184. 185.
EPERIES (Prešov), op. — Ordo S. Francisci str. observ. 255.
EPHESUS, op. — Synodus Gen. 124. 220.
EPISCOPI un. 28. 39. 100. 101. 107. 121. 185. 210. 272. 281. 288.
ERLAU, op. 19.
EUGENIUS IV, Papa 61.
EUROPA 283n.
EUTICHES, haer. 124. 221.

FABRONI Carlus Augustinus, Secr. P. F. 185. — Card. 281.
FAVINI Josephus Antonius Maria, OFM. Conv., Ep. Sirmiens. 268n. 269. 270.
FEDELESOWTSE, eccl. fil. 136.
FENESY Georgius, Ep. Agriens. lat. 44. 47. 49. 50. 92. 104. 105. 107. 109. 141. 142. 193.
FERDINANDUS III, Imperat. 182.
FERMO, op. 248. 269.
FEURO Bartolom., dom. 253.
FILIPOWICZ Polycarpus, OSBM. 167n. 169. 172. 224. — Ep. Bodonen. et Vicarius Mukačov. 224n. 225. 297. 298. 305.
FIORAVANTI Antonius Pius, canonicus 69. 71. 77.
FLORENTIA, op. — Synodus 102. 122. 123. 125. 126. 148. 196. 221. 234. 276.
FOGARAS, eccl. fil. 138. f

GABRIELLIJ, Card. 281.
GALECKI Franciscus, dom. 7. 116.
GAMRAT, Petrus de, sac. 309.
GAWALEWICZ Semion, sac. 217.
GERMANIA, 228.
GIELEWICZ Michaël, decanus 131.
GLINSKI Benedictus, Ep. Volodimir. un. 206.
GNEZNO, op. — Ep. 165. 166. 210.
GOBERTI Ferdinandus, comes 133.
GODLEWSKI, Ep. Sufrag. Luceor. lat. 82.
GORONDA, par. 136.
GRAECI 46. 52. 59-61. 228. 231. 278.
GREGORIUS XIII, Papa 61. 108.
GREGORIUS XIV, Papa 236.
GRODNO, op. 111. 114. 167.
GROSZKIEWICZ Andreas Alexander, notarius 7.
GROTTA FERRATA, op. 161.
GYARMAT, op. 132.

HALIČ, op. 134. 299. 308. 309. — cathedra 298. 306. 307. — dioec. 301. 302. 306. 207. 311. — metropolia 299. — terra 265. 307.
HANKOWITSA, eccl. fil. 137.
HEILSBERG, loc. (in Warmia) 220.
HENRICUS de Valois, rex Polon. 310.
HERCZOWTSE, eccl. fil. 136.
HERMANOVIC, fundus 138.
HLINIANEC, eccl. fil. 137.
HODERMARSKI Joannes, Ep. Mu-

kačovien. 254. 255. 258-260. 278. 287. 288. 292-294. 304. 305.
HODINKA Anton. scr. 34. 44. 48. 52. 92. 96. 97. 104. 107. 109. 132. 135. 141. 163. 179.
HOLNOSKI Semion, sac. 217.
HOLUBINNO, par. 138.
HOLUBOWSKI Gregorius, sac. 130.
HOMONNA, comitissa 180.
HOMONNA, op. 305.
HORNOSTAY Joannes, dom. 300.
HORODISCEN. monast. Ord. S. Benedicti 69.
HOVENIENSI Gabriel, SJ. 305.
HRIBOWTSE, eccl. fil. 136.
HUKLOWO, par. 139 (eccl. S. Michaëlis et S. Nicolai).
HUNGARIA (Ungaria) 5. 16. 27. 46. 51. 97. 98. 131. 169. 179. 181. 182. 184. 185. 230-232. 234. 247. 254. 255. 258n. 260. 261. 263. 264. 275. 278. 290. 291-294. 296. 297. — reges: Ladislaus, Sigismundus, S. Stephanus, Vladislaus 58.

IAURINENSIS (Raab, Györ) Ep. 258n.
ICONOCLASTAE, haer. 125. 221.
ILASZEWICZ Basilius, notarius 218. 266.
ILNICA, par. 139.
IMMUNITAS Cleri 193. 271.
IMPERATOR, Caesar, Maiestas Caesarea, Austriae 4. 5. 34. 35. 45. 49. 50. 59. 63. 92. 96-98. 104. 105. 107-109. 132. 136. 140. 142. 164. 180-182. 185. 228. 229. 246. 247. 269. 278. 292. 293. 295. 296.
INDULGENTIA 30. 127. 222. 258. 260.
INNOCENTIUS IV, Papa 60. 61.
INNOCENTIUS XI, Papa 21. 22. 67. 116. 206. 210. 214.
INNOCENTIUS XII, Papa 25. 78. 193. 206.
IOWBOWITSA (Suskowo) loc. 138.
IPEKIENSIS AEp. 4. v. Epek.
IRSAWA, eccl. fil. 139.
ITALIA 224. 228.
IVANOWTZE, par. 136.
IWASKOWITSA, par. 138.

JABLONOVIUS, fam. 302.
JABLONOWSKI Stanislaus, dom. 116. 226n.
JANCEVIUS Petrus, dom. 211.
JANOV, loc. 69. 71. 77.
JANOWSKI Theodorus, sac. 131.
JAROSLAVIA, op. 18. 98. 99. 118. 130. 147. 153.
JASINSKI Barlaam, Metrop. Kiov. sch. 233.
JASLO, op. 130.
JASZOV, op. 47. 92. 109. 141. 142.
JAVOROV, op. 23. 25. 117. 130. — monast. fem. OSBM 117.
JOANNES Albertus, rex Polon. (1492-1501) 307.
JOANNES CASIMIRUS, rex Polon. (1648-68) 209. 311.
JOANNES III, rex Polon. (Sobieski) (1679-90) 13. 38. 69. 77. 78. 95. 124. 205-207. 212. 233. 243. 311.
JUDAEI 122. 126.

KAIDANOW, eccl. fil. 136.
KALLOVIA, loc. 304.
KALNIK, eccl. fil. 136.
KAMENEC Podilskyj, op. (Caminetz, Camenec) 163. 299. 307-309. 311.
KAMINSKI Petronius, sac. 278.
KANORA, par. 139.
KARNKOW, loc. 270.
KAROLYI Alexander, dom. 108.
KASZCZYC, sac. OSBM. 211.
KECSKEMETY, par. 45.
KECZËRNE, eccl. fil. 139.
KENDERES, eccl. fil. 138.
KEWIAZD, par. 139.
KIJOV, op. 116. 153. 240-242. 252n. — AEp. sch. 210. 232. 233. — Archimandria Peczaren. 318. — Metropolia 282. — Archivum M. 208. — Dioecesis 32. — Metr. Macarius 216. 298. 299. 300. 309. 314. — Metropolita K. 21-23. 27. 28. 37. 39. 41. 43. 82. 89. 91. 106. 110. 111. 113. 141. 149. 167. 170. 173. 177. 178. 199. 200. 205-210. 213. 214. 278. 280. 285. 287. 289. 301-303. 306-308. 310-319.
KORIATOVICS Theodor, dux 180.

KISBISTRE, eccl. fil. 139.
KISZKA Leo Lucas, OSBM. 6n. 210. 211-214. 289.
KLECZANOV, eccl. fil. 136.
KLEPACKI Severianus, OSBM 298.
KLIMOWA ROSTOKA, par. 139.
KLOBUSISKI S., dom. 16. 34. 35. 49. 51.
KLOBUSOWSKI Franciscus, dom. 180.
KLOCZKI, eccl. fil. 137.
KMITA Petrus, palatinus 309.
KOBALEWITSA, eccl. fil. 138.
KOBRYN, monast. OSBM. 235.
KOLBAIOVICE, villa 152.
KOLCZIN, eccl. fil. 137.
KOLENDA Gabriel, Metrop. Kiov. un. 206. 207. 210. 311.
KOLLONITZ Leopoldus, Card. 15n. 34. 44n. 48. 51. 92n. 96. 97. 109. 131-133. 141n. 164. 179. 192n. 198. 204. 227. 230. 231. 279. 294. 296.
KOLODNOJE, eccl. fil. 138.
KOMANIECKI Joannes, sac. 130.
KOMARNICKI Joannes, sac. 130.
KOMAROM, loc. 4.
KONIECPOLSKI, fam. 315. 316.
KOPINIOWTSE, par. 136.
KOROPCZAK Eliseus, OSBM 130.
KORSAK Raphaël, Metrop. Kiov. un. 301. 311.
KOSINO, eccl. fil. 137.
KOSOV, op. 311.
KOSSAKOWSKI Alexander, dom. 239. 240.
KOTILNITSA, eccl. fil. 139.
KOTOWICZ Eustachius Stan. Casim., Ep. Smolensk lat. 69. 77. 214.
KRAKOW (Cracovia), op. 116. 195. 307. 309. — Akademia 239. 241. — Ep. 195. 197.
KRASNA, loc. 164. 181.
KRASNIAK Petrus, sac. 217.
KRASZNAY Samuel, dom. 96.
KRECHIV, monast. OSBM. 247. 248.
KROSNO, op. 130.
KRUCZAY Nicolaus, canonicus 140.
KRUPECKYJ Athanasius, Ep. Premisl. (1610-1652) 195n.
KRYLOS, 306. 308. — monast. OSBM 265. 266. 315.
KUCZIAWA, eccl. fil. 136.
KULAKOSKI, OSBM 22.
KULCZYCKI Porphyrius, OSBM. 113. 147. — Ep. Pinsk et Turov 281. 282. 289.
KURAKIN, princeps 265.
KURHANOVYČ S.V., scr. 232. 235.
KUROPATNICKI Hieronymus, castellanus 153.
KUROW, par. 258.
KUSTANOWITSA, eccl. fil. 138.
KUZMINO, par. 136.
KYVAR, loc. 181.

LALOWO, par. 138.
LANCICIA, terra 307.
LATICZEW, loc. 154.
LATORKA, par. 139.
LAURISZOV, monast. OSBM. 70. 77. 209.
LAUROV, monast. OSBM 115. 130. 305.
LAWKA, eccl. fil. 136.
LAZI, eccl. fil. 139.
LECOWITSA, eccl. fil. 137.
LENIOWTSE, eccl. fil. 136.
LEOPOL, op. (Lwow) 50. 79. 102. 124. 163n. 206. 224. 245. 248. 250-253. 267. 273. 299. 301. 307-309. 311n. — cathedra S. Georgii 266. 308. — Coadiutor Ep. 252. 253. — Collegium Armenorum 80. 251. — Colleg. Theatin. 253n. 262. 264. — Confraternitas Stauropig. 226. 273. 274. — Dioec. 24. 37. 40. 76. 102. 134. 143. 155. 157. 168. 172. 173. 176. 248. 252. 311. 318. — Ecclesiae: — Annuntiatio BVM. 217. 273. — Ascensio 217. — S. Crucis — S. Epiphaniae — S. Georgii — S. Nicolai — S. Onuphrii 273. — S. Praxedis — S. Resurectionis — S. Salvatoris — Ep. lat. 243n. — Ep. sch. 28. 151n. 160. 163. 168. 170. 216. 227. 268. — unitus 273. 275. 280. 301. 302. 303. 306. 312. 313. 320. — Seminarium 242. 277.
LESSIUS, scr. 57.
LESZCZINEN. monast. OSBM. 281. 289.

LESZCZYNSKI Stanislaus — rex Polon. 280n. 282n. 283.
LEZAJSK, op. 130.
LIBRI 69. v. Catechismus.
LITHUANIA (Ducatus) 28. 69. 73. 77. 78. 81. 193. 223. 232. 262. 268. 271. 276. 307. 317.
LIVORNO (Liburnium), op. 224.
LODZIATA Alexander Augustinus, Ep. Chelmen. un. 7. 12. 21. 174.
LOHOW, par. 136.
LONDINUM (Londra), op. 231.
LOPATKA Ostalovicius, Ep. Leopol. 310.
LOPUSZANSKI Basilius, sac. 130.
LORETO, op. 248. 269.
LOWICZ, op. 65. 73. 103. 167.
LUBIENSKI Casimirus, Ep. Chelm. lat. 270n.
LUBLIN, op. — Colloquium L. 153. 311.
LUBOMIRSKI, fam. 165.
LUCK (Luceoria), op. 237. 240. 241. 267. — districtus 239. 240. — dioec. 19. 37. 40. 69. 76. 77. 143. 155. 157. 176. 232. 233. 238. 239. 241. 262. 264. 265. — Ep. 267 (Arsenius). 300. 301.
LUCZKA, par. 137.
LUDOVICUS Ungarus, rex 307.
LUKOWO, eccl. fil. 139.

MACEDONIUS, haer. 124. 220.
MACIEJOWSKI Samuel, dom. 309.
MAGNO-VARADIN, op. 229.
MAGROV, loc. 138.
MAKOVICZA, loc. 50. 51. 305.
MALACHOWSKI Joannes, Ep. Premysl. un. 7-15. 17-20. 21n. 22-29. 31-34. 36-44. 47. 49. 64-67. 69. 72. 77. 80. 81. 85. 90-95. 100. 105. 106. 111. 147. 148. 194. 219n.
MALEJEWSKI Innocentius, OSBM 225.
MARALDUS, prael. 301.
MARCHANTIUS Jacobus, scr. 148.
MARAMOROŠ (Marmatia) — comitatus 5. 50. 97. 98. 109. 179. 181. 192. 254. — Ep. sch. 104. 105.
MARTELLI Franciscus, Ep. Corinthi lat. 123. 124.
MARTIN, par. 137.
MARTINSKOJE, eccl. fil. 138.
MAZEPA Joannes, gener. 175.
MASINI, decanus 182.
MASOVIA, prov. 307.
MATTUSECK, dom. 275.
MEDWEDOWTSE, eccl. fil. 136.
MEDWEZIA, eccl. fil. 139.
MENŠIKOV, princ. mosc. 265.
METROPOLITA 86. 89.
MICHAËL (Korybut Wisniowiecki), rex Polon. (1669-73) 311.
MIDIANITSA, eccl. fil. 138.
MIELICKI Martinus, canonicus 201. 202.
MIELNICE, op. 129.
MIKOWICZ Gregorius, sac. 137.
MILECENSIS, Abbas 114. 172.
MINORI Osservanti 248.
MINSK, op. 268.
MISCIOVIEN. par. 130.
MISSIONARII 230. 243. 244. 247.
MISSA 120. 122. 126.
MOHILOV, op. — Ep. un. 208.
MOHYLA Petrus, Metrop. Kiov. sch. 311. 314.
MOKRZYCKI Gregorius, sac. 217.
MOLDAVIA, prov. 5. 15. 19. 20. 225. 307.
MOLFIRIUS, canonista 57.
MONASTELLY Demetrius, sac. 181.
MONASTERIA 16. 40. 114. 115. 116. 123. 129. 134. 294. 305. 309.
MONOTHELITAE, haer. 125. 221.
MONTECUCOLI, generalis 246.
MORAVIA, prov. 305.
MOR Procopius, sac. OSBM 69. 71. 77.
MORONUS, script. 57.
MOSCHI (Moscoviti) 205. 261. 263-265. 267.
MOSCOVIA 198. 232n. 243. 262. 266. 267. 283n. — Czar (Magnus Dux) 226. 243. 252n. 264. 265. 268. 289n. 303.
MSCISLAW, op. — Ep. un. 208.
MSTICZOW, par. 139. — monaster. OSBM. 139.
MUKAČEVO (Munkacz, Mungacz), op. 6. 16. 35. 46. 51. 52. 55. 96. 131. 136. 164. 180. 185. 191. 192. 203. 204. 235. 246. 247. 255. 258n. 275. — dioec. 46. 48. 52n. 55. 56. 59. 61. 131. 133.

147n. 180. 184. 185. 234. 249. 260. — Ep. 27. 34. 45. 48. 97. 136. 137. 138. 140. 163. 203. 234. 260. 275. 288. — monaster. (S. Nicolai) OSBM. 96. 105. 136. 180. 260. — Vicarius (Hodermarskyj) 254. 278. 289-291.
MULTANY, prov. 207.
MUSZYNKA, eccl. 196.

NAGYBANIA, loc. 48.
NAGYBISTRA, eccl. fil. 139.
NAGYBRAMKA, eccl. fil. 138.
NAROLSKI Joannes, sac. 130.
NATALE Luca, vic. gen. 269. — v. Belgraden.
NEAPOLIS, op. 110. 277.
NEGROVO, par. 138.
NELIPINO, par. 137.
NERLI Franciscus, Card. 106.
NERSESOWICZ Deodatus, Ep. Traianopolit., Coadiutor Armenorum Leopol. 225.
NESTORIUS, haer. 124. 220.
NICEA, op. — synodus 124. 125. 220. 221.
NIEMIERZYC Stephanus, palatinus 116.
NIKOLOVITZE, eccl. fil. 136.
NONA, loc. 248.
NOVOGROD, op. 213.
NOVOGRODEK, op. 300. — Capitulum OSBM. 106n.
NOWOSELITSA, eccl. fil. 138.
NUNTIUS Ap. — vid. Polonia, Vienna.

OHURCEWICZ Januarius, Offic., rector 242.
OLCHOWITSA, eccl. fil. 138.
OLELKOVICZ Georgius Simonides, princ. 300.
OLENIOW, eccl. fil. 137.
OLESZYCE, loc. 130.
OLHACZERTÉZ, eccl. fil. 139.
OLOMOUC, op. 266.
ORANSKYJ Gedeon Woyna, OSBM. 21n. 23. 199. — Ep. Chelm. et Belz. 134. 135. 172. 199. 281. 289.
ORLOW, par. 260.
OROSZVEGH, par. 97. 136.
ORSZA, op. — Ep. 208.
OSTROG, op. 237. 240. 241.
OSZOI, eccl. fil. 139.
OWRUCZ, monast. OSBM. 28. 234. 235. 239. 240. 241.

PAC Michaël, dom. 73. 81-84. 86. 88. 90. 150. 165-167.
PAGANIOW, par. 136.
PALLAVICINI Opitius, Card. 7. 28. 116.
PALIJ (Paly), Collon. Cos. 162. 163. 220.
PALUSZKIEWICZ Gregorius, canonicus 217.
PANASEWICZ Hieronymus, sac. OSBM. 130.
PAPA (S. Pontifex, Rom. Pontifex, Dominus Noster) 14. 19. 20. 26-29. 31. 32. 36-39. 41-43. 46. 47. 50. 53. 54. 62. 66. 73. 82. 85-87. 89. 93. 95-97. 106. 111. 134. 143. 144. 146. 154-156. 160. 167. 171. 173. 182. 190. 191. 196. 205. 206. 214. 215. 219. 223. 227. 230. 231. 242. 243. 249. 257. 265. 275. 276. 278. 279. 283. 288. — S. Sedes Apostolica 7-9. 11. 12. 20-22. 28. 29. 32. 33. 35. 36. 39. 40. 42. 46. 52. 54. 56. 59. 60. 62. 75. 83. 84. 87. 90. 97. 110. 111. 113. 114. 122. 123. 129. 130. 134. 142. 150. 152. 155-158. 160. 161. 167-170. 176-178. 194. 196. 201. 206. 208. 210. 211. 213. 257. 259. 262. 270. 271. 273. 279. 282n. 284-287. 289. 292-294. 301. — Romana Curia 45. 59. 110. 210. 214. 229. — Primatus 126. 148. 160. 221.
PASKOWEC, eccl. fil. 139.
PASSAVIEN. Ep. lat. 46.
PASSIKA, eccl. fil. 138.
PATAK, loc. 51.
PAOLUCCI (Paulutius) Fabritius, Card. 227. 242. 260. 285-287.
PAWLOWO, eccl. fil. 137.
PELESZ Julianus, scr. 252n.
PELLECKI Gregorius, decanus 130.
PERECHREST, eccl. fil. 139.
PEREHINSKO, villa 314. 316. 317.
PEREJASLAW, op. — Ep. sch. 252n.
PERENII Henricus, dom. 192.

PERUSSICH, loc. 248.
PESTIS 250. 253.
PETRONIUS (Kaminskyj), sac. 92.
PETROPOLIS, op. — Archivum S. Synodi 232. 235.
PETRUS I, Czar Moscov. 177n. 243n. 266.
PETTES Andreas, Ep. Ancaren. 192.
PEYET Franciscus Udaczius, notarius 72.
PHOTIUS, haer. 125. 221.
PIESZKIEWICZ Sylvester, AEp. Polock. 302. 303. — OSBM 199n. 225. 226. 284. 285. 286.
PIGNATELLUS Franciscus, AEp. Tarent., Nuntius Varsavien. 222. 223. 226. — Card. 252. 277.
PILTINEN. Ep. 243.
PINSK, op. 71. 85. — dioec. 69. 75. 77. 79. 88. 90. — Ep. un. 73. 74. 76. 81-86. 88. 147n. 150. 210. 301.
PISA, op. — AEp. 225.
PISTRALOW, eccl. fil. 138.
PIUS IV, Papa 52. 61.
PLATEN. Ep. 46.
PLAVIA, par. 137.
PLOSKA, par. 137.
PLOSKENOWITSA, eccl. fil. 137.
POCZYNA (Plesna), loc. 306.
PODGURSKI Gregorius, canonicus 217.
PODHOREN, par. 138.
PODHORECKI Constantinus 152-154.
PODLUSKI Ignatius, decanus 130.
POCIEY Hypacius, Metrop. un. 311. — Ep. Vladimir. 168n.
PODOLIA, prov. 206. 299. 306-309.
PODPOLOZ, par. 139.
POHOSTA, loc. 70. 71. 75. 77. 78. 81. 83. 85. 86. 166.
POKUTJA, eccl. fil. 138.
POLANA, par. 138.
POLESIA, prov. 317.
POLOCK, op. 206. 208. — AEp. 212. 280. 300. 301. — cathedra 207. 302. 303. — dioec. 171. 208. 284-286. 303. — monast. OSBM 211. 212.
POLONIA, Res Publica, Regnum 3. 5. 24. 26. 28. 30-33. 49. 66. 73. 77-79. 87. 98. 110. 131. 145. 165. 177. 182. 187. 204-206. 215. 223. 226. 232. 233. 242. 246-248. 251. 253. 261. 262. 266. 267. 271. 272. 276. 277. 280. 282n. 283n. 293. 305. 307. 317-319. — Cancellarius Magn. 4. 26. 273n. — Comitia Gen. 28. 39. 91. 102. 110. 114. 143. 194. 205. 212. 311. — Diaeta G. 37. — Nuntius Ap. 10. 12. 14. 17. 21. 23. 28. 29. 39. 41. 43. 48. 66. 67. 69. 77. 78. 83. 88. 89. 124. 142. 143. 150. 152. 155-158. 165. 166. 173. 176. 205. 207-210. 214. 215. 219. 223n. 225. 242. 261. 265. 273. 276. 281. 283. 301. 319. — Auditor 87. 89. — Ordo Equestris 24. 28. 29-31. — Poloni (Polacchi) 148. 175. 204. 267. 293. — Rex P. 3. 8. 9-37. 42. 43. 47. 65. 67. 76. 94-96. 100. 101. 106. 110. 114. 116. 122. 141. 143. 145. 146. 151-153. 155. 159. 160. 163. 168. 170-173. 177. 194. 199. 205. 213. 218. 219. 227. 233. 267. 273. 279. 299. 300. 303. 307-310. 316. 318. 319. 320.
POMERANIA, prov. 266. 307.
POPLAWSKI Nicolaus, Ep. Livoniae 242-243n.
PORTA Ottomanica 231.
POZNAN, op. 309. — Ep. lat. 12. 218.
POSONIA, op. 50. 180. 182. 275. 287. 288.
POLCHOUSKI Serapion, Ep. sch. Mscislav. 208.
POTOCKI Andreas, palatinus 116.
POZNIAKOWTSE, par. 136.
PRAGA, op. 243. 244.
PREMISLIA (Peremyšl), op. 3. 7. 28. 30. 66-68. 112. 133. 148. 158. 176. 178. 189. 190. 193. — dioec. (eparchia) 12. 17. 20. 26. 29. 30. 33-36. 39. 40. 42. 43. 47. 65. 76. 79. 91-93. 95. 112. 113. 118. 122. 133. 142-144. 147. 160. 175. 183. 188. 191. 197. 220n. 305. 318. — Ep. lat. 200. 271. — Ep. ruth. 3. 33. 66. 72. 98. 118. 145. 148. 149. 151. 154. 158. 161. 167. 175. 176. 189. 193. 253. 279. 294. 297. 300. 301. — Ep. Coadiutor 29-31. 36. 48. 64. 65. 75. 76. 79. 85. 99.
PRENY Paulus, dom. 15.
PROCEWICZ Basilius, OSBM. 135. 199.

PRUSSIA, prov. 307.
PURGATORIUM 126. 221.

RADWANKA, pagus 258.
RADYMNO, loc. 176. 201.
RADZIEJOWICE, loc. 18. 81. 100. 101. 151. 167.
RADZIEJOWSKI M. Card. 13. 17. 19. 23. 25-28. 34. 36-38. 41. 44. 47. 64-66. 72. 76. 80. 81. 83. 85. 93. 95. 99-104. 150. 151. 165. 167.
RADZIMINSKI Metrophanes, sac. OSBM — 130. »
RADZIWIL Carolus, princeps 284. 285. 286.
RAFAJO(V)CE, par. 258.
RAHOZA Michaël, Metrop. un. 311.
RAKOCZI, comes — familia 49. 51. 56. 108. 164. 180. 278 (Ragozzi). 293. 295. 305.
RAKOCZI Elisabetha, principissa 108.
RAKOCZI Franciscus, princeps 35. 133. 246.
RAKOCZI Tekliana, princ. 35.
RAKOSIN, par. 136.
RAKOVECKYJ Methodius, Ep. sch. Mukač. 45n.
RANUTIUS Angelus, Nunt. Ap., Card. 206. 210. 214.
RASCIANI, pop. 4. 57. 97. 185. 231. 291.
REWKIEWICZ Joannes, Praepos., Officialis 114. 130.
REMETA, eccl. fil. 138.
REPEDE, par. 138.
RICCIOLI Nicolaus, O.S. Benedicti 69. 77.
RIGA, op. 213.
ROHATYN, op. 299.
ROMA, op. 8. 11. 13. 14. 16. 19. 20. 27. 30. 32-34. 36. 38. 41. 43. 44. 48. 72. 74. 75. 80. 85. 87. 89. 94-96. 99. 110. 112. 131. 143.f148. 154. 156-158. 169. 172-175. 179. 183. 188. 197. 199. 200. 202. 203. 209. 224. 226-228. 232. 234. 243. 269. 287. 295. — Collegium Graecum 234. 254. 257. 289-291. — Colleg. Urbanum (C. de Propaganda Fide) 7. 91. 172. 174. 182. 198. 199. 200. 202. 225. 257. — Hospitium SS. Sergii e Bacchi 169. 182.
ROSOSI, eccl. fil. 137.
ROSTOKA Keminciowa, par. 139.
ROUNA, loc. 51.
ROXOLANI (Rutheni).
ROZANKA, dom. 213.
ROZNIATOW, loc. 316.
RUFFUS (Ruffo) Thomas, Card. 290.
RUSKE, eccl. fil. 136.
RUSSIA 24. 32. 101. 116. 170. 194. 220. 251. 253. 267. 295. 299. 304. 307. 308. 310.
RUTA, possessio »208.
RUTHENI 3. 4. 9. 13. 17. 25. 49. 51. 57. 58. 79. 97. 100. 107. 109. 123. 131. 133. 140. 141. 170. 174. 179. 180. 184. 192. 193. 200. 202. 203. 210. 225. 231. 244. 268. 270. 272. 282. 290. 292. 297.
RUTSKYJ Josephus, Metropolita Kiov. 207. 311.

SACRAMENTA 52. 126. 146. 221. — Baptismus 126. 127. 222. — Confirmatio 127. — Eucharistia 120. 122. 126. 164. 222. 254. — Paenitentia (Confessio) 121. 127. 164. 217. 254. — Extrema Unctio 127. — Ordo 127. — Matrimonium 127. 168. 180. 217. 222. 228.
SACRIPANTE Josephus, Card., Praef. P.F. 243. 244n. 277. 282. 283. 285. 287. 290.
SALVATORIS, monast. OSBM. 169. 184. 187. 188. 257. 258. 302.
SAMANDRIA, loc. 269. 270.
SAMBOR, op. 25. 118. 128. 129. 200. 201. 202.
SAMBOR Staryj (Antiquum), op. 130. 152.
SAMUSKO, colon. Cosac. 162.
SANCTI: Alexius 133. — Barnabas 118. — Bartholomeus 118. — Chrisostomus 117. — Flavianus 125. — Georgius 251. — Ignatius 125. 221. 276. — Joannes Bapt. 118. 258. — Joannes Evang. 240. 241. — Josaphat 29. 37. 40. 123. 211. — Leo 125. — Michaël

129. — Nicolaus 260. — Pantaleon 258. — Petrus 125-127. 221. 276. — Petrus et Paulus 258.
SANDOMIR, op. 307.
SANOK, op. 25. 128. 130.
SANTACROCE Andreas, AEp. Seleutien., Nunt. Varsav. 25. 26. 37. 69. 71. 77. 78. 84. 86. 88. 141. 155.
SANTINI Marcus Antonius, Internunt. Vindob. 278n. 296n.
SAPOROVICZ Josephus, archivista 208.
SARKAD, par. 138.
SAROS, loc. 51.
SASOVA, par. 260.
SASOWKA, par. 137.
SCARISOVIA, loc. 167.
SCEPUSIEN. (Spiš), distr. 142.
SCHISMATICI 14. 24. 55. 57. 79. 99. 131. 142. 183. 184. 202. 248. 255. 168. 278. 284. 285. 288. 291. 294-296. 304. — Ep. sch. 50. 184. 204. 228. 230.
SCHOLA 51. 98. 107. 131.
SCISMA 17. 29. 73. 81. 82. 105. 127. 135. 167. 182. 190. 193. 207. 208. 222. 230. 234. 239. 254. 267. 282. 289. 301. 304.
SCIO, loc. 50.
SCLAVONIA, prov. 228. 231.
SCOTIA, prov. 243n.
SELESTOW, par. f137.
SEMIKLOS, par. 137.
SEMINARIA Pontificia 29. 37. 40.
SEMINARIUM 51. 98. 107. 122. 131. 193. 194. 231. 269.
SEMIONOWICZ Basilius, decanus 131.
SEPUSIUM, distr. 48. 50.
SERBI, Serviani, pop. 185. 291.
SERBOWETS, eccl. fil. 139.
SIBIRIA, prov. 267.
SIDOROWTSE, eccl. fil. 137.
SIELAWA Antonius, Metrop. un. Kiovien. 311.
SIEMIESZOWSKI Stephanus, sac. 146.
SIENIAWSKI Adamus, palatinus 153.
SIGISMUNDUS I, rex Polon. 307.
SIGISMUNDUS II, Augustus, rex Polon. 216. 310. 318.
SIGISMUNDUS III (Waza), rex Polon. 310. 318.
SILESIA, prov. 305.
SINNENSIS, parochus 192.
SIRMIUM, op. 268. 269. — Ep. 269. 270.
SKIERNIEVICE, loc. 44.
SKOLSLI Josephus, canonicus 217.
SKOTARSKIE, par. 139.
SKOTYNSKI Nicolaus, decanus 131.
SKWARCZYNSKI Adalbertus, notarius 223.
SLUCK, op. 300.
SMOLENSK, op. — Ep. lat. 76. — Ep. un. 214.
SMOLNICEN., monast. OSBM 117. 305.
SNJATIN, op. 299. 308.
SOCHONOWSKI Joannes, sac. 300.
SOCIETAS JESU, PP. 4. 147. 183. 200-202. 231. 316.
SOKOLINSKI Laurentius, OSBM 212. 303.
SOKOLINSKI Metrophanes, AEp. Smolenscen. 206.
SOLIKOWSKI Jacobus, OSBM 172. 174.
SOLNOK, comit. 164.
SOLOCZIN, par. 137.
SPADA Fabritius, Card. 19. 155. 156. 173. 176.
SPINOLA Nicolaus, Nunt. Varsav. 276. 282. 283n.
STANOVO, eccl. fil. 138.
STAROSIELSKI, dom. 213.
STAWSKI, vexillifer 154.
STEFANOWICZ Stephanus, sac. 225.
STEPHANUS (Batory), rex Polon. 310.
STOJKA Josephus Joannes, Ep. sch. Maramoroš. 5. 109n. 181n. 185n. 232.
STRABICZOW, par. 136.
STRASZEWICE, loc. 103. 219.
STRIGONIA, op. — AEp. 50. 53. 55. 56. 230. 258n. 260.
STROINO, par. 137.
STROPKOV, comit. 108. 305.
STRYJ, op. 130.
STRYNUM, loc. 5.
STRZELBICKI Joannes, decanus 130.
SUDZILOVIESIA bona 211. 212.
SUKOWITSA, eccl. fil. 139.

SUSKOWO (Jowbowitsa), par. 138.
SUSZA Jacobus, Ep. Chelm. 27n. 135. 195.
SVETI, Svedesi, Svetici, pop. 261. 263. 265.
SVETIA 243. 267. 283n. — rex 267. 283.
SVIDNICENSIS Ep. rit. gr. 46.
SWALAWA, op. 137.
SWIENCICKI Nicolaus, Ep. Kijov. lat. 162.
SWIRSKI Nicolaus, Ep. Sufrag. Vilno 214.
SWISTELNICKI, Ep. Leopol. 312.
SYNODUS Gener. 124. 125.
SYRADIA, op. 307.
SZAMBRON, par. 258.
SZANIAWSKI C., Ep. Vladislav. 271.
SZATHMAR, op. 182. 254.
SZCZEPLOTY, monast. OSBM. 115. 130 (Terentius, heg.).
SZEMBEK Christophorus, praelat. 266.
SZEMETILOWICZ Gregorius, diac. 70.
SZEMETILOWICZ Michael, paroch. 70. 74. 81. 83. 86. 88.
SZEPTYCKI Barlaam, Archim. Uniov. Ep. Leopol. 276. 306. 320.
SZEPTYCKI Eustachius, dom. 129.
SZERENCZOWTSE, eccl. fil. 136.
SZOLNOK, comit. 181.
SZUMLANSKI Cyrillus, Ep. schism. 252. 253.
SZUMLANSKI Josephus, Ep. Leopol. non unitus: 134. 152. 153. (Chiumlanski). 170. 176n. — unitus: 205. 206. 214-216. 218. 220. 222-226. 244. 245. 250-253. 265-267. 273. 276n. 277. 301. 311. 315-317.

TALENTI Thomas, dom., Secr. reg. 9. 20. 25. 34.
TARCIAL, loc. 51.
TARNOGROD, loc. 129. 130.
TARTARI, pop. 162. 163. 175. 212. 267.
TEKLY, loc. 49.
TELESZNICKI Andreas, decanus 130.
TERLECKI Antonius, Ep. Premisl. un. 195n.
TERNAVA, op. 258.
THEATINI 80. 250. 252. 253n.
THEINER A. scr. 66. 67. 143. 144.
TIBISCUM, fl. 228. 229.
TIBOWA, eccl. fil. 137.
TINEC, monast. lat. 271.
TISOW, par. 138.
TOKAJ, loc. 51.
TOKALSKI, Metrop. Kiov. sch. 311 (Tukalskyj).
TOLSCIKIEVIZ Joannes Paulus, canonicus 300.
TOMOLAS, eccl. fil. 139.
TRANSCARPATIA, prov. 163. 294. 305.
TRANSYLVANIA, prov. 5. 15. 16. 50. 75. 97. 98. 105. 109. 164. 179. 181. 203. 204. 228. 231. 296.
TREMBOVLA, op. 299. 308.
TRIDENTUM, Concilium 75. 82. 84. 86. 87. 89. 209. 211. 236.
TRINITARII a Redemptione Captivorum 244. 245.
TROKY, op. 300.
TROMBETTI Stephanus, Theatinus 250. 251. 261-263. 267. 274. 276.
TRZEBICKI Andreas, Ep. Krakow 196.
TUCZAPSKI Macarius, Ep. Leopol. 298. 300. 307-310. 314.
TURCHINOVICH Gabriel, Ep. Platensis 229n.
TURCI, pop. 162. 164 (Turchi). 181. 204. 230. 268.
TUROW, op. 74. 75. 77. 83. 165. — Ep. 300 (Basianus).
TYLICZ, loc. 193. 195-197.
TYLZA, op. 285-287.
TYRNAVIA, op. 51. 104. 305.
TYSAROWSKI Hieremias, Ep. Leopol. sch. 310. 314.

UGOCS, op. 15. — comit. 97. 192.
UKLIN, eccl. fil. f138.
UKRAINA (Ucraina) 162. 175n. 283n.
ULICZ, monast. OSBM. 130 (Theophilus, heg.).
UNGARI, pop. 246. 305.
UNGVÁR, op. 180. 192. 260.
UNIO 3. 7. 12-14. 16. 21-25. 28-33. 36. 37. 39-42. 46. 48. 50. 52. 55. 63. 75. 76. 79. 80. 82. 92. 95. 96. 102. 103. 107. 108. 111. 113. 116. 131. 133.

134. 141. 142. 144. 147. 148. 151-154. 157. 158. 160. 161. 163-165. 168. 169. 172. 173. 175-177. 179. 181. 183. 185. 189. 190. 194. 195. 197. 199. 201. 203. 205. 207. 208. 215. 223. 226. 230-232. 234. 245. 246. 250. 251. 253-255. 266. 267. 272-274. 280. 285. 289. 292-294. 296. 301. 302. 304. 311. 319. — Uniti 23. 24. 29. 32. 39. 104. 108. 141. 181. 182. 254. 255. 295. 296. 304.
UNIOW, monast. OSBM 28. 275. 277. 308. 318. 320. — Capitulum 276n.
URBANUS VIII, Papa 123. 134. 171. 179n. 245.
UROŻ, loc. 76. 302. 303.
USTRZYCKI Mathaeus, notarius 218.

VALACHIA, prov. 204. 234. 235. — Valachi 57. 97. 164. 179. 180. 192. 203. 204. 231. 254.
VALAVIA, par. 161.
VALKOWAR, op. 268. 269.
VALEMANI,fCard. 281.
VARADIN, op. 5. 16. 105. 109. 164. 185.
VARTANUS, AEp. Armenus Leopol. 225n.
VARMIA, op. 273. — Ep. 272.
VARSAVIA, op. 12. 21. 24. 29. 74. 93. 114. 116. 162. 163. 165-167. 186. 207. 209. 212. 223. 283. 315. 316. — dioec. 218.
VENEZIA, op. 198.
VIENNA (Vindobona), op. 5. 34. 45. 49. 51. 97. 131-133. 147n. 182. 198. 230. 231. 243. 247. 260. 268n. 269. 270. 295. 305. — Ep. 16. 46. — internuntius 265. — Nuntiatura 229. 269. — Nuntius 92. 204. 229. 243. 244. 247.
VILLANOVA, loc. 173.
VILNO, op. 50. 79. 149. 206. 214. 300. — dioec. 69. 77. — Ep. 166. — monast. OSBM. 70. 77. 206. 209.
VINCENTI Ulisses, dom. 265. 266.
VISSOVAR, loc. 248.
VITEBSK, op. 300.
VLADIMIRIA op. 234. 238. 242. 279 (Volodimiria). 281. — Ep. 21. 170. 173. 210. 300. 301.
VLADISLAUS, rex Hungar. 58.
VLADISLAUS (Jagello), rex Polon. 307.
VLADISLAUS III, rex Polon. 307.
VLADISLAUS IV, rex Polon. 209. 216. 311.
VOLYNIA, prov. 209. 239. — Palat. 239. 240.
VOTA Mauritius, S.J. 9. 11. 13n. 15. 19. 35. 36. 38. 40. 47. 76. 85. 94-96. 99. 100. 102. 105. 110-112. 143-147. 149. 151. 154. 156. 157. 159. 161-163. 170. 172-174. 186. 188. 197. 226.
VRATISLAVA, op. 272.

WASYLEWICZ Joachim 217. — Semion 217.
WELYKYJ Athanasius OSBM, scr. 173n.
WERBIAZ, par. 139.
WERECKIE Inferior, par. 139.
WERECKIE Superior, par. 139.
WERETECZOW, eccl. fil. 139.
WINNICKI Antonius, Metrop. Kiov. sch. 256n. 311.
WINNICKI Georgius, Ep. Premysl. 219. 247. 255. 257. 258. 277. 289. 295. — Metropolita Kiov. 279. 280. 283. 284. 286. 301. 302. 306n.
WINNICKI Innocentius, Ep. Premysl. 7. 9. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 20-23. 25. 26. 28. 30. 32-34. 36-41. 43. 47. 48. 64-68. 72. 73. 75. 76. 79-81. 85. 90-95. 99-101. 103-106. 110-113. 130. 133. 142. 144. 145. 147. 149. 151-159. 161. 162. 169. 173. 175-178. 182-184. 186. 187. 189-191. 193. 197. 204. 219. 233. 255n.
WINNICKI Martinianus, OSBM 114. 130. 175. 177. 178. 182. 183. 187. 189. 190. 191n. 193. 193n.
WISLOCKI Stephanus, decanus 130.
WITWICKI, Ep. Kiov. lat. 116.
WIZNICA Inferior, par. 137.
WIZNICA Superior, par. 137.
WLODEK J., can. lat. Premysl. 4. 8.
WOIANOWSKI, castellanus 154.
WOJNAR M., OSBM, scr. 106n. 123n. 135n. 311n.
WOLANSKI Petrus 130.

WOLCZANSKI Stephanus, decanus 130.
WOLOSKOJE, eccl. fil. 138.
WOLOWEC, eccl. fil. 139.
WOYTKIEWICZ Andreas, commendarius 300.
WYSOCKO, loc. 130. 153.

ZABOKRZYKI, loc. 281.
ZABOKRZYCKI Dionysius, Ep. Luck et Ostrog. 177n. 232. 234-240. 242. 243. 252n. 261. 263-266. 281. 289.
ZADZIK Jacobus, Ep. Krakow. 196.
ZAGREB, op. — Ep. lat. 46.
ZAHATIA, par. 138.
ZAHUTYNSKI Joannes, decanus 130.
ZALESKI Leo Slubicz, Ep. Volodimir. 21n. 82. 171. 301. — Metropolita 173n. 178. 198. 225. 226. 235. 236. 279. 311. 317.»319.
ZALUSKI A., Ep. Plocen. 204. 220. 273.
ZALUZIE, eccl. fil. 138.
ZAMBELLA Antonius, Abbas 291.
ZARAND, comit. 164. 181.
ZATHMAR, comit. 132.
ZAWADKA, par. 139.
ZAWIDOW, par. 138.
ZBINA, eccl. fil. 139.
ZDENIOW, par. 139.
ZELIBORSKI Arsenius, Ep. Leopol. schism. 311.
ZELIBORSKI Athanasius, Ep. Leopol. shism. 311.
ZIGLIERI, dom 275. 278 (Zigleri).
ZIELINSKI Constantinus, AEp.fLeopol. lat. 268n.
ZLOCZOW, op. 21. 303.
ZLUK, nobilis in Slesia 305.
ZMAJEVICH Vincentius, AEp. Antibaren. 291. 292.
ZNIACOW, eccl. fil. 136.
ZNIATIN, eccl. fil. 136.
ZOCHOVSKYJ Cyprianus, Metropol. Kiovien. (1674-1693) 27n. 82. 106. 107. 114. 141. 186. 195. 207. 311.
ZOLKIEW, op. 106. 143-145. 147. 148. 186.
ZOLKIEWSKI Antoninus, Ep. Pinsk. 31. 36. 37. 40. 42. 43. 48. 79. 209.
ZUBCEWICZ Joannes, decanus 130.
ZUBKOW, fundus 137.
ZUKOTYN, loc. 130.
ZUKOWO, eccl. fil. 136.
ZURAKOWSKI Andreas, Nobilis 134.
ZWOR, eccl. fil. 137.
ŽYDYCZYN, monast. OSBM. 21. 37. 40. 43. 318.
ŽYROWICE, monast. OSBM 69. 71. 77. 84.

II

# ELENCHI PONTIFICUM, PATRIARCHARUM, NUNTIORUM, REGUM, EPISCOPORUM (1690-1710)

### 1. Pontifices Romani

| | |
|---|---|
| Alexander VIII | 1689-1691 |
| Innocentius XII | 1691-1700 |
| Clemens XI | 1700-1721 |

### 2. Patriarchae Constantinopolitani

| | |
|---|---|
| Callinicus II (2 v.) | 1689-1693 |
| Dionysius IV (5 v.) | 1693-1694 |
| Callinicus II (3 v.) | 1694-1702 |
| Gabriel III | 1702-1707 |
| Neofitus | 1707 |
| Cyprianus I (1 v.) | 1708-1709 |
| Athanasius V | 1709-1711 |

### 3. Patriarchae Hierosolymitani

| | |
|---|---|
| Dositheus II | 1669-1707 |
| Chrisantus | 1707-1731 |

### 4. Nuntii Ap. Varsavienses

| | |
|---|---|
| Andreas Santacroce | 1690-1696 |
| Joannes Bapt. Davia | 1696-1700 |
| Franciscus Pignatelli | 1700-1703 |
| Horatius Philippus Spada | 1703-1705 |
| Julius Piazza | 1706-1707 |
| Nicolaus Spinola | 1707-1712 |

### 5. Nuntii Ap. Viennenses

| | |
|---|---|
| Franciscus Tucci | 1689-1692 |
| Sebastianus Ant. Tanara | 1692-1696 |
| Andreas Santacroce | 1696-1700 |
| Joannes B. Davia | 1700 |
| Horatius Spada | 1705 |
| Julius Piazza | 1709 |

### 6. Nuntii Ap. Venetiarum

| | |
|---|---|
| Josephus Archinto | 1689-1696 |
| Josephus Ant. Venturini | 1696 |
| Augustus Cusano | 1696-1706 |

### 7. Praefecti S.C. de Prop. Fide

| | |
|---|---|
| Palutius Altieri | 1671-1698 |
| Carolus Barberini | 1698-1704 |
| Josephus Sacripante | 1704-1727 |

### 8. Secretari S.C. de Prop. Fide

| | |
|---|---|
| Eduardus Cybo | 1680-1695 |
| Carolus August. Fabroni | 1695-1706 |
| Antonius Banchieri | 1706-1707 |
| Sylvius de Cavallieri | 1707-1717 |

### 9. Secretarii Status S.S.

| | |
|---|---|
| Petrus Ottoboni (jun.) | 1689-1691 |
| Fabritius Spada | 1691-1700 |
| Fabritius Paolucci | 1700-1720 |

### 10. Metropolitae Kiovien. un.

| | |
|---|---|
| Zochovskyj Cyprianus | 1674-1693 |
| Zalenskyj-Slubič Leo | 1694-1708 |
| Wynnyckyj Georgius | 17081-713 |

### 11. Metropolitae Kiovien. non uniti

| | |
|---|---|
| Barlaam Jasinskyj | 1690-1707 |
| Joasaf Krokovskyj | 1707-1718 |

### 12. Archiepiscopi Gnesnenses

| | |
|---|---|
| Radziejowski Michaël | 1687-1705 |

| | |
|---|---|
| Szembek Stanislaus | 1706-1721 |

**13. Archiep.pi Leopolien. lat.**

| | |
|---|---|
| Lipski Constantinus | 1675-1698 |
| Zielinski Constantinus | 1699-1709 |
| Pokrzywnicki Joan., Nom. | 1709 |
| Poplawski Nicolaus | 1709-1711 |

**14. Archiepiscopi Polocenses**

| | |
|---|---|
| Zochovskyj Cyprianus | 1674-1693 |
| Bilozor Marcianus | 1697-1707 |
| Pieškevyč Sylvester | 1709-1719 |

**15. Archiepiscopi Smolenscenses**

| | |
|---|---|
| Malejevskyj Georgius | 1690 |
| Hutorovyc Josaphat | 1697 |
| Szumlanskyj Gedeon | 1703 |
| Tarnavskyj Michaël | 1708 |
| Drucki-Sokolinskyj Laur. | 1709-1727 |

**16. Episcopi Chelmenses lat.**

| | |
|---|---|
| Swiencicki Stanislaus | 1677-1696 |
| Wyżycki Nicolaus | 1697-1704 |
| Lubienski Stanislaus | 1705-1711 |

**17. Episcopi Chelmenses uniti**

| | |
|---|---|
| Lodziata Alexander | 1687-1691 |
| Malachovskyj Joannes | 1691-1692 |
| Oranskyj-Wojna Gedeon | 1693-1709 |
| Levyckyj Josephus | 1711-1730 |

**18. Cracovienses Episcopi**

| | |
|---|---|
| Malachovskyj Joannes | 1680-1699 |
| Dąbski Stanislaus | 1699-1700 |
| Denhoff Adalbertus | 1700-1702 |
| Bokum Joannes (Nom. ab Augusto II) | |
| Potocki Theodorus (Nom. a Stanislao) | |
| Lubienski Casimirus | 1711-1720 |

**19. Episcopi Leopolien. non un.**

| | |
|---|---|
| Szmulanskyj Josephus | 1677-1700 |

**20. Episcopis Leopol. uniti**

| | |
|---|---|
| Szumlanskyj Josephus | 1700-1708 |
| Szeptyckyj Barlaam | 1709-1715 |

**21. Episcopi Luceorienses**

| | |
|---|---|
| Zochovskyj Cyprianus | 1693 |
| Zalenskyj-Slubič Leo | 1700 |
| Zabokryckyj Dionysius | 1702-1714 |

**22. Episcopi Luceorienses lat.**

| | |
|---|---|
| Leszczynski Boguslaus | 1689-1691 |
| Prazmowski Franciscus | 1692-1701 |
| Wyhowski Alexander | 1702-1714 |

**23. Episcopi Mukačovienses**

| | |
|---|---|
| De Camillis Josephus | 1689-1706 |
| Wynnyckyj Georgius | 1706 |
| Hodermarskyj Joannes | 1707 |
| Filipowycz Polycarpus | 1710 |

**24. Episcopi Peremyslien. lat.**

| | |
|---|---|
| Denhoff Georgius | 1688-1700 |
| Bokum Joannes | 1700-1718 |

**25. Episcopi Peremyslienses uniti**

| | |
|---|---|
| Wynnyckyj Innocentius | 1692-1700 |
| Wynnyckyj Georgius | 1700-1713 |

**26. Episcopi Pinscenses**

| | |
|---|---|
| Bilozor Marcianus | 1666-1697 |
| Zolkievskyj Antoninus | 1697-1702 |
| Kulczyckyj Porphyrius | 1703-1716 |

**27. Episcopi Vilnenses**

| | |
|---|---|
| Brzostowski Constantinus | 1687-1722 |

**28. Episcopi Volodimirienses**

| | |
|---|---|
| Zalenskyj-Slubič Leo | 1679-1708 |
| Kiška Leo | 1711-1728 |

**29. Protoarchimandritae Basilianorum**

| | |
|---|---|
| Pietkevyč Josephus | 1686-1690 |
| Ohurcevyč Simeon | 1690-1698 |
| Kušelyč Joachimus | 1698-1703 |
| Kiška Leo | 1703-1713 |

**30. Procuratores gen. in Urbe**

| | |
|---|---|
| Fylypovyč Polycarpus | 1689-1696 |
| Pieškevyč Sylvester | 1696-1709 |
| Kruševyč Hilarion | 1709-1712 |

**31. Capitula gen. Basilianorum**

| | |
|---|---|
| Minscense III | 1690 |
| Zyrovicense VII | 1694 |
| Bytenense II | 1698 |
| Novogrodecense IV | 1703 |
| Bilaense I | 1709 |

**32. Imperatores S. Romani Imperii**

| | |
|---|---|
| Leopoldus I | 1657-1705 |
| Carolus VI | 1711-1740 |

**33. Czar Moscoviae**

| | |
|---|---|
| Petrus I Romanov | 1682-1725 |

**34. Reges Poloniae-Lithuaniae**

| | |
|---|---|
| Joannes III Sobieski | 1673-1696 |
| Federicus Augustus II Saxo | 1697-1704 |
| Stanislaus Leszczynski | 1704-1709 |
| Federicus II (2 v.) | 1709-1733 |

**35. Imperatores (sultani) turcarum**

| | |
|---|---|
| Sulimanus III | 1687-1691 |
| Ahmed II | 1691-1695 |
| Mustafa II | 1695-1703 |
| Ahmed III | 1703-1730 |

**36. Duces (hetman) cosacorum**

| | |
|---|---|
| Mazepa Joannes | 1687-1709 |
| Orlyk Philippus | 1710-1722 |

**37. Cancellarii magni Poloniae**

| | |
|---|---|
| Denhoff Georgius | 1688-1702 |
| Tarlo Carolus | 1702-1702 |
| Zaluski Andreas | 1702-1711 |

**38. Cancellarii Lithuaniae**

| | |
|---|---|
| Oginski Marcianus | 1684-1690 |
| Radziwiłł Dominicus | 1690-1698 |
| Radziwiłł Carolus | 1698-1719 |

III

# INDEX CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM (vol. IV: 1691-1710)


1. - 2. 2.1691: Card. C. Barberini Secretario P.F. Cybo ........... 3
2. - 2. 2.1691: Can. Peremyslien. Włodek Card. Barberini ........ 3
3. - 7. 4.1691: Ep. Mukačovien. De Camillis ep.po Agriensi ...... 4
4. - 9. 6.1691: Ep. Chelmen. A. Lodziata Secretario Prop. Fide .... 6
5. - 23. 6.1691: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj: adpromissio...... 7
6. - 21. 7.1691: Card. C. Barberini canonico Włodek ............ 8
7. - 4. 8.1691: Card. C. Barberini Secret. de Prop. F. E. Cybo .... 8
8. - 4. 8.1691: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 9
9. - 4. 8.1691: Card. C. Barberini D. Thomae Talenti, Secretario .. 9
10. - 4. 8.1691: Card. C. Barberini Secretario E. Cybo ........... 10
11. - 4. 8.1691: Card. C. Barberini Regi Poloniae ............... 11
12. - 5. 8.1691: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj Cardinalibus P.F. .... 12
13. - 8. 9.1691: Card. C. Barberini Regi Poloniae ............... 12
14. - 22. 9.1691: Card. C. Barberini ad card. M. Radziejowski ...... 13
15. - 28. 9.1691: Card. C. Barberini Regi Poloniae ............... 13
16. - 9.10.1691: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 15
17. - 15.10.1691: Ep. Mukačovien. J. De Camillis card L. Kollonitz.... 15
18. - 23.10.1691: Card. M. Radziejowski card C. Barberini .......... 17
19. - 27.10.1691: Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario .... 18
20. - 10.11.1691: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. .......... 19
21. - 11.11.1691: Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario .... 20
22. - 21.11.1691: Ep. Peremysl. J. Malachovskyj card. C. Barberini .. 20
23. - 22.11.1691: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .... 23
24. - 24.11.1691: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski .......... 25
25. - 1.12.1691: Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario ...... 25
26. - 22.12.1691: Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario ...... 26
27. - 1691: Ep. Mukačovien. J. De Camillis Cardinalibus P.F. .. 27
28. - 25.12.1691: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini .......... 27
29. - 1692: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj Congr. P.F.: supplicatio 28
30. - 1692: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj: considerationes ...... 30
31. - 20. 1.1692: Card. C. Barberini ep.po J. Malachovskyj .......... 32
32. - 20. 1.1692: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj ............ 33
33. - 26. 1.1692: Card. C. Barberini Thomae Talenti, Secretario ...... 34
34. - 26. 1.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski ........ 34
35. - 29. 1.1692: Ep. Mukačovien. J. De Camillis card. L. Kollonitz .. 34

36. - 9. 2.1692: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 35
37. - 23. 2.1692: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. .......... 36
38. - 1. 3.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski .......... 36
39. - 1. 3.1692: Card. C. Barberini Regi Poloniae ................ 38
40. - 1. 3.1692: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj .......... 41
41. - 1. 3.1692: Card. C. Barberini ep.po J. Malachovskyj ........ 43
42. - 4. 3.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini ........ 44
43. - 7. 3.1692: Ep. Agrien. G. Fenessy ep.po J. De Camillis ...... 44
44. - 8. 3.1692: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 47
45. - 15. 3.1692: Ep. Mukačovien. J. De Camillis card. L. Kollonitz .. 48
46. - 27. 3.1692: Ep. Agrien. G. Fenessy: expositio de ep. Mukačov. 52
47. - 15. 4.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini .......... 64
48. - 19. 4.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski ........ 66
49. - 23. 4.1692: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj Summo Pontifici .... 66
50. - 23. 4.1692: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj cardinalibus P.F. .... 67
51. - 23. 4.1692: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 68
52. - 17. 5.1692: Ep. Smolenscen. E. Kotowicz cum Com.: convocatio 69
53. - 17. 5.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski ........ 72
54. - 20. 5.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini ........ 72
55. - 20. 5.1692: Ep. Pinscen. M. Bilozor Secretario P.F. .......... 73
56. - 20. 5.1692: Ep. Pinscen. M. Bilozor Praefecto de Prop. Fide .... 74
57. - 20. 5.1692: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini 75
58. - 6. 6.1692: Ep. Smolenscen. E. Kotowicz cum Comm.: citatio 76
59. - 10. 6.1692: Ep. Caiaten. F. Bonesana Secretario P.F. ........ 79
60. - 17. 6.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini ........ 80
61. - 20. 6.1692: Ep. Pinscen. M. Bilozor cardinalibus de Prop. Fide 81
62. - 5. 7.1692: Ep. Pinscen. M. Bilozor Praefecto de Prop. Fide .. 83
63. - 19. 7.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski ........ 85
64. - 20. 7.1692: Ep. Pinscen. M. Bilozor Summo Pontifici ........ 85
65. - 20. 7.1692: Ep. Pinscen. M. Bilozor cardinalibus P.F. ........ 88
66. - 22. 7.1692: Congr. de Prop. Fide: summarium Peremysliense .. 90
67. - 22. 7.1692: Congr. P.F.: decretum de negotio Peremyslien. .... 91
68. - 2. 8.1692: Ep. Agrien. G. Fenessy Nuntio Viennensi ........ 92
69. - 13. 8.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini ........ 93
70. - 16. 8.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski ........ 93
71. - 16. 8.1692: Card. C. Barberini ep.po J. Malachovskyj ........ 94
72. - 16. 8.1692: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj .......... 94
73. - 16. 8.1692: Card. C. Barberini Regi Poloniae ................ 95
74. - 22. 8.1692: Card. L. Kollonitz Samueli Krasznay ............ 96
75. - 23. 8.1692: Ep. Mukačovien. J. De Camillis Imperatori Austriae 97
76. - 4. 9.1692: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini 98

77. - 6. 9.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski .......... 99
78. - 13. 9.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski ........ 100
79. - 13. 9.1692: Secretarius P.F. Praefecto P.F. .................. 100
80. - 17. 9.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini .......... 100
81. - 30. 9.1692: Ep. Peremysl. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .... 101
82. - 7.10.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini .......... 103
83. - 13.10.1692: Card. M. Radziejowski card. C. Barberini .......... 104
84. - 7.11.1692: Card. C. Barberini card. M. Radziejowski .......... 104
85. - 21.11.1692: Ep. Agrien. G. Fenessy cuidam ignoto de diplomate 104
86. - 27.11.1692: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 105
87. - 12. 1.1693: Card. F. Nerli Metropolitae Kioviensi ............ 106
88. - 19. 1.1693: Ep. Agrien. G. Fenessy; observ. de diplomate .... 107
89. - 23. 1.1693: Ep. Agrien. G. Fenessy cuidam Praelato .......... 109
90. - 25. 1.1693: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj ............ 110
91. - 21. 2.1693: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini 110
92. - 18. 4.1693: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj .......... 111
93. - 17. 4.1693: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj cum Clero: Statuta 112
94. - 6. 6.1693: Ep. Mukačovien. J. De Camillis Praefecto P.F. .... 131
95. - 15. 6.1693: Ep. Mukačovien. J. De Camillis Imperatori Austriae 132
96. - 17. 7.1693: Ep. Varadien. A. Benkovits: attestat documentum 132
97. - 9. 9.1693: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 133
98. - 15. 9.1693: Ep. Chelmen. G. Oranskyj Secretario P.F. ........ 134
99. - 6.10.1693: Ep. Mukačovien. J. De Camillis: confirmatio...... 135
100. - 17.11.1693: Aep. Seleucien. (Nunt. Varsav.) card. P. Altieri .... 141
101. - 5. 2.1694: Ep. Agrien. G. Fenessy card. L. Kollonitz ........ 141
102. - 4. 3.1694: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj ............ 142
103. - 16. 3.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Summo Pontifici .. 143
104. - 16. 3.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 144
105. - 16. 3.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Praefecto P.F. .... 144
106. - 16. 3.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Secretario P.F. .... 145
107. - 16. 3.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Secretario P.F. .... 146
108. - 10. 4.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 147
109. - 10. 5.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Secretario P.F. .... 148
110. - 12. 6.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 149
111. - 21. 6.1694: Card. M. Radziejowski Praefecto P.F. ............ 150
112. - 10. 7.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 151
113. - 10. 7.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj cum aliis: transactio 151
114. - 17. 7.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 154
115. - 17. 7.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 154
116. - 28. 7.1694: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj ............ 156

117. - 7. 8.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 157
118. - 8. 9.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 158
119. - 11. 9.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 159
120. - 18. 9.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 159
121. - 21. 9.1694: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 159
122. - 27.10.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 161
123. - 6.11.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 161
124. - 9.11.1694: Ep. Kiovien. N. Swiencicki card. C. Barberini ...... 162
125. - 13.11.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 162
126. - 11.12.1694: Card. C. Barberini domino Colonna ............. 162
127. - 18.12.1694: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 163
128. - 12. 2.1695: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 163
129. - 16. 3.1695: Ep. Mukačovien. J. De Camillis cardinalibus P.F. .. 163
130. - 22. 3.1695: Ep. Pinscen. M. Bilozor Praefecto P.F. ............ 165
131. - 25. 3.1695: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj cardinalibus P.F. .. 167
132. - 14. 6.1695: Ep. Mukačovien. J. De Camillis Congr. P.F. ........ 169
133. - 16. 7.1695: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 170
134. - 27. 8.1695: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 170
135. - 1. 9.1695: Ep. Chelmen. G. Oranskyj Secretario P.F. ........ 172
136. - 1. 9.1695: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 172
137. - 15.10.1695: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 173
138. - 22.10.1695: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 173
139. - 18. 2.1696: Card. C. Barberini ep.po A. Lodziata ............. 174
140. - 21. 4.1696: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 174
141. - 20. 5.1696: Ep. Peremyslien. latinus card. C. Barberini ........ 175
142. - 22. 5.1696: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj cardinalibus P.F. .. 176
143. - 22. 5.1696: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Praefecto P.F. .... 178
144. - 2. 6.1696: Card. C. Barberini Metropolitae Kioviensi .......... 178
145. - 6. 6.1696: Ep. Mukačovien. J. De Camillis card. L. Kollonitz .. 179
146. - 14.10.1696: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj .......... 182
147. - 28.12.1696: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 183
148. - 1. 3.1697: Ep. Mukačovien. J. De Camillis cardinalibus P.F. .. 184
149. - 24. 8.1697: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj cardinalibus P.F. .. 186
150. - 24. 8.1697: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 187
151. - 18. 1.1698: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj ........... 188
152. - 13. 2.1698: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. C. Barberini .. 189
153. - 13. 2.1698: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj Praefecto P.F. .... 189
154. - 13. 2.1698: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj cardinalibus P.F. .. 190
155. - 24. 3.1698: Ep. Mukačovien. J. De Camillis Praeposito Agrien. 191
156. - 4. 5.1698: Ep. Peremyslien. I. Wynnyckyj card. de P.F. ...... 193
157. - 5. 5.1698: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj .......... 197

158. - 24. 5.1698: Card. C. Barberini ep.po I. Wynnyckyj .......... 198
159. - 9. 8.1698: Card. C. Barberini Metropolitae Kioviensi ........ 198
160. - 13. 1.1698: Card. C. Barberini ep.po G. Oranskyj ............ 199
161. - 4. 2.1699: Ep. Peremyslien. G. Denhoff: litterae fundationis .. 200
162. - 13. 2.1699: Card. C. Barberini Metropolitae Kioviensi ........ 202
163. - 31. 5.1699: Ep. Mukačovien. J. De Camillis cardinalibus P.F. .. 203
164. - 21.10.1699: Ep. Plocen. A. Zaluski card. C. Barberini .......... 204
165. - 8.11.1699: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj cardinalibus P.F. .. 205
166. - 8. 5.1700: Aep. Polocen. M. Bilozor cardinalibus P.F. ........ 206
167. - 9. 6.1700: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj Praefecto P.F. .... 214
168. - 10. 7.1700: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj: declaratio iurium .. 216
169. - 14. 8.1700: Ep. Peremyslien. G. Wynnyckyj Summo Pontifici .. 219
170. - 26.10.1700: Ep. Plocen. A. Zaluski card. C. Barberini .......... 220
171. - 22.12.1700: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj: professio fidei ...... 220
172. - 12.1700: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj Summo Pontifici .. 223
173. - 2. 2.1701: Ep. Leopolien. arm. Deodatus Secretario P.F. ...... 224
174. - 5. 2.1701: Card. C. Barberini Metropolitae Kioviensi ........ 225
175. - 9. 4.1701: Card. C. Barberini Patri M. Vota, S.J. ............ 226
176. - 28. 4.1701: Card. L. Kollonitz: de rebus Ruthenorum ........ 230
177. - 17.12.1701: Card. L. Kollonitz cardinalibus P.F. .............. 230
178. - 7. 2.1702: Ep. Luceorien. D. Zabokryckyj Congreg. P.F. .... 232
179. - 10. 2.1702: Ep. Mukačovien. J. De Camillis cuidam cardinali .. 234
180. - 9. 4.1702: Metrop. Kiovien.: processus de D. Zabokryckyj .... 235
181. - 25. 4.1702: Card. F. Paolucci Nuntio Varsaviensi ............ 242
182. - 28. 7.1702: Ep. Livonien. N. Poplawski: attestatio ............ 242
183. - 14. 4.1703: Card. J. Sacripante cuidam Missionario .......... 243
184. - 6. 2.1704: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj card. C. Barberini .. 244
185. - 3. 3.1704: Ep. Mukačovien. J. De Camillis cardinalibus P.F. .. 246
186. - 10. 7.1704: Ep. Nonae M. Dragolio cardinalibus P.F. ......... 247
187. - 28. 7.1704: Card. C. Barberini ep.po Mukačoviensi .......... 249
188. - 28. 4.1705: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj cardinalibus P.F. .. 250
189. - 5. 5.1705: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj cardinalibus P.F. .. 251
190. - 24. 3.1706: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj Procuratori Theatin. 252
191. - 3.12.1706: Nom. Mukačovien. J. Hodermarskyj cardinalibus P.F. 254
192. - 12.12.1706: Ep. Peremyslien. G. Wynnyckyj cardinalibus P.F. .. 255
193. - 12.12.1706: Ep. Peremyslien. G. Wynnyckyj Summo Pontifici .. 257
194. - 1707: Nom. Mukačovien. J. Hodermarskyj card. Sax. .... 258
195. - 1707: Nom. Mukačovien. J. Hodermarskyj card. Sax. .. 259
196. - 1.10.1707: Card. Ch. de Saxonia card. F. Paolucci ............ 260
197. - 21.10.1707: Ep. Luceorien. D. Zabokryckyj Nuntio Varsaviensi .. 261
198. - 21.10.1707: Ep. Luceorien. D. Zabokryckyj card. P.F. ........ 263

199. - 12.11.1707: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj: excerptum testamenti 265
200. - 7. 3.1708: Archidiac. Ch. Szembek Ulissi Vincenti .......... 266
201. - 10. 3.1708: Vicar. gen. Sirmien. L. Natale cardinalibus P.F. .. 268
202. - 24. 3.1708: Ep. Sirmien. J. Favini cardinalibus P.F. .......... 269
203. - 16. 4.1708: Ep. Chelmen. C. Lubienski Praefecto P.F. ........ 270
204. - 20. 4.1708: Ep. Vladislavien. C. Szaniawski cardinalibus P.F. .. 271
205. - 23. 4.1708: Ep. Peremyslien. J. Bokum Praefecto P.F. ........ 271
206. - 23. 4.1708: Ep. Varmien. A. Zaluski Praefecto P.F. .......... 272
207. - 1708: Ep. Leopolien. J. Szumlanskyj Nuntio Varsaviensi .. 273
208. - 3. 5.1708: Card. Ch. de Saxonia Domino Ziglieri ............ 275
209. - 28. 7.1708: Abbas Uniovien. B. Szeptyckyj: professio fidei .... 275
210. - 7. 8.1708: Card. F. Pignatelli cardinalibus P.F. .............. 277
211. - 13. 8.1708: Nom. Mukačovien. J. Hodermarskyj cum Clero: instat 278
212. - 24. 8.1708: Hierarchia unita: instrumentum electionis Metrop. .. 279
213. - 2. 9.1708: Ep. Pinscen. P. Kulczyckyj Nuntio Varsaviensi ...... 281
214. - 10.12.1708: Archiep. Thebarum, N. Spinola Praefecto P.F. .. 282
215. - 17.12.1708: Archiep. Thebarum, N. Spinola Praefecto P.F. .. 283
216. - 15. 3.1709: Ep. Vilnen. C. Brzostowski Praefecto P.F. ........ 284
217. - 15. 3.1709: Ep. Vilnen. C. Brzostowski Secretario Status ...... 285
218. - 15. 3.1709: Ep. Vilnen. C. Brzostowski Secretario P.F. ........ 286
219. - 8. 7.1709: Card. Ch. de Saxonia cardinalibus P.F. ............ 287
220. - 8. 7.1709: Card. Ch. de Saxonia Summo Pontifici ............ 288
221. - 2. 9.1709: Hierarchia unita Congreg. de Prop. Fide .......... 288
222. - 23. 9.1709: Secretarius P.F. card. Sacripante ................ 289
223. - 10.10.1709: Card. Ruffo Secretario P.F. ...................... 290
224. - 12.10.1709: Card. L. Corsini Secretario P.F. .................. 190
225. - 8.11.1709: Archiep. Antibaren. V. Zmaievich cardinalibus P.F. 291
226. - 1710: Nom. Mukačovien. J. Hodermarskyj card. de Saxonia 292
227. - 1710: Nom. Mukačocien. J. Hodermarskyj: expositio .. 294
228. - 28. 3.1710: Nom. Mukačovien. P. Filipowicz Praefecto P.F. .... 297
229. - 14. 6.1710: Ep. Leopolien. M. Tuczapskyj: declaratio .......... 298
230. - 12.11.1710: Archiep. Polocen. S. Pieszkiewicz cardinalibus P.F. 302
231. - 30.11.1710: Archiep. Polocen. S. Pieszkiewicz Secretario P.F. .. 303
232. - 1710: Nom. Mukačovien. J. Hodermarskyj card. Sax. .... 304
233. - 1710: Nom. Bodonien. P. Filipowicz cuidam cardinali .... 305
234. - 1710-1711: Ep. Leopolien. B. Szeptyckyj: expositio .......... 306

## INDEX GENERALIS

*Dedicatio* .................................................... V
*Praefatio* .................................................... VII
*Introductio* .................................................... IX
*Notae biographicae Praelati Petri Holynskyj* .................... XI

### LITTERAE ARCHIEPISCOPORUM, EPISCOPORUM PRAELATORUMQUE TEMPORE:

Alexandri PP. VIII (nnr. 1-5) .................................... 3
Innocentii PP. XII (nnr. 6-170) .................................... 8
Clementis PP. XI (nnr. 171-234) .................................... 220

### INDICES

I. Index nominum et rerum .................................... 321
II. Elenchi Pontificum, Patriarcharum, Nuntiorum, Metropolitarum, Episcoporum, Imperatorum, Regum etc. .................... 337
III. Index chronologicus documentorum .................................... 340

### TABULAE

1. Effigies sac. Petri Holynskyj, Praelati .................... V
2. Episcopus Leopoliensis: Josephus Szumlanskyj (1677-1708) ...... 97
3. Episcopus Peremysliensis: Innocentius Wynnyckyj (1680-1700) .... 113
4. Episcopus Mukačoviensis: Josephus De Camillis (1689-1706) ...... 193
5. Episcopus Chelmensis: Gedeon Wojna-Oranskyj (1695-1709) ...... 209
6. Episcopus Peremysliensis: Georgius Wynnyckyj (1700-1713) ...... 257
7. Episcopus Leopoliensis: Barlaam Szeptyckyj (1710-1715) ........ 273

p. Joanikij osbm
05.12.2020, Roma

Sectio tertia « DOCUMENTA ...ex ARCHIVIS ROMANIS »

## Monumenta Bio-Hagiographica

*S. Josaphat - Hieromartyr. Documenta Romana Beatificationis et Canonizationis*:

*vol. I*: 1623-1628; *vol. II*: 1628-1637; *vol. III*: 1637-1867; Romae 1952-1967.

*Documenta Unionis Berestensis eiusque auctorum* (1590-1600), Romae 1970.

## Documenta Pontificum Romanorum

*Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*:
*vol. I*: 1075-1700, Romae 1953; *vol. II*: 1700-1953, Romae 1954;

*Audientiae SS.mi de rebus Ucrainae*:
*vol. I*: 1658-1779, Romae 1963; *vol. II*: 1780-1862, Romae 1965;

## Acta S. Congregationum

*Acta S.C. de Prop. Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantia*:
*vol. I*: 1622-1667; *vol. II*: 1667-1710; *vol. III*: 1710-1740;
*vol. IV*: 1740-1769; *vol. V*: 1769-1862: *Romae* 1953-1955.

*Litterae S.C. de Prop. Fide Eccl. Cath. Ucrainae et Bielarusjae spectantes*:
*vol. I*: 1622-1670; *vol. II*: 1670-1710; *vol. III*: 1710-1730; *vol. IV*: 1730-1758;
*vol. V*: 1758-1777; *vol. VI*: 1777-1790; *vol. VII*: 1790-1862: Romae 1954-1957.

*Congregationes Particulares Eccl. Cath. Ucrainae et Bielarusjae spectantes*:
*vol. I*: 1622-1728, Romae 1956; *vol. II*: 1729-1862, Romae 1957;

## Litterae Nuntiorum Apostolicorum

*Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes* (*1550-1850*):
*vol. I*: 1550-1593; *vol. II*: 1594-1608; *vol. III*: 1608-1620; *vol. IV*: 1621-1628;
*vol. V*: 1629-1638; *vol. VI*: 1639-1648; *vol. VII*: 1649-1651;
*vol. VIII*: 1652-1656; *vol. IX*: 1657-1659; *vol. X*: 1659-1663;
*vol. XI*: 1664-1669; *vol. XII*: 1670-1674; *vol. XIII*: 1675-1683: Romae 1959-1969.

*Supplicationes Ecclesiae Unitae Ucrainae et Bielarusjae*:
*vol. I*: 1600-1699; *vol. II*: 1700-1740; *vol. III*: 1741-1769: Romae 1960-1965.

## Epistolae Metropolitarum

*Epistolae Metropolitarum Kioviensium Catholicorum:*

*vol. I.* *Josephi Velamin Rutskyj* (1613-1637), Romae 1956.
*vol. II.* *R. Korsak, A. Sielava, G. Kolenda* (1637-1674), Romae 1956.
*vol. III.* *C. Zochovskyj, L. Zalenskyj, G. Vynnyckyj* (1674-1713), Romae 1958.
*vol. IV.* *L. Kiszka, A. Szeptyckyj, F. Hrebnyckyj* (1714-1762), Romae 1959.
*vol. V-VI.* *F. Wolodkovycz*, pars I (1762-1773), pars II (1773-1778), R. 1967-69.
*vol. VII.* *L. Szeptyckyj* (1778-1779), Romae 1970.
*vol. VIII.* *J. Smogorzevskyj* (1780-1788), Romae 1965.
*vol. IX.* *Th. Rostoćkyj, H. Lisovškyj, G. Kochanovyč, J. Bulhak* (par.)

*Litterae Episcoporum historiam Ucrainae illustrantes:*

vol. I: Ann. 1600-1640, Romae 1972.
vol. II: Ann. 1641-1665, Romae 1973.
vol. III: Ann. 1665-1690, Romae 1974.
vol. IV: Ann. 1691-1710, Romae 1976.

## Diplomata Principum

*Litterae Imperatorum, Regum, Principum, Magistratuum ann. 1600-1650* (parantur) etc.

## Acta Basilianorum

*Capitula Basilianorum Generalia saec. XVII-XVIII* (parantur)
*Litterae Basilianorum...* (parantur)

**Miscellanea - Anonyma** etc. (parantur)